The D. H. Hill Library

North Carolina State College

SPECIAL COLLECTIONS

QH43
S53
v.2
pt.1

134859

This book must not be taken from the Library building.

# CAROLI A LINNÉ,

*Equitis aurati de ſtella polari,*

ARCHIATRI REGII, MED. ET BOTAN. PROFESS. UPSAL. ACAD. PARIS. UPSAL. HOLM. PETROPOL. BEROLIN. IMPER. LONDIN. ANGL. MONSP. TOLOS. FLORENT. EDINB. BERN. SOC.

# SYSTEMA NATURAE

PER

## REGNA TRIA NATURAE,

SECUNDUM

## CLASSES, ORDINES, GENERA, SPECIES,

CUM

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS.

## *TOMUS II.*

EDITIO DECIMA TERTIA, AUCTA, REFORMATA.

CURA

JO. FRID. GMELIN,

PHILOS. ET MED. DOCTOR. HUJUS ET CHEM. IN GEORGIA AUGUSTA PROF. P. O. ACAD. CAESAR. NATURAE CURIOSORUM ET ELECTORAL. MOGUNTIN. ERFORDENSIS, NEC NON SOCIET. REG. SCIENT. GOETTINGENSIS, PHYSICAE TIGURIN., ET METALLICAE MEMBRI.

LIPSIAE, 1791.

IMPENSIS GEORG. EMANUEL. BEER.

*Opera* JEHOVAE *magna!*
*Expoſita omnibus, qui delectantur illis,*
*Glorioſum et decorum Opus Ejus.*

David.

CAROLI A LINNÉ

# SYSTEMA NATURAE.

---

*TOM. II. PARS I.*

134859

FLOS *eſt plantarum gaudium*
*Tunc ſe novas, aliasque, quam ſunt, oſtendunt,*
*Tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.*

PLIN. XVI. 25.

# REGNUM VEGETABILE.

1. NATURA creata, continuato ſemine, ope elementorum, modificat terras in *vegetabilia*, vegetabilia in *animalia*; utraque reſolvit iterum in *terras* circulo perenni aucto.
2. VEGETABILE eſt vita multiplicata, coadunata absque ſenſatione.
3. TRIBUS vegetabilium tres vulgo numerantur.
   MONOCOTYLEDONES. Fruges 1, 2, 3.
   DICOLYLEDONES. Plantae 4, 5.
   POLYCOTYLEDONES. Rhizophora.
   ACOTYLEDONES. Cryptogamae 6, 7, 8, 9.
4. GENTES, e quibus incolae confluxerunt, potiſſimum ſunt.
   1. PALMAE. PRINCIPES, Indici, Spathacei ſpadiciferi, fluxi, eminentes celſitudine eximia, ſpectabiles caudice invariato ſimpliciſſimo perennante, coronati coma frondoſa ſempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii ſunt animalium Primatibus, inprimis eorum Principi cohabitanti.*
   2. GRAMINA. PLEBEJI, campeſtres, culmiferi, glumacei, ruſtici, vulgatiſſimi, ſimpliciſſimi, vivaciſſimi, conſtituentes vim roburque regni, et quo magis mulctati et calcati, magis multiplicativi. *Hi tributarii ſunt, e vili penu, animalibus plurimis phytophagis, horumque Cerealia inprimis eorum Principi hoſpitanti.*
   3. LILIA. PATRITII, Lucares, Bulboſi triarii, ſuperbientes veſtimentis fulgentibus feſtivis. *Hi paſcunt oculos condecorantque regnum venuſtate aulaeorum ſplendidiſſimorum.*

 4. HER-

4. HERBAE. Nobiles, pratenſes, annotini, polymorphi. *Hi ornant regnum ſtructura admiranda, ſapore multifario, odore fragrante, colore florido.*

5. ARBORES. Proceres, ſylvatici, e nobilium ordine perennantes caudice, ſtipati pediſſequis *ſervis*, ſuſtentantes inauſpicato clientes *paraſiticos*. *Hi attollunt capita, arcent ventos, corrigunt aërem, inumbrant aeſtuantes, humectant inconſpicuo imbre, alliciunt vocales, perficiunt fructus, tanquam totidem naturae horti.*

MILITES armati ſpinis aculeisve, e plantis utrisque adſtrictivi. *Hi arcent Mammalium hoſtium injurias.*

6. FILICES. Novaccolae, latebroſi, ſtipitati, dorſiferi, macri. *Hi praeparant poſteris terram.*

7. MUSCI. Servi, hyemales, imbricati, calyptrati, reviviſcentes, impaſti, loca omnia a prioribus relicta occupant numeroſiſſimi. *Hi radices incolarum fovent, ne adurantur a bruma hyberna, ne exſiccentur a ſirio aeſtivo, ne evellantur a viciſſitudine vernali, ne corrumpantur a putredine autumnali, colligunt etiam pro dominorum peculio humum daedaleam.*

8. ALGAE. Vernaculi, aquigeni, ſqualentes, redivivi, abſtemii, nudiuſculi. *Hi incboant culturam primam vegetationis.*

9. FUNGI. Nomades, autumnales, barbari, denudati, putidi, furaces, voraces. *Hi Flora reducente plantas hyematum, legunt relictas earum quisquilias ſordesque.*

5. TEXTURA vegetabilium e *vaſis* ſuccoſis.
*tracheis* aëreis.
*utriculis* ſecretoriis.

6. SUBSTANTIAE vegetabilium ex *epidermide*, externe abducente *corticem*, deponentem interiori latere *librum*, ſecedentem in *lignum* annotinum rigidum, obducentes *medullam.*

7. PARTES vegetabilium primariae tres ſunt:
Radix deſcendens, aquoſa ſorbens, *nutriens.*
Herba adſcendens, aërea ſpirans, *movens.*
Fructificatio pandens, aetherea halans, generans.

8. RADIX terrenis humentibus inſerta exſerit *radiculas* capillares, ſaepe ſuperne concurrentes in ſolidum *caudicem deſcendentem* ſub terra, aut etiam *adſcendentem* ſupra terram.

9. HERBA annua, aëreis commiſſa, conſtat *hybernaculo, trunco, folio, fulcro.*
Hybernaculum compendium herbae totius ſquamoſum.
Bulbus e baſibus foliorum praeteritorum.
Gemma e rudimentis foliorum futurorum.

10. TRUNCUS (cum Ramis) attollens herbam fructificationemque, vel
Caulis *herbae* folioſus.

Cul-

Culmus *graminis*, ſaepius geniculatus, articulis inanibus.
Scapus *radicis* aphyllus floriferus.
Pedunculus ramus *caulis* floriferus.
Petiolus ramus foliiferus, folio proprius.
Stipes a folio non diſtinctus, *palmis*, *filicibus*, item truncus *fungi.*

11. FOLIUM expandens per aëra ſuperficiem, volatile, ſaepe petiolatum.
Foliolum partiale eſt folii *compoſiti.*
Frons folium e ſtipite factum, in *palmis* et *filicibus.*

12. FULCRUM adminiſtrans pro vitae neceſſitate.
Stipula foliorum, ad eorum baſin, foliacea.
Bractea florum, ad florum pedunculorumve baſin, foliacea.
Pubes veſtiens villoſitate.
Glandula ſecernens liquorem.
Spina terminans *cornu* lignoſo.
Aculeus ſparſus, *ungue* cortici tantum inſerto.
Cirrhus ſcandens filo.

13. FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturae ſpontanea dehiſcens metamorphoſi, ut ſubſtantia *interna* pateat, flore et fructu.
Flos fit e *calice*, *corolla*, *ſtaminibus*, *piſtillis.*
Fructus e *pericarpio* praegnante *ſeminibus*, affixis *receptaculo.*

14. CALIX. Tegmentum exterius floris e *cortice*, cujus ſpecies 7.
Volva *fungi* lacera.
Calyptra *muſci* cucullata.
Spatha *palmae* vaginata.
Gluma *graminis*, *ſaepius bivalvis.*
Perianthium *plantae*, corollae approximatum.
Involucrum *plantae* a flore remotum, ſaepius umbellae.
Involucellum, partiale involucrum.
Amentum *gemmaceum* imbricatum, commune.

15. COROLLA. Tegmentum interius floris.
Petalum membranaceum: *limbo* aut *laminis*
*tubo* aut *unguibus.*
Nectarium proprium, mel ſaepe promens.

16. STAMEN. Viſcus exterius. *Genitale maſculum.*
Filamentum ſuſtinens *antheram.*
Anthera foeta granulato *polline*, at hoc *fovilla.*

17. PISTILLUM. Viſcus interius. *Genitale femineum.*
Germen fructus rudimentum inferius.
Stilus a germine elevans *ſtigma*, intermedius.
Stigma roridum, pubeſcens, ſupremum.

18. PERICARPIUM *Germen* defloratum ſeminiferum.
Capſula ſicca membranacea, coriacea aut lignoſa, frequentius *valvis* dehiſcens varie in variis, quam evalvis.

Nux, dura, non dehiſcens, certe nunquam in valvas duabus plures ſecedens.

Coccus ex conceptaculis ſiccis, elaſticis duobus aut pluribus conſtans.

Siliqua membranacea ſicca, utplurimum *bivalvis*, ſutura utraque ſeminifera.

Legumen membranaceum, aut coriaceum *bivalve*, ſutura altera ſeminifera.

Folliculus membranaceus, *univalvis*, latere dehiſcens, a ſeminibus diſtinctus, capſulae ſpecies.

Bacca molliuſcula pulpoſa, *ſeminibus* diſtinctis pluribus, in valvas regulares non dehiſcens.

Drupa pulpoſa ex cortice vario nunquam dehiſcente, et putamine unico arcte cum ſuo cortice cohaerente compaginata.

Pomum pulpoſum, *capſula* includente ſemina, baccae ſpecies.

Strobilus imbricatus *amenti* coarctati.

19. SEMEN. Ovum nova planta praegnans, deciduum, tunicatum.

Umbilicus tum internus, quam externus.

Hilum cicatrix umbilicalis.

Albumen ex condenſato in maturo ſemine amnii liquore natus.

Vitellus inter albumen et embryonem medius.

Cotyledones bibulae placentam uterinam conſtituentes.

Corculum, ſive Embryo, novae plantae compendium, connectens cotyledones: ſive *radicula*.

e *roſtello* acuminata, deorſum germinante.

e *plumula* imbricata, ſurſum excreſcente.

Pappus interdum coronat ſemen.

Arillus interdum includit partialiter ſemen.

20. RECEPTACULUM: *baſis* partes fructificationis connectens.

Proprium unius floris.

Commune pluribus *floſculis* ſeſſilibus.

Umbella inter calicem et florem, elongatum in pedunculos aequatos.

Umbellula partialis umbella.

Cyma umbella compoſita ramulis alternis.

Spadix intra ſpatham, praeprimis palmae.

Rachis ſpicae graminis, cui flores inſculpti.

21. MACHINAE vegetabilis ſubſtantia conſtat duplici contraria.

Corticalis externa, includens, nutritiva, deſcendens, terrenis adhaerens, ſtudioſe medullam incarcerans, duriuſcula, apice tenerrimo aureſcens.

Medulla interna, incluſa, vivificans, baſi deliqueſcens, apice adſcendens, multiplicatione diviſibilitate terminoque infinita, in creatione acceuſa, a primordio occulte feſtinat, lenteque verſus minimam reſiſtentiam ad ſummum ſuum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius, eo clauſtra citius reſerat metamorphoſin

phoſin ſubitura, quaeque evaſura ſeſe cum corpore copulat, ut in novas diſpergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit diſperſis ſeminibus, per *hilum* abſorbentibus aquam, unde rumpuntur membranae a bibulis tumentibus *cotyledonibus*, lactantibus *corculum*, usque dum foetus *roſtellum* radiculas exſerat, quo erigatur *plumula* accreſcens in *herbam* anni, terminatam *gemma* ſupra decompoſita.

23. VEGETATIO fit *radiculis* ſugentibus tincturam aquoſam humi, quae, calore quotidie addito, lente pellitur per corticis externi vaſa, unde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante ſuperfluo, *cortices* deponente ab interiore pariete *librum*, quotannis ſecedentem in ſubſtantiam *ligneam* (ex annulis annotinis interſtinctis *alburno* demum ab emarcidis inferioribus ramis ſuboſſefacto) ſuſtentaturam caudicem adſcendentem, intra cujus apices *medulla* viva properat.

MEDULLAM concipio faſciculum e fibris nervorum aemulis iſoſcelen formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimas, hinc divergentes, penetrantes corticem etiamnum ſubgelatinoſum, ubi hi nervi medullares apice ſimiliter multiplicantur in gemmam. A diffuſo per has fibras, vaſe adſcendente, impeditoque ſubtus adſcenſu humoris propulſi, extenditur corticale in *folium*.

FOLIUM hoc, quod exerceatur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis paraſiticorum antea praeparatos) humores, pagina ſuperiore ex aëre et luce, quicquid ſit, principium inſpirat, pagina inferiore roridum aëremque oeconomiae vegetabili ſuperfluum perſpirat, a caſu nunquam renaſciturum.

DECLARATUR autem larva herbae, ubi medullae propulſio major, quam includentis corticis retentio, quo aperiri videtur ſubſtantia *corticis* in calicem, *libri* in corollam, *ligni* in ſtamina, *medullae* in piſtilla, *a*) terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima medullae ſemina.

24. PROLEPSIS ſiſtit metamorphoſeos plantarum myſterium, quo herbae *larva* mutatur in *declaratam* fructificationem; plantae enim eſt producere vel *herbam* folioſam, vel etiam *fructificationem*.

FOLIUM genuinum ſemper in ſinu fovet rami multiplicantis principium, ſive actu, ſive potentia tale; cumque folium ſit natum ob hujus cauſſam, nec viciſſim, nequit exiſtere folium, niſi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum eſt, licet effectus ante ſuam cauſſam manifeſtus.

GEMMA genuina (ſive ſtrictiori ſenſu ſic dicta) eſt *rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur; conſtat ſemper *ſquamis*, totidem



*a*) Repugnare huic ſententiae videntur ſeriora quaedam experimenta.

totidem foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis; cumque folia ſine gemma exiſtere nequeant, neceſſe eſt, ut gemmae lateant in ſinu cujusque ſquamae gemmaceae, confirmante autopſia, adeoque nequit omnis gemma aliud eſſe, quam corpus e foliis et gemmulis compoſitum: Omnis igitur gemma conſtat foliis cum ſuis gemmulis, et hae *gemmulae* ſimiliter ex minoribus ſquamis et gemmulis, et ſic porro in quintam usque progeniem (ut in volvoce), nec ultra, confirmante metamorphoſi: Ergo ramus folioſus praeſentis anni foetus ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, ſuccedentibus ad extremos apices ſemper novis, in defoliatorum, ad baſin, locum, ut numerus quinarius perennet. Hoc fit in *arboribus*, ubi medullam moratur durior ſubſtantia lignea; in *plantis* annuis autem, ubi minor reſiſtentia corticalis laxioris verſus medullam, valet haec brevius, ſine mora gemmacea, exire in flores; quodcunque enim valet propulſionem medullae augere, et incluſivam vim corticalis ſubſtantiae debilitare, id promovebit floreſcentiam.

Florem dum producat arbor, natura anticipabit quinque annorum progenies, ſimul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *bracteas*, ſequentis *calicem*, inſequentis corollam, conſequentis ſtamina, ſubſequentis *piſtillum*, refertum medulla granulata *ſeminum*, termino vitae vegetantis.

25. FLORESCENTIA ſiſtit plantarum *ſponſalia* in flore *a*) et *nuptias* in antheſi.

Flos, exuta herbae larva, prodit planta declarata, interna, nuda et perfecta inſtar *inſecti* alligati volitantis, *coleoptrati* calice, *alati* corolla, conſtantis ſolis *viſceribus* genitalibus, *maſculis* ſtaminibus ex antheris *teſticularibus*, repletis polline *genitali*, continente *fovillam* vivificantem, et *femineis* piſtillis ex germinis *ovario* terminato ſtigmate *vulvifero*, tecto *pube* tubuloſa, reſudante *lympham* genitalem.

Anthesis peragitur, dum antherae ruptae ſpargunt ſuum *pollen* veſiculare ſupra *ſtigma*, quo efflat hoc incluſam *fovillam* maſculam, abſorbendam a *lympha genitali* feminea reſudante, ut corporeum maſculum addito femineo medullari conficiat *ovum*, in juſtam maturitatem fovendum intra ovarium.

26. PRINCIPIUM fructificationis, fundamentum botanices, altius repetendum.

Problema: Supponas D. O. O. in primordio a ſimplici progreſſum ad compoſita, a paucis ad plura! adeoque a primo vegetabili principio tot tantum creaſſe plantas diverſas, quot *ordines naturales*. Has ordinum plantas Ipsum dein ita inter ſe generando miſcuiſſe,

---

*a*) Sponſalia plantarum. Amoen. acad. I. n. 12.

cuiſſe, ut totidem exorirentur plantae, quot hodie exiſtunt *genera:* Naturam deìn genericas has plantas per generationes ambigenas, (quae ſtructuram floris non mutant) inter ſe miſcuiſſe, et multiplicaſſe in *ſpecies* exiſtentes, quotquot poſſibiles, excluſis tamen e numero ſpecierum ab ejusmodi generatione productis plantis *hybridis*, utpote ſterilibus.

Genus itaque omne eſt naturale, confirmante natura, ſaltum non faciente.

Character ergo non conſtituat unquam genus, ſed ſedulo ſecundum genus naturae conficiendus eſt.

Plantae congeneres ſunt quoad genus dignoſcendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat fructificationem, ſed diſtinguendae in ſpecie ſecundum herbam a ſociis ſororibus, diverſo patre productis.

Diagnosis ſic plantae conſiſtit in affinitate *generis* et in diſcrimine *ſpeciei.*

Nomen plantae itaque, ut utramque diagnoſin indigitet, duplex erit: *Genericum* cognomen gentilitium.
*Specificum* praenomen triviale.
ſub hoc vero *Synonyma* vaga auctorum.

Botanicus, ſequendo *claſſificationes* per *characteres* plantae declaratae ducitur ad *genus* nominatum, per *differentias* larvae ad *ſpeciei* appellationem, inde ad hujus *ſynonyma*; ex his ad *auctores*, exinde ad *omnia*, quae de objecto quaeſtionis, ſeculi beneficio, ad nos pervenere. Sic dicat ipſa planta ſuum nomen, ſuamque hiſtoriam in tanta multitudine ſpecierum, imo individuorum; hoc finis botanices primus, ſeculi noſtri inventum, in quo perficiendo deſudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICUS *verus* deſudabit in augendo amabilem ſcientiam.

Descriptiones fundamentales conficiat verbis characteriſticis, plantarum inprimis obſcuriorum rariorum novarumque, ad normam delineationis plantae, quales *Filius, et Schreberus in Decuriis, Thunberg, l'Heritier, Murray.*

Figuras, ſi poterit, addat, quae repraeſentant plantam perfectam, quales dedere *Vaillant, Dillenius, Ehret, Jacquin, Trew, Schmiedel, Hedwig, Gieſecke* cum *Schulze, Abendroth* et *Baeck.*

Differentias ſpecificas eruat compendioſas et maxime proprias.

Synonyma auctorum conquirat, inprimis ſelectiora, uti *Hallerus.*

Genus naturale ſemper ſpeciei praefigat et, ubi novum, *charactere* naturali definiat ex omnium partium fructificationis ſitu, figura, numero, proportione.

Species novas vagasque ad certa genera referat, uti *Tournefort, Plumier, Browne, Jacquin.*

Ordinem naturalem, ubi patet, indigitet.

Stationes cujusvis plantae notet, ideoque plures *Floras*, ubi licet, producat, inprimis *auſtrales* et *exoticas*.

Proprietates obſervet, qualis *duratio*, *ſeminatio*, *gemmatio*, *vernatio*, *aeſtivatio*, *nuptiae*, *frondeſcentia*, *calendarium*, *horologium*, *ſummas qualitates*.

Usus addat, quales uſus *Naturae* (Panis Pandoraque), *medicus*, *oeconomicus* &c. et quaecunque in his cedant inprimis in gloriam auctoris et in commoda generis humani, ut poſteri demum obambulent in ſerena luce.

Damna enarret, quae inde in alias plantas utiles, in varia animalia, in hominem ipſum redundant.

Botanophili Fallaces, Ephebi, Hisquitallientes:

Leges artis proclamant, antequam naturales didicerint.
Abſonos extollunt, praeſtantiores rodunt zelo ſtomachoſo.
Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.
Grano eruditionis reperto ſtentorei ebuccinant.
Methodum naturalem ſibi notam crepant.
Genera arbitraria eſſe aſſeverant.

DELI-

---

*Dediſti mihi*, DOMINE, *artem*,
*meam mercedem*;
*et in illa laudabo nomen* TUUM.

David.

---

# DELINEATIO PLANTAE.

## I. THEORIA.

GENUS. Nomen *ſelectiſſimum.*
Character naturalis, eſſentialis, artificialis.
Claſſis Ordoque *ſyſtematis praeſtantiſſimi.*
Ordo naturalis *demonſtrandus.*

SPECIES. Nomen triviale.
Differentia ſpecifica *demonſtranda*, *certiſſima*, *breviſſima.*
Synonyma *ex* deſcriptione ſ. figura *ſelecta*, vernacula.

CRITICA. Etymologia nominis *generici*, *ſpecifici.*
Inventor *cum* tempore.
Eruditio hiſtorica, critica, antiqua.

## II. DESCRIPTIO.

RADIX. *duratione* annua, biennis, perennis.
*figura* a. fibroſa, ramoſa, fuſiformis, praemorſa.
b. repens, articulata, dentata.
c. globoſa, tuberoſa, faſcicularis, palmata.
d. bulboſa: (granulata,) tunicata, ſolida, ſquamoſa.

TRUNCUS. *ſpecie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.
*duratione* herbaceus, ſuffruticoſus, fruticoſus, árboreus.
ſolidus, inanis, fiſtuloſus.
*menſura* a. (proportio *ad folia reliquasque partes.*)
b. craſſities ex *ſimili notiſſimo.*
*directione* a. erectus, ſtrictus, rigidus, ſcandens, volubilis, repens.
laxus, obliquus, adſcendens.
declinatus, incurvatus, nutans.
diffuſus, procumbens, ſtoloniferus.
b. ſarmentoſus, radicans, repens.
c. geniculatus, flexuoſus, ſcandens.
volubilis: *ſiniſtrorſum*, *dextrorſum.*
*figura* a. teres, ſemiteres, compreſſus, fiſtuloſus, anceps, 3-10 angulatus.
acutangulus, obtuſangulus.
b. 3-6 gonus, 3-5 quater.
*veſtitu.* nudus, aphyllus, foliatus.
vaginatus, ſquamoſus, imbricatus.
*ſuperficie.* a. ſuberoſus, rimoſus, tunicatus.
b. laevis, ſtriatus, ſulcatus, canaliculatus.
c. glaber, ſcaber, muricatus.
tomentoſus, villoſus, hiſpidus.
aculeatus, ſpinoſus, urens.

d. ſtipu-

d. ſtipulatus, membranatus, bulbiferus.
*compoſitione* a. anodis, ſimpliciſſimus, ſimplex, integer.
b. articulatus, prolifer, dichotomus, brachiatus.
c. ſubramoſus, ramoſus, ramoſiſſimus.
d. virgatus, paniculatus, faſtigiatus.
e. patens, divaricatus.
Ramis a. ſtructura caulis, frondis.
b. alternis, diſtichis, ſparſis.
confertis, oppoſitis, verticillatis.
c. erectis, coarctatis, divergentibus.
divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis.
d. altitudine caulis; longis, brevibus, patentibus.

## FOLIA

determinatione *loco* radicalia, caulina, ramea.
axillaria, floralia.
*numero* unicum, duo, tria, pauca, plurima.
*ſitu* a. alterna, diſticha, bifaria.
ſparſa, conferta, imbricata.
faſciculata, bina, terna, quaterna, quina.
confluentia, approximata, remota.
b. oppoſita, decuſſata, ſtellata.
*directione* a. erecta, ſtriata, rigida, adſperſa.
patentia, patentiſſima, aſſurgentia, inflexa, reclinata, recurvata, revoluta, dependentia.
b. obliqua, adverſa, verticalia, reſupinata.
c. ſubmerſa, natantia, radicantia.
*inſertione* a. petiolata, peltata.
b. ſeſſilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.
ſtructura *figura* a. ſubrotunda, orbiculata, ovata, ovalia.
b. oblonga, parabolica, cuneiformia, ſpatulata.
c. rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, aceroſa.
*angulis* integra, 3-5 angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.
*ſinubus* a. cordata, reniformia, lunata.
ſagittata, haſtata, panduriformia, runcinata.
b. fiſſa, 2-7 loba, 2-7 fida, 3-7 partita.

palma-

---

*Ob* loco *obverſe*, e. gr. obcordata, obovata &c.
*Sub* loco *fere* e. gr. ſubcordata, ſubovata &c.
Coadunantur ſaepe figurae ejusdem diviſionis, non vero diverſae,
*bene* lanceolato-ovata, ovato-lanceolata &c.
*male* lanceolato-acuta, ovato-mucronata.

palmata, lyrata, pinnatifida, ſinuata.
laciniata, ſquamoſa.
*margine* a. integerrima, crenata, ſerrata, ciliata.
dentata, ſpinoſa, cartilaginea.
b. repanda, lacera, eroſa, daedalea.
*apice* a. obtuſa, emarginata, praemorſa, truncata.
acuta, acuminata, cuſpidata, mucronata, cirrhoſa.
*ſuperficie* a. pagina: ſuperiore, inferiore.
nuda, glabra; nitida, lucida, colorata.
b. nervoſa: trinervia, trinervata, triplinervia;
enervia, lineata, ſtriata, ſulcata.
c. venoſa, rugoſa, bullata, lacunoſa, avenia.
d. punctata, papilloſa, papuloſa, viſcida.
e. villoſa, tomentoſa, ſericea, lanata, barbata.
piloſa, ſcabra, hiſpida, aculeata, ſtrigoſa.
*expanſione* plana, canaliculata, concava, convexa, cucullata,
plicata, undata, criſpa.
*ſubſtantia* a. membranacea, ſcarioſa, gibba,
teretia, depreſſa, compreſſa, carinata.
b. compacta, tubuloſa, pulpoſa, carnoſa.
c. triquetra, ancipitia, lingulata, enſiformia.
ſubulata, acinaciformia, dolabriformia.
*menſura* breviſſima, longiſſima, *ratione caulis articulorumve.*
*duratione* decidua, caduca, perſiſtentia,
perennia, ſempervirentia.
compoſitione *Compoſita* articulata, conjugata.
digitata: binata, ternata, quinata.
pedata.
pinnata: bijuga, trijuga, quadrijuga, cum impari, abrupta, cirrhoſa.
*foliolis* oppoſitis, alternis, interruptis, decurſivis.
*Decompoſita* bigemina, biternata, bipinnata.
*Supradecompoſita* tergemina, triternata, tripinnata.
FULCRA. Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.
PETIOLUS *figura* linearis, alatus, clavatus.
membranaceus, teres, ſemiteres, triqueter, canaliculatus.
*magnitudine* breviſſimus, brevis, mediocris,
longus, longiſſimus.
*inſertione* inſertus, adnatus, decurrens.
amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.
*directione* erectus, patens, aſſurgens, recurvatus.

*ſuper-*

*ſuperficie* glaber, aculeatus, nudus, articulatus, ſpineſcens.

STIPULAE a. geminae, ſolitariae, nullae.
b. laterales, extrafoliaceae, intrafoliaceae, oppoſitifoliae.
c. caducae, deciduae, perſiſtentes, ſpineſcentes.
d. ſeſſiles, adnatae, decurrentes, vaginantes.
e. ſubulatae, lanceolatae, ſagittatae, lunatae.
f. erectae, patentes, reflexae.
g. integerrimae, ſerratae, ciliatae, dentatae, fiſſae.
h. breviſſimae, mediocres, longae.

CIRRHUS a. axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis.
b. ſimplex, trifidus, multifidus.
c. convolutus, revolutus.

PUBES a. pili, lana, barba, tomentum, ſtrigae.
b. ſetae: ſimplices, hamoſae, ramoſae, plumoſae, ſtellatae.
c. hami, glochides.
d. Glandulae, Utriculi.
foliaceae, petiolares, pedunculares, ſtipulares.
e. viſcoſitas, glutinoſitas.

ARMA a. *Aculei:* recti, incurvi, recurvi.
b. *Furcae* bifidae, trifidae.
c. *Spinae* terminales, axillares, calicinae, foliares, ſimplices, diviſae.
d. *Stimuli* pungentes, urentes.

BRACTEAE a. coloratae, caducae, deciduae, perſiſtentes.
b. una, duae, plures.
c. *Coma.*
d. Foliorum *caetera addenda.*

PEDUNCULUS. partialis (a-e) communis; Pedicellus.
a. *loco* radicalis, caulinus, rameus.
petiolaris, cirrhiferus.
terminalis, axillaris.
oppoſitifolius, lateriflorus, interfoliaceus, ſuprafoliaceus, extrafoliaceus.
b. *ſitu* alternus, ſparſus, oppoſitus, verticillatus.
c. *numero* ſolitarius, geminatus, umbellula: *ſeſſilis.*
d. *dire-*

---

*Terminorum* definitiones dedi in amoenit. acad. 6. p. 217, figuras *autem in horto Cliffortiano et philoſophia botanica* ego, Loe *in* introduction, Miller in *Dictionario*, Sauvages *in methodo*, Oeder, Lipp, Reuſſ, Erxleben *aliique dederunt.*

d. *directione* adſperſus, erectus, patens, cernuus, reſupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, adſcendens.
pendulus, ſtrictus, flexuoſus, retrofractus.
e. *menſura* brevis, breviſſimus, longus, longiſſimus.
f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus, triflorus, &c. multiflorus.
g. *ſtructura* teres, triqueter, tetragonus.
filiformis, attenuatus, clavatus, incraſſatus, nudus, ſquamoſus, foliatus, bracteatus, geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA graduali modificatione ſcandit

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Spadix. | Cyma. | Umbella. | Umbellula. | Aggregata. |
| Compoſita. | Spica. | Amentum. | Strobilus. | Corymbus. |
| Racemus. | Panicula. | Thyrſus. | Faſciculus. | Capitulum. |
| Verticillus. | Lateriflor. &c. | | | |

*Flores* terminales, laterales, ſparſi, conferti, aggregati.
ſeſſiles, pedunculati.
unicus, ſolitarius, terni &c. copioſi.
erecti, cernui, nutantes, reſupinati, ſecundi, verticales, horizontales.
ſuperaxillares, oppoſitifolii, lateriflori, interfoliacei.

a. Verticillus
a. ſeſſilis, pedunculatus.
b. nudus, involucratus, bracteatus.
c. confertus, diſtans.

b. Capitulum
a. ſubrotundum, globoſum, dimidiatum.
b. folioſum, nudum.

c. Spica
a. ſimplex, diſticha, compoſita, ſpiculis, glomerata.
b. ovata, ventricoſa, cylindrica, interrupta.
c. imbricata, articulata, ramoſa, ſecunda, linearis, ciliata, foliacea, comoſa.

d. Corymbus
ſimplex, compoſitus.

e. Thyrſus
nudus, foliatus.

f. Faſciculus

g. Racemus
a. ſimplex, compoſitus.
b. unilateralis, ſecundus, pedatus, conjugatus;
c. erectus, laxus, dependens.

d. nu-

d. nudus, foliatus.
h. Panicula trunci ſtructura.

FRUCTIFICATIO ex *numero*, *figura*, *proportione*, *ſitu partium*.
Simplex. Compoſita ex floſculis.

Calix *Perianthium* fructificationis, floris, fructus.
*Perſiſtens*, deciduum, caducum.
*Proprium* a. monophyllum, polyphyllum.
b. 2-5 fidum, 2-5 partitum, integrum.
c. tubuloſum, patens, reflexum, inflatum.
d. abbreviatum, longum, mediocre.
e. obtuſum, acutum, ſpinoſum, aculeatum.
f. aequale, inaequale, labiatum.
*Commune* imbricatum, ſquarroſum, caliculatum, ſcarioſum.
*Involucrum* a. univerſale, partiale, proprium.
b. mono-polyphyllum.
*Gluma* a. uniflora, 2-multiflora.
b. univalvis, bivalvis, multivalvis.
c. colorata, glabra, hiſpida.
*Ariſta* a. mutica, terminalis, dorſalis.
b. recta, tortilis, geniculata, recurvata.
*Amentum* ſquamoſum nudum.
*Spatha* univalvis, bivalvis, dimidiata, imbricata, 1-6 flora.
*Calyptra* recta, obliqua.
*Volva* approximata, remotiſſima: Pileus, Stipes.

Corolla *petali* a. Tubus f. Ungues; Limbus f. Laminae.
b. monopetala, 2-6-polypetala, 5 fida, 5 partita.
c. regularis, irregularis, inaequalis, difformis.
d. globoſa, campanulata, infundibuliformis.
hypocrateriformis, rotata, liliacea.
ringens, perſonata: labio ſuperiore et inferiore; rictu; palato, fauce, collo.
cruciata, concava, patens.
papilionacea: vexillo, alis, carina.
e. compoſita: ligulata, tubuloſa, radiata.
Diſcus, radius.
f. color.
*Nectarium* proprium, petalinum, calicinum.

Stamina *Filamenta* numero, figura, inſertione, proportione aequalia, inaequalia; connata, alterna.
*Antherae* diſtinctae, connatae, laterales, incumbentes, erectae.

didy-

Didymae, globoſae, ſubulatae, ſagittatae, bicornes, ariſtatae, ſpitales.
loculi, apertura.
*Pollen* figura.

PISTILLUM *Germen* ſuperum, inferum; pedicellatum.
*Stilus* numero, proportione, diviſione, figura, capillaris, filiformis, cylindricus, ſubulatus, clavatus.
erectus, declinatus, adſcendens.
*Stigma* numero, figura: diviſum, perforatum, capitatum.

PERICARDIUM *Capſula*: figura, valvulae, loculamenta, diſſepimenta, columella.
dehiſcentia: 5 dentata, 5 valvis, articulata, circumſciſſa, elaſtica.
bicapſularis &c. biloculàris &c.
didyma, tricoſſa &c. inflata.
*Siliqua* figura: compreſſa, toruloſa, articulata.
*Diſſepimentum* parallelum, transverſum.
*Legumen* figura, articulata, 1-2 locularis, iſthmis.
*Folliculus* univalvis figura.
*Drupa* ſucculenta, ſicca.
*Pomum* figura, loculamentum.
*Bacca* monoſperma &c. nidulantia ſemina.
*Strobilus* figura totius, ſquamarum.

SEMEN numero, figura, loculis, ſuperficie, conſiſtentia.
*Hilum. Corcullum.*
*Corona*; *Pappus* ſtipitatus ſ. ſeſſilis: capillaris, plumoſus.
Cauda, hamus, caliculus, ala, ariſta.
*Nux* unilocularis, bilocularis &c.
*Arillus* cartilagineus, ſucculentus.

RECEPTACULUM fructificationis, floris, fructus.
*Commune* a. nudum, punctatum, piloſum, paleaceum, alveolatum.
b. planum, convexum ſubulatum, ovatum, globoſum.
*Compoſitus* flos ex *floſculis*.
*Aggregatus* flos.
*Umbella* a. ſimplex, compoſita ex *univerſali partiali*que, prolifera.
b. concava, faſtigiata, convexa.



c. ere-

c. erecta, nutans.
*Cyma* nuda, bracteata.
*Spadix* a. uniflorus, multiflorus.
b. ſimplex, ramoſus.
c. rachis ſpicae.

## III. HABITUS.

GEMMATIO Bulbus ſolidus, tunicatus, ſquamatus, caulinus.
Gemma *origine* petiolaris, ſtipularis, corticalis.
*contento* foliaris, floralis, communis.
VERNATIO conduplicata, convoluta, involuta, revoluta, imbricata, equitans, obvoluta, plicata, circinalis.
AESTIVATIO convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inaequivalvis.
TORSIO a. conformis, difformis.
b. dextra, ſiniſtra, reciproca.
c. reſupinata, circinalis.
VARIATIO coloris, magnitudinis, pubeſcentiae, aetatis.
*Externa* plicata, faſciata,
latifolia, tenuifolia, criſpa.
mutica.
*Interna* a. mutilata, grandiflora.
b. multiplicata, plana, prolifera, criſtata.
c. vivipara, bulbigera.
SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.
Generationis *myſteria.*
SEMINATIO *Seminis* cauda, ala, pappus, ariſta,
hamuli, gluten, curvatio.
*Pericarpii* baccatio, inflatio, viſcoſitas, elaſticitas, *Structura.*
PLACENTATIO. Dicotyledonis, Acolytedonis, Polycolyledonis.

## IV. STATIO.

CLIMA boreale, mediterraneum, alpinum, marinum.
orientale, auſtrale, occidentale, indicum.
SOLUM lacuſtre, littorale, maritimum, ſalſum.
paluſtre, inundatum, uliginoſum, caeſpitoſum,
nemoroſum, ſilvaticum, arvenſe,
pratenſe, campeſtre, montanum,
ruderale, cultum.
TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena.
Paraſitica, arrhiza: Radicis, Trunci, Caulis, Folii.

## V. TEMPUS.

GERMINATIO dierum, menſium, annuum, bienne.

FRON-

FRONDESCENTIA *Vernatio* praecox, aequalis, ſerotina.
*Autumnatio* praecox, lenta, cunctanea.
CALENDARIUM 1. germinationis, frondeſcentiae, floreſcentiae.
2. groſſificationis, maturationis, meſſis.
3. exfoliationis, defoliationis, congelationis.
4. brumalis, glacialis, regelationis.
HOROLOGIUM a. *Vigiliae* meteoricae, tropicae, aequinoctiales.
b. apertionis, recluſionis.
SOMNUS. connivens, includens, circumſepiens, muniens, conduplicans, involvens, divergens, dependens, invertens, imbricans.
DURATIO *Plantae* caducae, ſenſiles, perpetuae.
*Flores* ephemeri, tridui, menſtrui.
*Fructus* praecoces, ſerotini, annui.

## VI. QUALITATES.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ODOR | ambroſiacus, | fragrans, | ſpirans, | aromaticus, | orgaſticus. |
| | hircoſus, | nidoroſus, | teter, | nauſeoſus, | viroſus. |
| SAPOR | aquoſus, | acidus, | pinguis, | dulcis, | mucoſus. |
| | ſiccus, | amarus, | ſtipticus, | acris, | ſalſus. |
| COLOR | hyalinus, | ruber, | purpureus, | albus, | triſtis. |
| | niger, | luteus, | viridis, | cinereus, | teſtaceus. |
| TACTUS | humidus, | tomentoſus, | ſuccoſus, | carnoſus, | viſcidus. |
| | aridus, | lucidus, | ſcarioſus, | membranaceus, | ſcaber. |
| MENSURA | linearis, | pollicaris, | ſpithamaea, | pedalis, | cubitalis, |
| | unguicularis, | palmaris, | dodrantalis, | orgyalis. | |

## VII. USUS.

NATURALIS *Oeconomia* naturae ejusque politia.
Pan *mammalium phytiphagorum domeſticorum.*
Pandora *inſectorum.*
ARTIFICIALIS *Culinaris:* Radices, Olera, Fructus.
*Officinalis* a. ſimplicia, praeparata.
b. pretium, locus.
*medicus:* Vires, uſus.
*oeconomicus* inſtrumentalis.
paſtoralis.
tinctorius.
culturae; Cerealia.
Macellum.
Officinalis.
Arboretum, Frutetum.
Pomona.
Paſcua.

# CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIAE PLANTARUM.
Actus generationis incolarum regni vegetabilis.
*Floreſcentia.*

PUBLICAE.
Nuptiae, omnibus manifeſtae, aperte celebrantur.
*Flores unicuique viſibiles.*

DIFFINITAS.
Mariti inter ſe non cognati.
*Stamina nulla ſui parte connata inter ſe ſunt.*

INDIFFERENTISMUS.
Mariti nullam ſubordinationem inter ſe invicem ſervant.
*Stamina nullam determinatam proportionem longitudinis inter ſe invicem habent.*

| | |
|---|---|
| 1. MONANDRIA. | 7. HEPTANDRIA. |
| 2. DIANDRIA. | 8. OCTANDRIA. |
| 3. TRIANDRIA. | 9. ENNEANDRIA. |
| 4. TETRANDRIA. | 10. DECANDRIA. |
| 5. PENTANDRIA. | 11. DODECANDRIA. |
| 6. HEXANDRIA. | 12. POLYANDRIA. |

SUBORDINATIO.
Mariti certi reliquis praeferuntur.
*Stamina duo reliquis ſemper breviora ſunt.*

| | |
|---|---|
| 13. DIDYNAMIA. | 14. TETRADYNAMIA. |

AFFINITAS.
Mariti propinqui et cognati ſunt.
*Stamina cohaerent inter ſe invicem aliqua ſui parte.*

| | |
|---|---|
| 15. MONADELPHIA. | 17. POLYADELPHIA. |
| 16. DIADELPHIA. | 18. SYNGENESIA. |

CLANDESTINAE.
Nuptiae clam inſtituuntur.
*Flores oculis nudis difficilius uſurpandi.*

| 19. CRYPTOGAMIA.

CLAS-

# CLASSIUM CHARACTERES.

I. MONANDRIA, a *μόνος* unicus et *ἀνὴρ* maritus.
Maritus unicus in matrimonio.
*Stamen unicum in flore.*

II. DIANDRIA.
Mariti duo in eodem conjugio.
*Stamina duo in flore eodem.*

III. TRIANDRIA.
Mariti tres in eodem conjugio.
*Stamina tria in flore eodem.*

IV. TETRANDRIA.
Mariti quatuor in eodem conjugio.
*Stamina quatuor in eodem flore.*
(*Si ſtamina duo proxima breviora ſunt, referatur ad Cl.* 13.)

V. PENTANDRIA.
Mariti quinque in eodem conjugio.
*Stamina quinque in flore eodem.*

VI. HEXANDRIA.
Mariti ſex in eodem conjugio.
*Stamina ſex in flore eodem.*
(*Si ex his ſtamina* 2 *oppoſita breviora, pertinet ad Cl.* 14.)

VII. HEPTANDRIA.
Mariti ſeptem in eodem conjugio.
*Stamina ſeptem in flore eodem.*

VIII. OCTANDRIA.
Mariti octo in eodem conjugio.
*Stamina octo in flore eodem.*

IX. ENNEANDRIA.
Mariti novem in eodem conjugio.
*Stamina novem in flore eodem.*

X. DECANDRIA.
Mariti decem in eodem conjugio.
*Stamina decem in flore eodem.*

XI. DODECANDRIA.
Mariti duodecim ad novendecim in eodem conjugio.
*Stamina duodecim ad novendecim in eodem flore.*

XII. POLYANDRIA, a *πολὺς* et *ἀνὴρ.*
Mariti viginti et ultra in eodem conjugio.

*Stamina, in aliis calicis lateri interno, in aliis receptaculo inſerta*, 20 - 1000 *in eodem flore.*

XIII. DIDYNAMIA, a *δὶς* bis, et *δύναμις* potentia.
Mariti quatuor, quorum 2 longiores, 2 breviores.
*Stamina quatuor, quorum duo proxima longiora ſunt.*

XIV. TETRADYNAMIA.
Mariti ſex, quorum quatuor longiores.
*Stamina ſex, quorum quatuor longiora, duo autem oppoſita breviora.*

XV. MONADELPHIA, a *μόνος* unicus, et *ἀδελφὸς* frater.
Mariti, ut fratres, ex una baſi proveniunt.
*Stamina filamentis in unum corpus coalita ſunt.*

XVI. DIADELPHIA.
Mariti e duplici baſi, tanquam e duplici matre, oriuntur.
*Stamina filamentis in duo corpora connata ſunt.*

XVII. POLYADELPHIA.
Mariti ex pluribus, quam duabus matribus, orti ſunt.
*Stamina filamentis in tria vel plura corpora coalita.*

XVIII. SYNGENESIA, a *σὺν* ſimul et *γένεσις* generatio.
Mariti genitalibus foedus conſtituerunt.
*Stamina antheris (raro ſimul filamentis) in cylindrum coalita.*

XIX. CRYPTOGAMIA, a *κρυπτὸς* occultus et *γάμος*, nuptiae.
Nuptiae clam celebrantur.
*Fructificatio magis* occulta.

ORDINES a feminis ſeu piſtillis, ut claſſes a maribus ſeu ſtaminibus utplurimum definiuntur; in paucis tamen v. g. *in claſſe ſyngeneſiarum cryptogamiarum* differunt ordines ita.

MONOGYNIA, DIGYNIA, TRIGYNIA &c. a *γυνὴ* femina, praepoſitis numeris graecis *μόνος, δὶς, τρὶς, τέτρα* &c.

i. e. *Piſtillum* 1. 2. 3. 4. &c. *Numerus hic piſtilli ſumitur a baſi ſtili; ſi ſtilus autem deficit, a numero ſtigmatum calculus fit.*

POLYGAMIA AEQUALIS conſtat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus.

i. e. *multis floſculis, ſtaminibus et piſtillis inſtructis.*
*Flores ejusmodi maximam partem vulgo* floſculoſi *dicuntur.*

POLYGAMIA SPURIA, ubi thalami vere nuptorum diſcum occupant, et ambitum cingunt thalami meretricum maritis deſtitutarum, ut a maritis uxoratis foecundentur.

i. e. *ubi*

i. e. *ubi floſculi hermaphroditi diſcum occupant, et marginem cingunt floſculi feminei ſtaminibus deſtituti.*

(a) SUPERFLUA, cum feminae maritatae fertiles ſunt, et familiam propagare queunt, adeo ut concubinarum auxilium videatur ſuperfluum.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur, et ſemina proferunt; flores quoque feminei radium conſtituentes ſimiliter ſemina ferunt.*

b) FRUSTRANEA, cum feminae maritatae fertiles ſunt, et ſpeciem propagare queunt, concubinae autem ob defectum vulvae, veluti caſtratae, impraegnari nequeunt.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi, ſtigmate inſtruuntur, et ſemina proferunt, floſculi vero radium conſtituentes, quum ſtigmate careant, ſemina proferre nequeunt.*

c) NECESSARIA, cum feminae maritatae, ob genitalium labem et vulvae defectum ſteriles, familiam propagare nequeunt; concubinis a maritis feminarum foecundatis uxorum locum ſupplentibus, ſobolemque laete propagantibus.

i. e. *cum flores hermaphroditi ob defectum ſtigmatis piſtilli ſemina perficere nequeunt, flores autem feminei in radio ſemina perfecta proferunt.*

d) SEGREGATA, cum thalami plurium cujuscunque ſexus et conjugii ita uniuntur, ut unicum thalamum communem conſtituant.

i. e. *cum calices floriferi plures comprehenduntur a communi calice, ut unicum florem conficiant.*

# CLASSIUM GENERA.

## I. MONANDRIA.

### Monogynia.

Canna.
*Renealmia.*
Amomum.
Coſtus.
*Myroſma.*
Alpinia.
Maranta.
Curcuma.
Kaempferia.
Thalia.
Philydrum
Cucullaria.
Qualce.
Monodynamis.
Sphaerocarpos.
Hedychium.
*Myriſtica.*
Phyllachne.
Elaterium.
*Pandanus.*
Broſimum.
Aſcarina.
*Nipa.*
*Caſuarina.*
Balanophora.
Cynomorium.
*Artocarpus.*
Chara.
Boerhaavia.
Aphanes.
Salicornia.
Neckeria.
Tamburiſſa.
Hippuris.

### Digynia.

Laciſtama.
Coriſpermum.
Callitriche.
Blitum.
Maianum.
Ceratocarpus.

### Trigynia.

Najas.
*Aegopricon.*

### Tetragynia.

Zannichellia.

## II. DIANDRIA.

### Monogynia.

Nyctanthes.
Jaſminum.
Cookia.
Liguſtrum.
Phillyrea.
Maytenus.
Olea.
Chionanthus.
Ceranthus.
Syringa.
Hebe.
Tubiflora.
Dialium.
Eranthemum.
Circaea.
Veronica.
Paederota.
Globifera.
Juſticia.
Dianthera.
Kyrtandra.
Ghinia.
Gratiola.
Schwenckia.
Baea.
Calceolaria.
Pinguicula.
Utricularia.
*Walſenia.*
Fagelia.
Verbena.
Lycopus.
Amethyſtea.
Cunila.
Ziziphora.
Monarda.
Rosmarinus.
Salvia.
Collinſonia.
Morina.
*Globba.*
Lithophila.
*Thouinia.*
Pentagloſſum.
*Anciſtrum.*
Orchis.
Satyrium.
Ophrys.
Malaxis.
Serapius.
Limodorum.
Cranichis.
*Diſa.*
Cypripedium.
Epidendrum.
*Forſtera.*
Anguria.
Lemna.
Coſaria.
Cecropia.
Omphalea.
Salix.
Fraxinus.

### Digynia.

Anthoxanthum.
Gunnera.
Miſandra.

### Trigynia.

Piper.
Vallisneria.

## III. TRIANDRIA.

Valeriana.
Fiſſilia.

Olax.

Olax.
Macrolobium.
Rohria.
Tamarindus.
Elate.
Tragia.
Hernandia.
Phoenix.
Oſyris.
Maba.
Ficus.
Rumpfia.
Cneorum.
Camocladia.
Melothria.
Cucumis.
Cucurbita.
Momordica.
Ceratoſanthes.
Trichoſanthes.
Bryonia.
Sicyos.
Glochidion.
Ruſcus.
*Rotala.*
Ortegia.
Chelidurus.
Loeflingia.
Polyonemum.
Alternanthera.
*Agyneja.*
Tonſella.
Hippocratea.
Stilago.
Salacca.
Heritiere.
Crocus.
*Witſenia.*
Tapeinia.
Ixia.
Gladiolus.
Antholyza.
Vogelia.
Iris.
Moraea.
Marica.
Siſyrinchium.
Ferraria.
Dilatois.
Xiphidium.
Wachendorfia.
Commelina.
Callifia.
Syena.
Kyllingia.
Fuirena.
Pommereulla.
Lygeum.
Nardus.
Spartina.
Eriophorum.
Scirpus.
Cyperus.
Schoenus.
Carex.
Typha.
Sparganium.
Zea.
Apluda.
Olyra.
Coix.
Themeda.
*Maniſuris.*
Cenchrus.

Digynia.

Axyris.
Planera.
Bobantia.
Cornucopiae.
Saccharum.
Phalaris.
Paſpalum.
Syntheriſma.
Panicum.
Chloris.
Andropogon.
Phleum.
Alopecurus.
Milium.
Agroſtis.
Mühlenbergia.
Calamagroſtis.
Holcus.
Aira.
Malica.
Savaſtana.
Trifetaria.
*Spinifex.*
Iſchaemum.
Schima.
Aegilops.
Tripſacum.
Poa.
Briza.
Uniola.
Dactylis.
Cynoſurus.
Feſtuca.
Bromus.
Stipa.
Avena.
*Anthiſtiria.*
Lagurus.
Arundo.
Ariſtida.
Lolium.
*Rottboellia.*
Elymus.
Secale.
Hordeum.
Triticum.

Trigynia.

*Reſtio.*
Caturus.
Excaecaria.
Phyllanthus.
Amaranthus.
Eriocaulon.
Montia.
Proſerpinaca.
Holoſteum.
Merorea.
Koenigia.

Polycarpon.
Mollugo.
Minuantia.
Queria.
Lechea.
Enneagynia.
Empetrum.

IV. TETRANDRIA.
Monogynia.

Protea.
Ropala.
Globularia.
*Stilbe.*
Cephalanthus.
Lidbeckia.
Scabioſa.
Knautia.
Crinita.
Allionia.
Hedyotis.
Perama.
Opercularia.
Scabrita.
Spermacoce.
Evea.
Aſperula.
Diodia.
Knoxia.
Houſtonia.
Ruſſea.
Galium.
Valantia.
Crucianella.
Rubia.
Siderodendrum.
Simbuleta.
Siphonanthus.
Catesbaea.
Ixora.
Pavetta.
Ferneſia.
Ernodea.
Antirhea.

Peteſia.
Hoffmannia.
Racka.
Chomelia.
Petitia.
Mitchella.
Coccoſipſilum.
Wallenia.
Callicarpa.
Myonima.
Pyroſtria.
Relhamia. *Panzeria.*
Aquartia.
Myrmecia.
Witheringia.
Polypremum.
Chaetocarpus.
Laſioſtoma.
Brabejum.
Penaea.
Blaeria.
Labatia.
Buddleja.
Exacum.
*Littorella.*
Plantago.
Scoparia.
*Skimmia.*
Rhacoma.
Monetia.
*Othera.*
*Orixa.*
Centunculus.
Sanguiſorba.
Ciſſus.
Fraſera.
Epimedium.
Cornus.
*Samara.*
Blackburnia.
Fagara.
Mayepea.
*Aegiphila.* Junghanſia.

Ptelea.
*Hydrophylax.*
Tomax.
Sceura.
Rorida.
*Sirium.*
Ludwigia.
Azima. Canſcora.
*Banckſia.*
Mecucua.
Poiretia.
Oldenlandia.
Carphalea.
Ammannia.
Isnardia.
Trapa.
Dorſtenia.
Cometes.
Majanthemum.
Paketaria.
Boehmeria.
Procris. Empleurum.
Urtica.
Batis.
Trophis.
Maprunea.
Viſcum.
Kraſchenninikofia.
Hippophaë.
Pathos.
Nepenthes.
Moſcharia.
*Nigrina.*
Elaeagrus.
*Gonocarpus.*
Santalum.
Serpicula.
Aucuba.
*Montinia.*
Struthiola.
*Manettia.*
Krameria.
Hartogia.

*Acaena.*

*Acaena.*
Rivina.
Votomita.
*Embothrium.*
Nacibea.
Cuſſarea.
Faramea.
Malanea.
Tontanea.
Patabea.
Chloranthus.
*Salvadora.*
Embalia.
Caniiera.
Camphoroſma.
Alchemilla.

Digynia.

*Galopina.*
Crucita.
Buffonia.
Hamamalis.
Nertera.
Betula.
Morus.
Laurembergia.
Schaefferia.
Centella.
Myrica.
Anthoſpermum.
Cuſcuta.
Pagamea.
Hypecoum.
*Gomozia.*

Trigynia.

Buxus.
Cranzia.
Argythamnia.

Tetragynia.

Brucea.
*Cicca.*
Ilex.
Coldenia.
Potamogeton.
Ruppia.
Sagina.
Radiola.
Tillaea.
Myginda.

V. PENTANDRIA.

Monogynia.

Heliotropium.
Myoſotis.
Batſchia.
Lithoſpermum.
Anchuſa.
Cynogloſſum.
Pulmonaria.
Arnebia.
Symphytum.
Cerinthe.
Onoſma.
Borago.
Aſperago.
Lycopſis.
Echium.
Meſſerſchmidia.
Tournefortia.
Nolana.
Diapenſia.
Aretia.
Androſace.
Primula.
Cortuſa.
Soldanella.
Dodecatheon.
Cyclamen.
Menyanthes.
*Doraena.*
Hottonia.
Bacopa.
Toccyena.
Hydrophyllum.
Phacelia.
Elliſca.
Rapanea.
Poraqueiba.
Lyſimachia.
Euparea.
Tupura.
Anagallis.
Theophraſtea.
Anaſſer.
*Retzia.*
Spigelia.
Ophiorhiza.
Ophioxylum.
*Virecta.*
Voyria.
Liſianthus.
Randia.
*Fagraea.*
*Scheffieldia.*
Azalea.
*Epacris.*
*Weigela.*
*Tectona.*
Plumbago.
Triguera.
Phlox.
*Porana.*
Endrachium.
Convolvulus.
Murucoa.
Ipomaea.
Cantua.
Hoitzia.
Polemonium.
Campanula.
Forgeſia.
Roella.
Phyteuma.
Lobelia.
Trachelium.
Samolus.
Nauclea.
Rondeletia.
Macrocnemum.
Bellonia.
Portlandia.
Swartſia.
*Scaevola.*

Cin-

Cinchona.
Kyctanthus.
Willdenovia.
Bertiera.
Pſychotria.
Coffea.
Ronabea.
Chiococca.
Hamellia.
Patima.
Vangneria.
Sabicea.
Oribaſia.
Stephanium.
Lonicera.
Baeobotrys.
Chimarrhis. Cyphia.
Dentella.
Uncaria.
Trioſteum.
Simira.
Mapuria.
Morinda.
Cellicocca.
Cephaelis.
Canephora.
Conocarpus.
Jaſione. Lignonia.
Strumpfia.
Corymbium.
Seriphium.
Ambroſia.
Kuhnia.
Parthenium.
*Clibadium.*
Schoepfia.
Erithalis.
Menais.
Muſſaenda.
Matthiola.
Mirabilis.
Coris.
Genioſtoma.
Broſſaea.

Verbaſcum.
Datura.
Hyoſcyamus.
Nicotiana.
Jaboroſa.
Atropa.
Phyſalis.
Solanum.
Capſicum.
Strychnos.
Genipa.
*Ignatia.*
Ceſtrum.
Lycium.
Cryptoſtomum.
Placoma.
Jacquinia.
Xyſtris.
Baſſovia. Urceolaria. Vallaris.
Meiſteria.
Chironia.
Smithia.
Cordia.
Maripa.
Patagonula.
Ehretia.
Varronia.
Ardiſia.
Laugeria.
Chryſophyllum.
Rinorea.
Riana.
Conohoria.
Sideroxylon.
Bumelia.
Manglilla.
Rhamnus.
Phylica.
Carpodetus.
Ceanothus.
Turia.
Maeſa.
Arduina.

Camax.
Büttneria.
Myrſine.
*Bladhia.* Plotea.
Antura.
Leea.
Canarium.
Cadaba.
Celaſtrus.
Ruyſchia.
Euonymus.
Polycardia.
Colletia.
Rubentia.
Hyperanthera.
Digera.
Dioſma.
*Hovenia.*
Brunia.
Cyrilla.
Itea.
Geruma.
Cutha.
Pittoſporum.
Viola.
Impatiens.
Galax.
Cedrela.
Melhania.
Ayenia.
Gluta.
*Elaeodendrum.*
Meeſia.
Braſilium.
*Calodendrum.*
*Eſcallonia.*
*Corynocarpus.*
*Argophyllum.*
Mangifera.
Hirtella.
Paypayrola.
Plectronia.
Ribes.
Gronovia.

Mollia.

Mollia.
*Aquilicia.*
Hedera.
Melicytus.
Vitis.
Lagoecia.
Roridula.
Sauvageſia. Logania.
*Caroxylon.*
Claytonia.
*Heliconia.*
Achyranthes.
Celoſia.
*Chenolea.*
Illecebrum.
Amanoa.
Glaux.
Hedicrea.
Theſium.
Gymnocarpos.
Papularia.
Gynopogon.
Anguillaria.
Breynia.
Pennantia.
Ceratonia.
Piſonia.
Nyſſa.
Gouania.
*Antidaſma.*
Rauwolfia.
Paederia.
Cariſſa.
Gardenia.
Willughbeja.
*Allamanda.*
Vinca.
Nerium.
Echites.
Plumaria.
Cameraria.
Tabernaemontana.
Amſonia.
Ochroſia.
Ceropegia.

Digynia.

Pergularia.
*Melodinus.*
Cynoctonum.
Periploca.
Cynanchum.
Apocynum.
Matelea.
Aſclepias.
Stapelia.
Villarſia.
*Linconia.*
Herniaria.
Humulus.
Atriplex.
Chenopodium.
Beta.
Microtea.
Salſola.
Anredera.
Anabaſis.
Creſſa.
Steris.
Gomphrena.
Rocama.
Boſea.
Ulmus.
Celtis.
Piſtacia.
Cannabis.
Nama.
Dichondra.
Hydrolea.
Donidoſia.
Schrebera.
Rochefortia.
Heuchera.
Velezia.
Swertia.
Gentiana.
*Vahlia.*
*Ruſſelia.*
*Bumalda.*
Ireſine.
Iva.
Xanthium.
Nephelium.
Phyllis.
Hermus.
Arctopus.
Panax.
Eryngium.
Hydrocotyle.
Sanicula.
Aſtrantia.
Buplearum.
Echinophora.
*Coproſma.*
Haſſelquiſtia.
Tordylium.
Caucalis.
Artedia.
Daucus.
Ammi.
Bunium.
Conium.
Selinum.
Athamanta.
Peucedanum.
Crithmum.
Spinanthe.
Cachrys.
Ferula.
Laſerpitium.
Heracleum.
Liguſticum.
Angelica.
Sium.
Siſon.
Bubon.
Cuminum.
Oenanthe.
Phellandrium.
Cicuta.
Aethuſa.
Coriandrum.
Scandix.

Chaero-

Chaerophyllum.
Imperatoria.
Seſeli.
Thapſia.
Paſtinaca.
Smyrnium.
Chamitis.
Anethum.
Carum.
Pimpinella.
*Cuſſonia.*
Apium.
Aegopodium.

### Trigynia.

Quinchamalium.
Griſelinia.
*Semecarpus.*
Rhus.
Viburnum.
Caſſine.
Sambucus.
Spathelia.
Staphylea.
Curtiſia.
Tamarix.
*Xylophylla.*
Reichelia.
Zanonia.
Feuillea.
Aſtronium.
Salmaſia.
Paſſiflora.
Suaeda.
Turnera.
Telephium.
Andrachne.
Clutia.
Corrigiola.
Pharnaceum.
Alſine.
Drypis.
Baſella.
Sarothra.

### Tetragynia.

Parnaſſia.
Evolvulus.
Spinacia.

### Pentagynia.

Acnida.
Aralia.
Gloſſopetalum.
*Commerſonia.*
Statice.
Linum.
Aldrovanda.
Burcaeda.
Qnapoya.
Droſera.
*Giſekia.*
Schranckia.
Wiſenia.
Craſſula.
Mahernia.
Sibbaldia.

### Hexagynia.

Eracliſſa.

### Polygynia.

Myoſurus.
Schefflera.

## VI. HEXANDRIA.

### Monogynia.

Licuala.
Bromelia.
Pitcarnia.
Xerophyta.
Tillandſia.
Hepetis.
Burmannia.
*Lachenalia.*
Tradeſcantia.
Mnaſium.
Pontederia.
Haemanthus.
Galanthus.
Leucojum.
*Tulbagia.*
Narciſſus.
Pancratium.
*Maſſonia.*
Crinum.
Timmia.
Amaryllis.
Bulbocodium.
Aphyllanthes.
Allium.
Lilium.
Fritillaria.
Uvularia.
Glorioſa.
Erythronium.
Tulipa.
Enargea.
Albuca.
Hypoxis.
*Ehrharta.*
Ornithogalum.
Scilla.
Cyanella.
Puya.
Aſphodelus.
Anthericum.
Leontice.
*Pollia.*
Callixene.
Aſparagus.
Dracaena.
Convallaria.
Polyanthes.
Argolaſia.
Hyacinthus.
Phormium.
Aletris.
Yucca.
Aloë.
Agave.
Gethyllis.
Hemerocallis.
Piſtia.
*Lindera.*
Adenia.
Peumus.

Siliquaria.
Gleditſchia.
Iſertia.
Leaeba.
Ravenala.
Muſa.
Acorus.
Orontium.
*Mauritia.* Rhapis.
Elaeis.
Cocos.
Corypha.
Metroxylon.
Thrinax.
Tamus.
Tonina.
Virola.
Calamus.
Juncus.
Richardia.
Achros.
Guapira.
Ajovea.
Prinos.
*Durvia.*
Burſera.
Berberis.
*Capura.*
Loranthus.
Hillia.
*Canarina.*
Pſuthura.
*Nandina.*
Coſſignia.
Franckonia.
Peplis.

Digynia.

*Gahnia.*
Oryza.
Zizania.
Pharus.
Bambus.
Nectris.
Naſtus.
Falckia.
Atraphaxis.
Manſana.

Trigynia.

Rajania.
Dioſcorea.
Smilax.
Boraſſus.
Chamaerops.
Rumex.
Flagellaria.
Scheuchzeria.
*Wurmbea.*
Triglochin.
Melanthium.
Medeola.
Trillium.
Colchicum.
Veratrum.
Helonias.

Tetragynia.

Petiveria.
Mattuſchkia.

Hexagynia.

Ariſtolochia.

Polygynia.

Alisma.

## VII. HEPTANDRIA.

Monogynia.

Trientalis.
*Diſandra.*
Petrocarya.
Dracontium.
Aeſculus.
Pometia.

Digynia.

Limeum.

Tetragynia.

Saururus.
Aponogeton.

Heptagynia.

Septas.

## VIII. OCTANDRIA.

Monogynia.

Tropaeolum.
Osbeckia.
Rhexia.
Oenothera.
Gaura.
Epilobium. Honkenja. Heinzia.
Antichorus.
Combretum.
Porteſia.
Clanſena.
Barbylus.
Trigonis.
Cupania.
Euphoria.
Molinaea.
Xylocarpus.
Ephiolis.
Allophyllus.
Grislea.
Mimuſops.
Imbricaria.
Scytalia.
Jambolifera.
Melicocca.
Ornitrophe.
Hypelate.
Hagenia.
*Guarea.*
Hedwigia.
Amyris.
Sodada.
Bineſtaria.
Ximenia.
Saſſia.
Acer.
Dioſpyros.
Fuchſia.
Mindium.
Chlora.
Michauxia.
*Dodonaea.*

Valen-

Valentinia.
Lawſonia.
Memexylon.
Icica.
Taliſia.
Melicope.
Vaccinium.
Schollera.
Erica.
Cedrota.
Athenaea.
Grubbia.
Ophira.
Heymaſſoli.
Scopolia.
Populus.
Daphne.
Dirca.
Buginvillea.
Quiviſia.
Gnidia.
Paſſerina.
Lachnaea.
Baeckea.

Digynia.

Londin. Litchi.
Schmiedelia.
Galenia.
Weinmannia.
Moehringia.
*Codia.*
Corylus.
Luziola.

Trigynia.

Polygonum.
Colliguaja.
Ponaea.
Coccoloba.
Paullinia.
Cardioſpermum.
Sapindus.

Tetragynia.

Paris.
Adoxa.
Elatina.
Haloragis.
Quercus.
Rhodiola.
Margaritaria.
Myriophyllum.
Xanthorhiza.

## IX. ENNEANDRIA.

Monogynia.

Areva.
Cadamba.
Laurus.
Caquepivia.
Anacardium.
Tinus. Gerbera.
Panke.
Plegorhiza.
Volutella.
Ginannia.
Caſſytha.

Digynia.

Mercurialis.

Trigynia.

Rheum.

Hexagynia.

Butomus.
Hydrocharis.

## X. DECANDRIA.

Monogynia.

Sophora.
Anagyris.
Myroſpermum.
Cercis.
Bauhinia.
Hymenaea.
Parkinſonia.
Cadia. Alangium.
Caſſia.
Poinciana.
Cubaea.
Eperua.
*Myroxylon.*
Caeſalpinia.
Guilandina.
Schotia.
Guajacum.
Trigonia.
Cynometra.
Crudia.
Cyclas.
Hippomanica.
Cyujera.
Criſtaria.
Marſana.
*Sonneratia.*
Codon.
Ceratoſtema.
Dictamnus.
Ruta.
Toloifera.
Nicandra.
Uratea. Decodon.
Cantuffa.
Haematoxylum.
Proſopis.
Chalcas.
Petaloma.
Murraya.
Adenanthera.
Trichilia.
*Turraea.*
| 66. CYPERUS. | *Cor.* o. *Cal.* paleis diſtichis. *Sem.* nudum. |
| 65. SCHOENUS. | *Cor.* o. *Cal.* paleis faſciculatis. *Sem.* ſubrotundum. |

⊢⊢ *monoici.*

| | |
|---|---|
| 1046. CAREX. | *Amentum* ſpicatum, imbricatum glumis. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* o. ♀. *Nectarium* inflatum, 3dentatum. *Stigmata* |

*Stigmata* 3, rarius 2. *Sem.* 1. intra nectarium.

1040. TYPHA. *Amentum* cylindricum. *Cor.* o.
♂. *Cal.* obſoletus 3phyllus.
♀. *Amentum infra* maſculos. *Cal.* capillo villoſo. *Sem.* 1. inſidens pappo capillari.

1041. SPARGANIUM. *Amentum* ſubrotundum. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* o.
♀. *Stigm.* 2fidum. *Drupa* ex ſucca, 1-2ſperma.

1042. ZEA. ♂. *in* ſpicis diſtinctis. *Cal.* Gluma 2flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* et *Cor.* Gluma 2valvis. *Stil.* filiformis, pendulus. *Sem.* ſolitaria, receptaculo oblongo immerſa.

1147. APLUDA. *Cal.* Gluma communis 2valvis: floſculo *femineo* ſeſſili, *maſculis* pedunculatis.
♂. *Cal.* o. *Cor.* 2valvis.
♀. *Cal.* o. *Cor.* 2valvis. *Sem.* 1. tectum.

1045. OLYRA. *Cal.* et *Cor.* Gluma 2valvis. *Cal.* 1flor.
♂. *Cal.* Gluma ariſtata. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* Gluma patula, ovata. *Stilus* 2fidus. *Sem.* cartilagineum.

1043. COIX. *Cal.* Gluma 2flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♂. ſpicae remotae.
♀. *Stil.* 2partitus. *Sem.* calice oſſificato tectum.

*Juncus conglomeratus*, *effuſus.*
— — — *alii hermaphroditi*, *alii in eadem planta maſculi.*

THEMEDA. *Cal.* 1valvis muticus. *Cor.* 2valvis, ☿. ſeſſilis, *cor.* ariſtata. ♂. pedicell. *cor.* mutica.

1334. MANISURIS. *Cal.* Gluma 2valvis, valvula exteriore lateribus et apice emarginata. *Cor.* calice minor. *Stil.* 2fidus.

1149. CENCHRUS. *Involucr.* laciniatum, echinatum, 2florum. *Cal.* Glum. 2flora. *Cor.* mutica.
☿. *Stil.* o. 2fid. *Sem.* 1.

 DIGY-

# DIGYNIA.

* *Flores apetali monoici.*

1047. AXYRIS. ♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 2phyllus. *Sem.* 1.

PLANERA. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Sem.* 1ovatum, ſquarroſum.

** *Flores graminei.*

⊢ *uniflori vagi.*

71. BOBARTIA. *Cal.* multivalvis imbricatus.

76. PANICUM. *Cal.* 2valvis 2florus: floſculo altero hermaphrodito, altero maſculo.

1145. ANDROPOGON. *Cal.* 1valvis baſi piloſa. *Cor.* 2valvis: altera valva baſi ariſtata. *Sem.* 1. *Floſculi* plures mere maſculi.

CHLORIS. *Cal.* *Gluma communis* 2valvis, 2flora, *floſculis* ariſtatis, *cal.* 0.
☿. *ſeſſilis*, *cor.* gluma 2valvi: ariſta terminali.
♂. *Cor.* Gluma 1valvis.

72. CORNUCOPIAE. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis. *Involucr.* commune 1phyllum, multiflorum.

94. ARISTIDA. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 2valvis: valva exteriori apice ariſtis 3.

78. ALOPECURUS. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis: apice ſimplici. *Nectarium* 0.

77. PHLEUM. *Cal.* 2valvis truncatus mucronatus, ſeſſilis.

74. PHALARIS. *Cal.* 2plex, uterque 2valvis: valvis exterioris carinatis, aequalibus, corollam includentibus.

73. PASPALUM. *Cal.* 2valvis: valvis ſubrotundis aequalibus figura corollae.

SYNTHERISMA. *Cal.* 2valvis: valvis planis; interiore minore. *Cor.* 2valvis plana lateribus ſubamplexans.

79. MILIUM. *Cal.* 2valvis: valvis ventricoſis, corolla majoribus ſubaequalibus.

CALAMAGROSTIS. *Cal.* 2valvis ſubaequalis. *Cor.* baſi pilis cincta.

80. AGROSTIS. *Cal.* 2valvis: valvis acutis corolla brevioribus.

86. DA-

| | |
|---|---|
| 86. DACTYLIS. | *Cal.* 2valvis: valvis concavis carinatis. |
| 90. STIPA. | *Cal.* 2valvis. *Cor.* ariſta terminali inarticulata longiſſima. |
| 92. LAGURUS. | *Cal.* 2valvis villoſus. *Cor.* ariſtis 2 terminalibus et 1dorſali. |
| MUHLENBERGIA. | *Cal.* 1valvis minimus. *Cor.* 2valvis aequalis: valva exteriore ariſtata; interiore mucronata. *Nectarium* 2-phyllum. |
| 93. SACCHARUM. | *Cal.* 2valvis, baſi lanugine extus veſtitus. |

*Cinna.*

⊢ ⊢ *Flores biflori* vagi.

| | |
|---|---|
| 1146. HOLCUS. | *Flores* hermaphroditi *et* maſculi. *Cal.* Glum. ſubbiflora 2valvis.<br>☿. *Cor.* ariſtata. *Sem.* 1.<br>♂. *Cor.* 0. |
| 81. AIRA. | *Floſcul.* omnes hermaphroditi ſine rudimento tertii. *Cal.* 2valvis. |
| 82. MELICA. | *Floſculi* omnes hermaphroditi. *Cal.* 2-valvis. *Nectar.* 1phyllum, carnoſum. |
| TRISETARIA. | *Floſculi* omnes hermaphroditi. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 2valvis: valva exteriore ariſta apice bipartita aliaque dorſali ſimplici. |
| 1333. SPINIFEX. | *Floſculi* hermaphroditi *et* maſculi. *Cal.* Gluma 2valvis: valvis rachi parallelis. *Cor.* 2valvis, mutica. |
| 1148. ISCHAEMUM. | *Floſculi* hermaphroditi *et* maſculi. *Cor.* 2valvis. *Stigm.* barbata. *Sem.* 1. |
| SEHIMA. | *Floſculi* (interni) hermaphroditi *et* maſculi. *Cal.* Glum. 2valvis, calice longior: valva interiore ariſtata. *Cor.* 2valvis.<br>☿. *Cor.* ariſtata.<br>♂. *Cor.* mutica. |
| 1150. AEGILOPS. | *Floſculi* hermaphroditi et maſculi. *Cal.* Gluma cartilaginea ſubtriflora. *Cor.* Gluma terminata triplici ariſta. *Sem.* 1. |

⊢ ⊢ ⊢ *Flores quadriflori vagi.*

| | |
|---|---|
| 1044. TRIPSACUM. | *Flores* monoici. |

♂. *Cal.* Gluma 4flora. *Cor.* Gluma membranaceâ.
♀. *Cal.* Gluma ſinub. perforat. *Cor.* Gluma 2valvis. *Sem.* 1.

⊢ ⊢ ⊢ ⊢ *Flores multiflori vagi.*

85. UNIOLA. — *Cal.* multivalvis, carinatus.
84. BRIZA. — *Cal.* 2valvis. *Cor.* cordata: valvis ventricoſis, obtuſis.
SAVASTANA. · — *Cal.* 2valvis, 3flora: valvis ſubcarinatis ſubaequalibus.
83. POA. — *Cal.* 2valvis. *Cor.* ovata: valvis acutiuſculis.
88. FESTUCA. — *Cal.* 2valvis. *Cor.* oblonga: valvis mucronatis.
89. BROMUS. — *Cal.* 2valvis. *Cor.* oblonga: valva exteriore ſub apice ariſtata.
91. AVENA. — *Cal.* 2valvis. *Cor.* oblonga: valvis dorſo ariſta geniculata.
93. ARUNDO. — *Cal.* 2valvis. *Cor.* mutica, baſi lanata.

* *Dactylis glomerata.*

1359. ANTHISTIRIA. — *Cal.* aequaliter ad baſin fiſſus in lacinias 4 aequales.

⊢ ⊢ ⊢ ⊢ ⊢ *Flores ſpicati: receptaculo ſubulato.*

97. SECALE. — *Cal.* 2florus.
99. TRITICUM. — *Cal.* multiflorus.
98. HORDEUM. — *Involucr.* 6phyllum, 3florum. *Flos* ſimplex.
1360. ROTTBÖLLIA. — *Cal.* ovato-lanceolatus, planus, ſimplex ſ. 2partitus. *Floſcul.* alterni in rachide flexuoſa.
96. ELYMUS. — *Involucr.* 4phyllum, 2florum. *Flos* compoſitus.
95. LOLIUM. — *Involucr.* 1phyllum, 1florum. *Flos* compoſitus.
96. CYNOSURUS. — *Cal.* multiflorus, 2valvis: valvis linearibus acuminatis aequalibus. *Nectar.* 2phyllum.

# TRIGYNIA.

* *Flores graminei*, dioici.

1331. RESTIO. *Cal. ſpica ovata*, ſquamis imbricata. *Cor.* 6petala.
♀. *Stilus* ſubul. perſiſtent. *Capſ.* 3locularis, ſubrotunda, 6plicata.

** *Flores apetali.*
⊢ diclini.

1280. CATURUS. ♂. *Cal.* o. *Cor.* 3fida.
♀. *Cal.* 3partitus. *aut* o. *Cor.* o. *Capſ.* 3cocca.

1102. EXCAECARIA. *Amentum* nudum. *Cal.* o.
♀. *Capſ.* 3cocca.

1050. PHYLLANTHUS. *Cal.* 6partitus, campanulatus.
♀. *Stil.* bifidi. *Capſ.* 3locularis. *Sem.* ſolitaria.

1060. AMARANTHUS. *Cal.* 3-5phyllus. *Cor.* o.
♀. *Capſ.* 1locularis, circumſciſſa. *Sem.* 1.

⊢ ⊢ *hermaphroditi.*
† *ſuperi.*

102. PROSERPINACA. *Cal.* 3partitus. *Sem.* 1. 3loculare.

†† *inferi.*

MEROREA. *Cal.* 6partitus perſiſtens. *Capſ.* obtuſe 3gona, 6valvis, 6locularis: loculis 1ſpermis.

1241. KOENIGIA. *Cal.* 3phyllus. *Sem.* 1. ovatum.

108. QUERIA. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 1ſperma.

107. MINUARTIA. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

106. MOLLUGO. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 3locularis.

*Tillaea.*

*** *Flores corollati non glumacei.*

101. MONTIA. *Cor.* 1petala. *Cal.* 2phyllus.

100. ERIOCAULON. *Cor.* 3petala. *Cal.* compoſitus. *Sem.* 1. coronatum corolla.

109. LECHEA. *Cor.* 3petala. *Cal* 3phyllus. *Capſ.* 3cocca.

105. POLYCARPON. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 3valvis.

104. HOLOSTEUM. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* apice dehiſcens.

*Moraea gladiata.*

## ENNEAGYNIA.

1100. EMPETRUM *Flor.* dioici. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala.
♂. *Stam.* longa.
♀. *Bacca* 9ſperma.

---

*Meryta. Forſt. char. gen. pl.* 60.

---

MONO-

## MONOGYNIA.

### 44. VALERIANA. *Cal.* o. *Cor.* 1petala, baſi hinc gibba, ſupera. *Sem.* 1. vel *Capſula* 3locularis.

* *floribus monandris.*

rubra. 1. V. floribus caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 14. *f.* 15.
β) Valeriana anguſtifolia. *Plukn. alm. t.* 232. *f.* 3.

Calcitrapa. 2. V. foliis pinnatifidis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 14. *f.* 7.

** *floribus diandris.*

Cornucopiae. 3. V. floribus ringentibus, foliis ovatis ſeſſilibus. *Sabbat. h. rom.* 2. *t.* 19.
β?) Valeriana Saljunca. *Allion. fl. pedem. t.* 70. *f.* 1.

*** *floribus triandris.*

dioica. 4. V. floribus dioicis, foliis pinnatis integerrimis. *Fl. dan. t.* 687. *Florem pro mare habitum Landini Gothorum ſemina matura tuliſſe refert* Retzius. *Obſ. bot. faſc.* 1. *et Scopoli fl. carn. ed.* 2. *n.* 40.

officinalis. 5. V. foliis omnibus pinnatis dentatis. *Fl. dan. t.* 570.

Phu. 6. V. foliis caulinis pinnatis, radicalibus indiviſis. *Regnault. bot. t.* 9.

tripteris. 7. V. foliis dentatis: radicalibus cordatis, caulinis ternatis ovato-oblongis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 268.

montana. 8. V. foliis ovato-oblongis ſubdentatis, caule ſimplici. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 269.

celtica. 9. V. foliis ovato-oblongis obtuſis integerrimis. *Planck. pl. med. t.* 29. *Flores interdum dioici.*

tuberoſa. 10. V. foliis radicalibus lanceolatis integerrimis: reliquis pinnatifidis.

11. V.

---

Valeriana *fructificatione omnium maxime differt, ſexu ſtaminumque numero, corolla regulari vel irregulari, fructu 1ſpermo vel* (16. 17.) *diſpermo, nudo, coronato, papposo &c. an monandriae et diandriae Boerhaaviae generi accenſendae?*

ſaxatilis. 11. V. foliis ſubdentatis: radicalibus ovatis; caulinis lineari-lanceolatis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *p.* 267. *Flores dioices enunciat Retzius.*

elongata. 12. V. foliis radicalibus ovatis, caulinis cordatis ſeſſilibus inciſo-ſubhaſtatis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 219.

pyrenaica. 13. V. foliis caulinis cordatis dentatis petiolatis: ſummis ternatis. *Buxb. cent.* 2. *t.* 11.

ſcandens. 14. V. foliis ternatis, caule ſcandente.

ſinenſis. 15. V. foliis omnibus cordatis repando-lobatis. *Burm. ind. t.* 6. *f.* 3.

Locuſta. 16. V. caule dichotomo, foliis linearibus integerrimis. *Flor. dan. t.* 738.

dentata. 17. V. caule dichotomo, foliis oblongis dentatis.

veſicaria. α) V. calicibus inflatis: dentibus 6inflexis, involucellis pentaphyllis trifloris. *Boerh. ind. h. lugdb.* 1. *t.* 75.
coronata. β) V. fructu ſexdentato. *Col. ecphr.* 1. *t.* 209.
diſcoidea. γ) V. fructu hypocrateriformi 12dentato: dentibus retrorſum uncinatis. *Moriſ. hiſt. plant.* 3. *t.* 16. *f.* 29.
tridentata. δ) V. feminis corona tridentata. *Riv. mon.* 6.
radiata. ε) V. involucro flores cingente.
pumila. ζ) V. foliis imis dentatis: ſummis linearibus multifidis. *Lob. ic.* 716.

mixta. 18. V. caule quadrifido, foliis imis dentatis, ſeminum pappo plumoſo.

echinata. 19. V. floribus regularibus, foliis dentatis, fructu lineari tridentato: extimo majore recurvato. *Col. ecphr.* 1. *t.* 206.

**** *floribus tetrandris.*

ſupina. 20. V. involucellis hexaphyllis trifloris, foliis integris. *Mant. p.* 27. *Ard. ſpec.* 2. *t.* 3.

ſibirica. 21. V. floribus aequalibus, foliis pinnatifidis, ſeminibus paleae ovali adnatis. *Hall. comm. Goetting.* 1751. *t.* 9.

villoſa. 22. V. floribus aequalibus, foliis inferioribus auriculatis: ſuperioribus dentatis villoſis. *Thunb. fl. jap. p.* 32.

FISSI-

FISSILIA. *Cor.* fiſſilis in 3petala conniventia *Cal.* urceolatus integer. *Stam.* 5 ſterilia. *Nux* 1ſperma, calice tecta.

pſittacorum. 1. Fissilia. *Juſſieu gen. plant. p.* 260.

45. OLAX. *Cal.* integer. *Cor.* infundibuliformis, 3fida. *Nectario* 4phyllo.

zeylanica. 1. Olax.

MACROLOBIUM. *Cal.* 2plex. *Cor.* 5petala, inaequalis. *Filamenta* 4, quorum 1 ſterile. *Legumen* ovatum, compreſſum, 1loculare, 1ſpermum.

Vuapa. 1. M. foliis binatis, legumine altero latere acuto bialato. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 25. *t.* 7.

Simira. 2. M. foliis binatis, legumine margine undique rotundato. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 27. *t.* 8. *an ſatis diſtinctum a Vuapa?*

Utea. 3. M. foliis bijugis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 28. *t.* 9.

ROHRIA. *Cal.* campanulatus, 5partitus: laciniis ciliatis. *Cor.* 5petala: *Petala* 2 ſuperiora majora; lamina inflexo-cucullata. *Filamenta* introrſum lanata. *Germen* tomentoſum. *Stigm.* 3 revoluta.

Schreberi. 1. R. floribus triandris. *Schreb. gen. pl. Linn. p.* 30.

Tapura. 2. R. filamentis quinque, duobus brevioribus ſub ſterilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 126. *t.* 48. *an hujus generis?*

46. TAMARINDUS. *Cal.* 4partitus. *Petala* 3. *Nectarium* ſetis 2 brevioribus ſub filamentis. *Legumen* pulpoſum.

indica 1. TAMARINDUS. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 13.

1226. ELATE. *Flores* monoici. *Cor.* 3petala. ♀. *Drupa* ovata, acuminata.

ſylveſtris. 1. E. frondibus pinnatis: foliolis oppoſitis. *Thunb. nov. act. Stockh.* 1782. *p.* 285. *Rheed. h. mal.* 3. *t.* 22-25.

1048. TRAGIA. *Flores* monoici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 5partitus. *Stil.* 3fidus. *Capſ.* 3cocca, 3locularis. *Sem.* ſolitaria.

volubilis. 1. Tr. foliis cordato-oblongis, caule volubili. *Rumpf amb.* 5. *t.* 9.

involucrata. 2. Tr. bracteis femineis pentaphyllis pinnatifidis. *Jacq. ic. pl. rar. t.* 56. *Capſ. plures 2valves, receptaculo communi affixae.*

Mercurialis. 3. Tr. foliis ovatis. *Plum. ic. t.* 172. *f.* 2.

urens. 4. Tr. foliis lanceolatis obtuſis ſubdentatis urentibus. *Pluckn. alm. t.* 107. *f.* 5.

innocua. 5. Tr. foliis lanceolatis ſubdentatis piloſis, ſpica terminali. *Walt. flor. carol. p.* 229.

Chamaelea. 6. Tr. foliis lanceolatis obtuſis integerrimis. *Burm. fl. zeyl. t.* 52.

cannabina. 7. Tr. foliis tripartitis. *Suppl. p.* 415. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 635. *n.* 18. 21. *Croton haſtatum et urens. Pluckn. phyt.* 120. *f.* 6.

1049\. HERNANDIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala.
♀. *Cal.* truncatus integerrimus, perſiſtens inflatus. *Cor.* 6petala. *Nux* ſupera, calice inflato veſtita. *Semen* globoſum.

ſonora. 1. H. foliis peltatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict.* 120.

ovigera. 2. H. foliis ovatis baſi petiolatis. *Rumpf amb.* 3. *t.* 123. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 40. *f.* 3.

gujanenſis. 3. H. foliis plicatis ovato-acuminatis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 848. *t.* 329.

1224\. PHOENIX. *Flores* dioici. *Cal.* 6phyllus. *Cor.* 0.
♀. *Drupa* ovata, ſupera, mollis: putamine membranaceo.

dactylifera. 1. Ph. frondibus pinnatis: foliolis complicatis enſiformibus, putamine fibroſo. *Thunb. nov. act. Stockh.* 1782. *p.* 286. *Kaempf. amoen. exot. t.* 1. 2. *f.* 1. 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 9. *f.* 2.

puſilla. 2. Ph. fructu minore: putamine tenuiſſimo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *p.* 24. *t.* 9. *f.* 2.

1101\. OSYRIS. *Flores* ſubdioici. *Cor.* 0. *Cal.* 3fidus.
♀. *Stil.* 0. *Stigm.* ſubrotundum. *Drupa* 1locularis.

alba. 1. O. foliis linearibus. *Lobel. ic.* 432.

japonica. 2. O. foliis ovatis florigeris. *Thunb. fl. jap. p.* 31.

1431\. MABA. *Flores* dioici. *Cal.* et *Cor.* 3fida.
♀. *Drupa* ſupera, 2locularis.

elliptica. 1. Maba. *Suppl. p.* 426.

1168. FICUS. *Receptaculum* commune, turbinatum, carnoſum, connivens, occultans floſculos apetalos vel in eodem vel in diſtincto.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 5partitus. *Sem.* 1.

Carica. 1. F. foliis trilobis ſubtus ſcabris, receptaculis laevibus turbinatis umbilicatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* F.

Sycomorus. 2. F. foliis cordatis ſubrotundis integerrimis ſubtus tomentoſis. *Pluckn. phyt. t.* 173. *f.* 3.

nymphaeifolia. 3. F. foliis cordatis ſubrotundis mucronatis integerrimis glabris ſubtus glaucis. *Mant. p.* 305.

religioſa. 4. F. foliis cordatis oblongis integerrimis acuminatiſſimis. *Mant. p.* 504. *Rheed. h. mal.* 1. *t.* 27.

benjamina. 5. F. foliis ellipticis obtuſis glabris, receptaculis acutis ſeſſilibus. *Mant. p.* 129. *Rheed. h. mal.* 1. *t.* 26.

benghalenſis. 6. F. foliis ovatis cordatis integerrimis glabris obtuſiuſculis, baſi quinquenerviis, ramis deflexis. *Trew Ehret t.* 50.

pedunculata. 44. F. foliis ovato-oblongis cordatis integerrimis acutis glabris, fructibus globoſis pedunculis geminis elongatis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 450. *Pluckn. alm. t.* 178. *f.* 4.

lucida. 45. F. foliis ovatis cordatis integerrimis glabris obtuſis baſi trinerviis, ramis erectis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 451.

indica. 7. F. foliis oblongis cuſpidatis glabris integerrimis, pedunculis aggregatis, caule arborea: fructibus ſubgloboſis ramis radicantibus reflexis. *Rheed. h. malab.* 3. *t.* 57.
β) Ficus citrifolia. *Catesb. car.* 3. *t.* 18.

virens. 46. F. foliis oblongis acuminatis, integerrimis laevibus baſi anguſtato-rotundatis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 451. *Sloan. jam.* 2. *t.* 223.

venoſa. 47. F. foliis ovatis ſubcordatis acutis integerrimis laevibus ſupra punctato-impreſſis. *Rheed. h. malab.* 3. *t.* 64.

coſtata. 48. F. foliis ovatis cordatis, ſinu profundo anguſto; integerrimis glabris acutis utrinque viridibus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 452.

49. F.

---

*An huic ficus generi accenſendae quoque* Perebea *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 952. *t.* 361. *et* Caſſapoa *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 955. *t.* 362?

coriacea. 49. F. foliis oblongis laevibus baſi attenuatis cordatis coriaceis: venis immerſis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 453.

racemoſa. 8. F. foliis elliptico-oblongis acutis glabris ſubtus pallidis, caule arboreo, ramis erectis, receptaculis pedunculatis. *Rheed. h. mal.* 1. *t.* 25.

pertuſa. 9. F. foliis oblongis cuſpidatis glabris, receptaculis globoſis pedunculatis umbilicatis. *Suppl. p.* 442. *Plum. ic.* 132. *f.* 2.

retuſa. 10. F. foliis obovatis oblongis obtuſiſſimis, ramis angulatis, fructibus ſeſſilibus. *Mant. p.* 129.

pumila. 11. F. foliis oblongo ovatis obtuſis glabris ſubtus reticulatis, caule decumbente, fructibus pedunculatis. *Rumpf amb.* 3. *t.* 85.

toxicaria. 12. F. foliis cordatis ſinuatis ſubtus tomentoſis, receptaculis tomentoſis. *Mant. p.* 305. *pro venenatiſſima habetur.*

maculata. 13. F. foliis oblongis acuminatis ſerratis. *Plum. ic.* 131. *f.* 1. *an cum hiſpida conjungenda?*

trigona. 14. F. foliis ovatis obtuſis glabris, caule erecto, receptaculis umbilico triangulari. *Suppl. p.* 441. *Plum. ic.* 132. *f.* 1.

hiſpida. 15. F. foliis oblongis cuſpidatis piloſis ſerratis, receptaculis pedunculatis ſtrigoſo-hiſpidis. *Suppl. p.* 442.

heterophylla. 16. F. foliis oblongis indiviſis inciſisque oblongis acutis ſcabris, caule hiſpido, fructu pedunculato glabro. *Suppl. p.* 442.

microcarpa. 17. F. foliis oblongis breviter petiolatis trinerviis venoſis glaberrimis, fructu globoſo parvo ſeſſili. *Suppl. p.* 442. *nonne varietas benjaminae?*

vaſta. 18. F. foliis cordato-ovatis obtuſis integris glabris nitidis coriaceis. *Forsk. flor. aeg. arab. p.* 179.

morifolia. 19. F. foliis cordato-ovatis acutis ſerratis utrinque ſcabris petiolo longioribus alternis. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* 179.

palmata. 20. F. foliis cordato-lanceolatis palmatis ſerratis ſcabris flexilibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 179.

ſerrata. 21. F. foliis ovato-lanceolatis palmatis ſcabris crenato repandis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 179.

Sur. 22. F. foliis lanceolatis repandis glaberrimis baſi ſubcordatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 180.

Chanas. 23. F. foliis cordatis integerrimis ſcabris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 219.

Toka. 24. F. foliis diſtichis ſcabris ovato-lanceolatis integris alternis petiolatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 219.

Taab. 25. F. foliis ovatis integris petiolatis conjugatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 219.

aſpera. 26. F. foliis oblique cordatis ſinuato-dentatis utrinque aſperis, fructibus turbinatis, calicis margine obſoleto adnato. *G. Forſter pl. eſcul. auſtr. p.* 36.

Granatum. 27. F. foliis ovatis integerrimis, pedunculis terminalibus geminis horizontaliter divergentibus, fructibus caliculatis globoſis. *Forſt. pl. eſc. auſtr. p.* 37.

americana. 28. F. foliis ovatis oblongis venoſis integerrimis, baccis axillaribus pedunculatis confertis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 127.

ſcabra. 29. F. foliis cordato-ovatis obliquis integris ſubtus ſcabris, fructibus turbinatis ecaliculatis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 76.

ſeptica. 30. F. foliis obliquis oblongo-ovatis acuminatis, pedunculis geminis apice caliculatis, fructibus verrucoſis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 76.

obliqua. 31. F. foliis lanceolatis glaberrimis margine cartilagineis, pedunculis geminis breviſſimis; calicibus caducis longitudine fructus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 77.

prolixa. 32. F. foliis lanceolato-oblongis acuminatis ſubtus punctatis, pedunculis geminis apice caliculatis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 77.

cordata. 33. F. foliis ſubcordatis ovatis acutis glabris coriaceis, caule fruticoſo erecto. *Thunb. fic. n.* 6.

ſtipulata. 34. F. foliis oblique cordatis obtuſis glabris, caule decumbente ſquamoſo. *Thunb. fic. gen. n.* 7.

falcata. 35. F. foliis oblongis falcatis glabris, caule filiformi radicante. *Thunb. fic. gen. n.* 8.

punctata. 36. F. foliis oblongis emarginatis glabris ſubtus punctatis, caule flexuoſo radicante. *Thunb. fic. gen. n.* 9.

erecta. 37. F. foliis oblongis acutis glabris ſubtus reticulatis, caule decumbente: ramis erectis, fructibus pedunculatis. *Thunb. fic. gen. n.* 11.

nitida. 38. F. foliis ellipticis acutis glabris, receptaculis retuſo-umbilicatis ſeſſilibus. *Thunb. fic. n.* 14.

reflexa. 39. F. foliis ellipticis obtuſis glabris, ramis recurvis, receptaculis globoſis ſeſſilibus. *Thunb. fic. n.* 16.

40. F.

drupacea. 40. F. foliis obovatis cuſpidatis glabris, receptaculis ovatis rugoſis ſeſſilibus. *Thunb. fic. n.* 19.

reticulata. 41. F. foliis ellipticis ſubangulatis cuſpidatis glabris ſubtus reticulatis, receptaculis ſolitariis globoſis pedunculatis. *Thunb. fic. n.* 21.

ſinuata. 42. F. foliis ellipticis ſinuato-dentatis cuſpidatis glabris, receptaculis globoſis aggregatis pedunculatis. *Thunb. fic. n.* 22.

capenſis. 43. F. foliis ovatis acutis glabris ſerratis, receptaculis pedunculatis glabris. *Thunb. fic. n.* 23.

## 47. RUMPFIA. *Cal.* 3fidus. *Petala* 3. *Drupa* 3locularis.

amboinenſis. 1. Rumpfia. *Rheed. h. malab.* 4. *t.* 11.

## 48. CNEORUM. *Cal.* 3dentatus. *Petala* 3aequalia. *Drupa* 3congregata, 2locularis. *Sem.* ſolitario.

tricoccon. 1. Cneorum. *Kniph. bot. orig. cent.* 2. *n.* 17. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 70. *f.* 4.

## 49. COMOCLADIA. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3partita. *Drupa* oblonga: nucleo bilobo.

integrifolia. 1. C. foliolis integris. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 222. *f.* 1. *Lignum duriſſimum.*

dentata. 2. C. foliolis ſpinoſo-dentatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 259. *f.* 2. *Stercus olens, ſucco nigro vix eluendo.*

ilicifolia. 3. C. foliolis angulato ſpinoſis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 130. Ilex Dodonaea. *Plum. ic.* 118. *f.* 1.

## 50. MELOTHRIA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* campanulata, 1petala. *Bacca* 3locularis, polyſperma.

pendula. 1. Melothria. *Plum. ic.* 66. *f.* 2. *Flores rarius mere maſculi.*



1092.

1092. **CUCUMIS.** *Flores* monoici. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5partita.
♂. *Antherae* infra connexae.
♀. *Piſtill.* 3fidum. *Pomi* ſemina arguta.

Colocynthis. 1. C. foliis multifidis, pomis globoſis glabris. *Blackw. herb. t.* 441.

prophetarum. 2. C. foliis cordatis quinquelobis denticulatis obtuſis, pomis globoſis ſpinoſo-muricatis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 9.

Anguria. 3. C. foliis palmato-ſinuatis, pomis globoſis echinatis. *Gilei e Xuarez obſ. filol.* 1. *t.* 9.

africanus. 4. C. foliis palmato-ſinuatis, caule angulato, pomis ovalibus echinatis. *Suppl. p.* 423. *Herm. parad. bat. t.* 134.

acutangulus. 5. C. foliis rotundato-angulatis, pomis angulis decem acutis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 73.

Melo. 6. C. foliorum angulis rotundatis, pomis toruloſis. *Blackw. herb. t.* 329.

Dudaim. 7. C. foliorum angulis rotundatis, pomis ſphaericis: umbilico retuſo. *Dill. elth. t.* 77. *f.* 218.

Chate. 8. C. hirſutus, foliorum angulis integris rotundatis, pomis fuſiformibus utrinque attenuatis hirtis. *Pr. Alp. aeg. t.* 116.

ſativus. 9. C. foliorum angulis rectis, pomis oblongis ſcabris. *Blackw. herb. t.* 4.

anguinus. 10. C. foliis lobatis, pomis cylindricis longiſſimis laevibus contortuplicatis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 148.

flexuoſus. 11. C. foliis angulato-ſublobatis, pomis cylindricis ſulcatis curvatis.

Conomon. 12. C. foliis angulato-ſublobatis dentatis, pomis fuſiformibus decemſulcatis glabris. *Thunb. fl. jap. p.* 324.

maderaſpatanus. 13. C. foliis cordatis integris denticulatis, pomis globoſis glabris. *Pluckn. alm. t.* 170. *f.* 2.

glaber. 14. C. caule laevi, foliis cordato-angulatis. *Walt. flor. carol. p.* 240.

1091.

1091. CUCURBITA. *Flores* monoici. *Cor.* 5fida. *Cal.* 5fidus.
♂. *Antherae* baſi connexae.
♀. *Piſtill.* 5fidum. *Pomi* ſemina margine tumida.

lagenaria. 1. C. foliis ſubangulatis tomentoſis baſi ſubtus biglanduloſis, pomis lignoſis. *Blackw. herb. t.* 522. a. b.

hiſpida. 2. C. foliis angulatis: petiolis cauleque hiſpidis. *Thunb. fl. jap. p.* 322.

ovifera. 3. C. foliis lobatis, cirrhis ſepteno-digitatis, pomis obovatis.

Pepo. 4. C. foliis lobatis, pomis laevibus.

verrucoſa. 5. C. foliis lobatis, pomis nodoſo-verrucoſis.

Melopepo. 6. C. foliis lobatis, caule erecto, pomis depreſſis nodoſis.

Citrullus. 7. C. foliis multipartitis, pomis oblongis. *Blackw. herb. t.* 157.

mammoſa. 8. C. foliis multipartitis, pomis ſphaeroideis mammillaribus. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 111.

ſiceraria. 9. C. foliis angulato-ſublobatis tomentoſis, pomis lignoſis globoſis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 110.

1090. MOMORDICA. *Flores* monoici. *Cor.* 5partita. *Cal.* 5fidus.
♂. *Antherae* baſi connexae.
♀. *Stil.* 3fidus. *Pomum* elaſtice diſſiliens.

Balſamina. 1. M. pomis angulatis tuberculatis, foliis glabris patenti-palmatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* B. 3.

Charantia. 2. M. pomis angulatis tuberculatis, foliis villoſis longitudinaliter palmatis. *Mill. illuſtr. ic.*

operculata. 3. M. pomis angulis tuberculatis apice deciduo operculatis, foliis lobatis. *Comm. rar. t.* 22.

Luffa. 4. M. pomis oblongis: ſulcis catenulatis, foliis inciſis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 148.

cylindrica. 5. M. pomis cylindricis longiſſimis, foliorum angulis acutis.

trifoliata. 6. M. pomis ovatis muricatis, foliis ternatis dentatis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 152. *f.* 2.

pedata. 7. M. pomis ſtriatis, foliis pedatis ſerratis. *Feuill. per.* 1. *t.* 41.

Elaterium. 8. M. pomis hiſpidis, cirrhis nullis. *Regn. bot. t.* 280.

CERATOSANTHES. *Flores* monoici. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5partita: laciniis 2 cornibus.
♂. *Antherae* baſi connexae.
♀. *Stigm.* 3. *Pomum* oblongum, 4loculare, polyſpermum.

tuberoſa. 1. CERATOSANTHES. *Juſſieu gen. plant. p.* 396.

1089. TRICHOSANTHES. *Flores* monoici. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5partita, ciliata.
♂. *Antherae* baſi connexae.
♀. *Stil.* 3fidus. *Pomum* oblongum.

Anguina. 1. Tr. pomis teretibus oblongis incurvis. *Mant. p.* 497. *Sabb. h. rom.* 1. *t.* 71.

nervifolia. 2. Tr. pomis ovatis acutis, foliis cordatis oblongis trinerviis dentatis. *Rheed. h. mal.* 8. *t.* 17.

cucumerina. 3. Tr. pomis ovatis acutis, foliis cordatis angulatis. *Rheed. h. malab.* 8. *t.* 15.

amara. 4. Tr. pomis turbinato-ovatis. *Plum. amer. t.* 101.

foetidiſſima. 5. Tr. pomis hirſutis ex baſi ſubrotunda ſubulatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 341.

1093. BRYONIA. *Flores* diclini. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5partita.
♂. *Antherae* baſi connexae.
♀. *Stil.* 4fidus. *Bacca* ſubgloboſa, utplurimum 1ſperma.

* *floribus dioicis.*

dioica. 1. Br. foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris. *Jacq. fl. auſtr. t.* 199.

** *floribus monoicis.*

alba. 2. Br. foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris. *Flor. dan. t.* 813. *Flores interdum ſandri.*

palmata. 3. Br. foliis palmatis laevibus quinquepartitis: laciniis lanceolatis repando-ſerratis.

grandis. 4. Br. foliis cordatis angulatis baſi ſubtus glanduloſis. *Mant. p.* 126. *Burm. fl. zeyl. t.* 19. *f.* 2.

cordifolia. 5. Br. foliis cordatis oblongis quinquelobis dentatis ſcabris: petiolis bidentatis.

lacinioſa. 6. Br. foliis palmatis: laciniis lanceolatis ſerratis: petiolis muricatis.

africana. 7. Br. foliis palmatis quinquepartitis utrinque laevibus: laciniis pinnatifidis. *Herm. parad. bat. t.* 108.

cretica. 8. Br. foliis palmatis ſupra calloſo-punctatis.

latebroſa. 9. Br. foliis ſubtrilobis piloſis baſi attenuatis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 384.

verrucoſa. 10. Br. foliis cordatis angulatis ſupra ramisque ſubtus calloſo-ſcabris: callis remotis, cirrhis ſimplicibus, baccis globoſis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 385.

ſcabra. 11. Br. foliis cordatis angulatis dentatis ſupra calloſo-punctatis, infra piloſis, utrinque ſcabris, floribus umbellatis. *Suppl. p.* 423.

ſcabrella. 12. Br. foliis cordatis quinquangulatis dentatis ſcaberrimis eglandulatis. *Suppl. p.* 124.

japonica. 13. Br. foliis cordatis indiviſis angulatisque dentatis inermi-hispidis. *Thunb. fl. jap. p.* 325.

racemoſa. 14. Br. foliis cordatis trilobis: ſuperioribus ovatis ſcabriuſculis, floribus racemoſis, baccis nutantibus ovalibus. *Plum. fil. t.* 97.

1094. SICYOS. *Flores* monoici. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5partita.
♂. *Antherae* baſi connexae.
♀. *Stil.* 3fidus. *Drupa* 1ſperma.

angulata. 1. S. foliis angulatis. *Dill. h. Elth. t.* 51. *f.* 59.

laciniata. 3. S. foliis laciniatis. *Plum. ic.* 243.

Garcini. 4. S. foliis quinquepartitis eroſo-dentatis, fructibus ciliatis. *Mant. p.* 297. *Burm. fl. ind. t.* 57. *f.* 3.

edulis. 2. S. foliis angulatis baſi cordatis lobatis, fructu oblongo echinato. *Jacq. ſtirp. amer. t.* 163.

GLOCHIDION. *Flores* monoici. *Cal.* o.
♂. *Cor.* 6petala patens. *Antherae* baſi connexae.
♀. *Cor.* 6partita, infera. *Stil.* o. *Stigm.* 6-8. *Capſ.* 6locularis, dehiſcens. *Sem.* ſolitaria.

ramiflorum. 1. Glochidion. *Forſt. char. gen. p.* 57. *t.* 57.

1139. RUSCUS. *Flores* utplurimum dioici. *Cor.* o. *Cal.* 6phyllus. *Nectarium* centrale, ovatum, apice perforatum.
♂. *Antherae* connexae.
♀. *Bacca* 3locularis. *Sem.* utplurimum 2.

aculeatus. 1. R. foliis ſupra floriferis nudis. *Mill. illuſtr. ic.*

Hypophyllum. 2. R. foliis ſubtus floriferis nudis. *Blackw. herb. t.* 194.

Hypo-gloſſum. 3. R. foliis ſubtus floriferis ſub foliolo. *Blackw. herb. t.* 128.

androgynus. 4. R. foliis margine floriferis. *Dill. h. Elth. t.* 250. *f.* 332.

racemoſus. 5. R. racemo terminali hermaphroditico. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 5. *f.* 14.

## 1289. ROTALA. *Cal.* 3dentatus. *Cor.* 0. *Capſ.* 3locularis, polyſperma.

verticillaris. 1. Rotala. *Mant. p.* 175. *Rheed. h. malab.* 9. *t.* 81.

## 51. ORTEGIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 1locularis. *Sem.* plurima.

hiſpanica. 1. O. floribus ſubverticillatis, caule ſimplici. *Mant. p.* 325.

dichotoma. 2. O. floribus ſolitariis axillaribus, caule dichotomo. *Allion. alip. t.* 4. *f.* 1. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 74. Ortegia hiſpanica.

## CHELIDURUS. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 5petala: petalis inaequalibus; ſuperioribus 2 maximis. *Germen* pedicellatum. *Fructus.*

ignotus. 1. Chelidurus. *Willdener ap. Cothen. diſpoſ. plant. meth. p.* 4.

## 52. LOEFLINGIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala minima. *Capſ.* 1locularis, 3valvis.

hiſpanica. 1. L. ramis pubeſcentibus viſcidis. *Act. Stockh.* 1758. *t.* 1. *f.* 1.

caſpica. 2. L. tota laevis. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 310. *t.* 35. *f.* 1.

indica. 3. L. caulibus depreſſis foliis ſubtetragonis lanceolatis, ſtipulis ſcarioſis, pedunculis dichotomis. *Koen. apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 8. *Mant. p.* 562. Pharnaceum depreſſum.

53. POLYCNEMUM. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* ovata, ſtilo coronato, evalvis, 1ſperma.

arvenſe. 1. P. foliis cartilagineis priſmaticis. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 365.

ſclerospermum. 2. P. foliis carnoſis teretibus. *Pall. it.* 3. *p.* 725. *t.* M. *f.* 2. E e. *an hujus generis?*

oppoſitifolium. 3. P. foliis carnoſis ſemicylindricis, floribus pentandris. *Pallas it.* 1. *p.* 484. *t.* E. *f.* 2. *an hujus generis?*

monandrum. 4. P. foliis linearibus acutis, floribus monandris. *Pall. it.* 1. *p.* 483. *t.* D. *f.* 1. *an hujus generis?*

ALTERNANTHERA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 0. *Filamenta* 6, alterna ſterilia. *Stigma* 2fidum. *Sem.* ſolitaria.

repens. 1. Alternanthera. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 28.

1320. AGYNEJA. *Flores* monoici. *Cal.* 6phyllus. *Cor.* 0.

♂. *Antherae* piſtilli rudimento adnatae.

♀. *Germen* apice perforatum ſine ſtilo et ſtigmate.

impubes. 1. A. foliis utrinque glabris. *Mant. p.* 296.

puber. 2. A. foliis ſubtus tomentoſis. *Mant. p.* 296.

TONSELLA. *Cal.* perſiſtens, 5partitus. *Cor.* 5petala, perſiſtens. *Bacca* ſphaerica, 1locularis, 4ſperma.

ſcandens. 1. Tonsella. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 31. *t.* 10.

54. HIPPOCRATEA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 3. obcordatae.

volubilis. 1. H. racemis corymboſis, foliis ovato-lanceolatis ſerratis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 12.

comoſa. 2. H. paniculis comoſis: pedunculis multifidis capillaribus, foliis ovatis acuminatis integerrimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 17.

1273. STILAGO. *Cal.* 1phyllus ſubtrilobus. *Cor.* 0. *Filamenta* germini vicina. *Bacca* globoſa.

Bunius. 1. Stilago. *Mant. p.* 122. *Rumpf amb.* 3. *t.* 131.

1326. SALACIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5petala. *Antherae* germinis apici inſidentes.

ſinenſis. 1. Salacia. *Mant. p.* 293.

VOGELIA. *Cor.* 3fida, medio coarctata. *Spath.* 1valvis. *Stigm.* 3patula. *Capſ.* 3quatra, 1locularis, polyſperma.

capitata. 1. Vogelia. *Walt. flor. carol. p.* 69.

55. CROCUS. *Cor.* 6partita, aequalis. *Stigmata* convoluta.

ſativus. 1. Cr. ſpatha univalvi radicali, corollae tubo longiſſimo.
officinalis. α. Cr. auctumnalis, *foliis anguſtioribus margine revolutis. Blackw. herb. t.* 144. *f.* 1.
vernus. β. Cr. vernalis, *foliis latioribus margine patulis. Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 36.

WITSENIA. *Cor.* 6partita, cylindrica. *Stigma* emarginatum.

maura. 1. Witsenia. *Thunb. nov. pl. gen.* 2. *p.* 34. *ic. Mant. pl. p.* 175. Antholyza maura.

TAPEI-

**TAPEINIA.** Cor. tubuloſa: limbo profunde 6partito. *Stigma* 3fidum.

magellanica. 1. Tapeinia. *Juſſieu gen. plant. p.* 59.

**56. IXIA.** Cor. 1petala tubuloſa: tubo recto filiformi; limbo 6partito, campanulato aequali. *Stigm.* 3 ſimplicia.

* *caule ramisque folioſis.*

fruticoſa. 1. I. caule ramoſo, foliis imbricatis tecto. *Thunberg de ixia. p.* 1. *n.* 1. *cum ic.*

** *ſcapo foliis breviore.*

minuta. 2. I. ſcapis unifloris, foliis laevibus. *Thunberg de ixia. n.* 2. *cum ic.*

Bulbocodium. 3. I. ſcapo ramoſo, floribus ſolitariis, foliis ſulcatis reflexis. *Mant. p.* 320. *Mill. ic.* 240. *Jacq. coll.* 3. *p.* 265.
β) Ixia roſea. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 75. *n.* 12.

humilis. 4. I. ſcapo ramoſo, floribus ſecundis, foliis ſulcatis erectis. *Thunb. de ixia. n.* 4.

rubro-cyanea. 24. I. ſcapo ſubquinquefloro, foliis enſiformibus villoſis, corollae limbo patentiſſimo. *Jacq. coll.* 3. *p.* 268.

*** *ſcapo foliis longiore.*
⊢ *hirſutae.*

piloſa. 5. I. foliis linearibus piloſis, floribus alternis. *Thunb. de ixia. n.* 5.

villoſa. 30. I. foliis oblongo-lanceolatis acutis villoſis ſubplicatis diſtichis, corollae tubo ſpathae aequali. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 58.

hirta. 6. I. foliis enſiformibus hirtis, floribus ſecundis. *Thunb. de ixia. n.* 6.

Lapeironſia. 34. I. foliis enſiformibus nervoſis margine ſubſpinoſis, corolla infundibuliformi: tubo longiſſimo. *Pourret act. Toloſ.* 3. *t.* 6.

ſecunda. 7. I. foliis elliptico-enſiformibus, ſcapo villoſo-ſcabro. *Thunb. de ixia. n.* 7. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 75. *n.* 5? Ixia flexuoſa. *Mill. ic.* 156. *f.* 2?

⊢⊢ *gla-*

⊢⊢ *glabrae.*

† *foliis criſpis.*

criſpa. 8. I. foliis linearibus, floribus alternis. *Thunb. de ixia. n.* 8. *c. ic.*

cinnamomea. 9. I. foliis lanceolatis, floribus alternis. *Thunb. de ixia. n.* 9. *c. ic.*

corymboſa. 10. I. foliis lanceolatis, ſcapo ancipiti. *Flores caerulei.*

†† *foliis aequalibus.*

linearis. 11. I. foliis linearibus, ſcapo ſimplici erecto. *Thunb. de ixia. n.* 11.

capillaris. 12. I. foliis linearibus, ſcapo polyſtachyo, bracteis ſcarioſis. *Thunb. de ixia. n.* 12. *cum ic.*

ſetacea. 13. I. foliis linearibus, ſcapo flexuoſo glabro. *Thunb. de ixia. n.* 13.

ſcillaris. 14. I. foliis linearibus, floribus ſecundis, rachide flexuoſa. *Thunb. de ixia. n.* 14.

ariſtata. 15. I. foliis linearibus, bracteis ariſtato-dentatis. *Thunb. de ixia. n.* 15.

ſqualida. 31. I. foliis lineari-lanceolatis, floribus alternis ſeſſilibus: tubo bracteis longiore, laminis ovato-oblongis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 61.

deuſta. 32. I. foliis lanceolatis nervoſis, foliis alternis ſeſſilibus: tubo bracteis breviore, laminis obtuſis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 60.

patens. 33. I. foliis ſubenſiformibus, racemo terminali: corollis campanulatis patulis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 59.

pendula. 16. I. foliis lineari-enſiformibus, ſcapo polyſtachyo; ſpicis pendulis. *Thunb. de ixia. n.* 16.

bulbifera. 17. I. foliis enſiformibus, bracteis membranaceis ſetaceo-laceris. *Mill. ic.* 236. *f.* 2.

aulica. 29. I. foliis enſiformibus planis nervoſis, floribus racemoſis: bracteis integris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 57.

erecta. 18. I. foliis enſiformibus, ſcapo polyſtachyo, floribus alternis immaculatis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 75. *n.* 6. Ixia polyſtachya. *Mill. ic.* 155. *f.* 2.

maculata. 19. I. foliis enſiformibus, ſcapo polyſtachyo, floribus alternis: corollis baſi maculatis. *Mill. ic.* 156. *f.* 1.

crocata. 20. I. foliis enſiformibus, floribus ſecundis: corollis baſi hyalino-feneſtratis. *Mill. ic.* 239. *f.* 2.

Lencea. 21. I. foliis enſiformibus, floribus ſecundis, ſcapo ſimplici flexuoſo. *Thunb. de ixia. n.* 21.

pentandra. 22. I. foliis enſiformibus, floribus pentandris. *Thunb. de ixia. n.* 22. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 75. *n.* 7. Ixia ſcillaris.

falcata. 23. I. foliis enſiformibus reflexo-falcatis. *Thunb. de ixia. n.* 23. *c. ic.*

polyſtachya. 25. I. foliis enſiformibus rigidulis, ſpicis terminali axillaribusque ſecundis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 269.

feneſtrata. 26. I. foliis enſiformibus diſtichis, caule ſubſimpliciſſimo, floribus terminalibus ſpicatis ſeſſilibus remotis ſecundis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 270.

excisa. 24. I. foliis ovatis, floribus ſecundis, ſcapo flexuoſo. *Thunb. de ixia. n.* 24. *c. ic.*

**** *ſcapo foliis aequali.*

villoſula. 27. I. foliis enſiformibus villoſis, floribus ſecundis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 267.

purpurea. 28. I. foliis enſiformibus villoſis, floribus ſparſis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 268.

## 57. GLADIOLUS. *Cor.* 6partita, tubuloſa ringens. *Stamina* adſcendentia.

communis. 1. Gl. foliis enſiformibus, floribus diſtantibus. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 5.

imbricatus. 2. Gl. foliis enſiformibus, floribus imbricatis.

alatus. 3. Gl. foliis enſiformibus, laciniis corollae lateralibus latiſſimis.

plicatus. 4. Gl. foliis enſiformibus plicatis villoſis, ſcapo laterali, corollis regularibus. *Mill. ic.* 155. *f.* 1.

viridis. 5. Gl. foliis enſiformibus glabris, ſcapo triquetro alato, limbo corollae patenti-reflexo. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 481.

undulatus. 6. Gl. foliis enſiformibus, laciniis corollae ſubaequalibus lanceolatis undulatis. *Mant. p.* 27. *Jacq. Collect.* 3. *p.* 256.

recurvus. 7. Gl. foliis enſiformibus, laciniis corollae ſubaequalibus lanceolatis recurvatis. *Mant. p.* 28. *Mill. ic.* 235. *f.* 2.

8. Gl.

carneus. 8. Gl. foliis enſiformibus, ſcapo terminali paucifloro laxo, corollae laciniis lanceolatis: ſuprema maxima; infima anguſtiſſima. *de la Roch. diſſ. p.* 30. *t.* 4.

montanus. 9. Gl. foliis enſiformibus nervoſis glabris, floribus ſpicatis, corolla ringente. *Suppl. p.* 95. *Pluckn. phyt.* 224. *f.* 8.

anceps. 10. Gl. foliis enſiformibus undulatis, caule ramoſo ancipite divaricato. *Suppl. p.* 94. *Cor. infundibuliform. Stigm.* 3. *Nonne diſtincti generis?*

flavus. 11. Gl. foliis lanceolato-enſiformibus planis, galeae laminis tribus unguiformibus perpendicularibus, bracteis acuminatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 65.

ſecuriger. 12. Gl. foliis lineari-enſiformibus planis, galeae laminis tribus unguiformibus perpendicularibus, bracteis acuminatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 65.

triſtis. 13. Gl. foliis lineari-cruciatis, corollis campanulatis. *Mill. ic.* 235. *f.* 1.

ſpicatus. 14. Gl. foliis linearibus, caule ſimpliciſſimo, floribus ſpicatis.

alopecuroides. 15. Gl. foliis linearibus, ſpica diſticha imbricata.

anguſtus. 16. Gl. foliis linearibus, floribus diſtantibus, corollarum tuba limbis longiore. *Mill. ic.* 142. *f.* 2.

ramoſus. 17. Gl. caule ramoſo, foliis linearibus.

flexuoſus. 18. Gl. foliis linearibus, caule ſimplici flexuoſo, floribus ſpicatis ringentibus: tubo longo. *Suppl. p.* 96.

longiflorus. 19. Gl. caule tereti, tubo longiſſimo, ſpathis foliisque linearibus glabris. *Suppl. p.* 96.

carinatus. 20. Gl. foliis linearibus utrinque carinatis glabris, corollae tubo ſpathis limbisque breviore: ſtigmatibus indiviſis complicatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 64.

ſulphureus. 21. Gl. ſcapo villoſo, foliis lanceolato-linearibus, floribus ſeſſilibus alternis ſecundis infundibuliformi-campanulatis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 258.

Watſonius. 22. Gl. caule glabro vaginato erecto foliis lanceolato-linearibus breviore, floribus paucis alternis infundibuliformibus. *Jacq. collect.* 3. *p.* 257.

blandus. 23. Gl. foliis lineari-lanceolatis nervoſis glabris, floribus ſpicatis: lacinia ſuprema reflexa; ſtigmatibus ſubbilobis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 64.

24. Gl.

ſtrictus. 24. Gl. foliis lineari-lanceolatis villoſis plicatis, corollae tubo ſpatham aequante. *Ait. hort. Kew.* I. *p.* 63.

criſpus. 25. Gl. foliis lanceolatis crenatis undulatis, floribus ſecundis, ſpicis duabus tubo filiformi longo. *Suppl. p.* 94.

junceus. 26. Gl. foliis lato-lanceolatis, culmo ramoſo, floribus ſecundis, ſtilo ſexpartito. *Suppl. p.* 94.

marginatus. 27. Gl. foliis cartilagineo-marginatis glabris multinerviis, ſpica elongata, floribus alternis nutantibus. *Suppl. p.* 95.

latifolius. 28. Gl. caule ramoſo, corolla ringente, folio infimo filiformiſetaceo. *Suppl. p.* 96.

falcatus. 29. Gl. caule ſimplici, foliis falcatis, floribus alternis, ſtilo trifido. *Suppl. p.* 95.

tenellus. 30. Gl. caule ſubflexuoſo ad folia geniculato bifloro. *Jacq. coll.* 3. *p.* 255.

gramineus. 31. Gl. petalis lanceolatis ſetaceo-acuminatis. *Suppl. p.* 95. *Mill. ic.* 56.

capitatus. 32. Gl. caule ramoſo capitulis pedunculatis, radice tuberoſa. *Thunb. diſſ. de. moraea p.* 112. 17. *t.* 2. *nonne potius moraeae ſpecies?*

ſpathaceus. 33. Gl. caule ramoſo, floribus ſpicato-imbricatis, ſpathis membranaceis ariſtatis, foliis plicatis. *Suppl. p.* 96.

tubiflorus. 34. Gl. caule tereti, tubo longiſſimo, ſpathis foliisque hirſutis. *Suppl. p.* 96. *Thunb. diſſ. t.* 2.

Lomenia. 35. Gl. corolla ſubcampanulata ſtigmatibus quinque. *Pourret act. Toloſ.* 3. *t.* 5. *an diſtincti generis?*

## 58. ANTHOLYZA. *Cor.* tubuloſa, irregularis, recurvata. *Capſ.* infera, 3locularis, 3valvis.

ringens. 1. A. corollae labiis divaricatis, fauce compreſſa. *Commel. h. Amſt.* I. *t.* 41.

plicata. 2. A. foliis plicatis, caule ramoſo hirſuto, corolla ringente ſtaminibus breviore. *Suppl. p.* 96.

Cunonia. 3. A. corollis ſubpapilionaceis: labii lobis duobus externis latioribus adſcendentibus. *Mant. p.* 323. *Mill. a var. ſubj. t.* I. *f.* I. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* I. *t.* II. *f.* 4.

aethiopica. 4. A. corollis incurvatis: labii quinquepartiti lobis duobus alternis patulis majoribus lanceolatis. *Mill. ox. var. ſubj. t.* 9.

Meriana. 5. A. corollis infundibuliformibus, foliis enſiformibus. *Mill. ic.* 276.

Merianella. 6. A. corollis infundibuliformibus, foliis linearibus. *Mill. ic.* 297.

Lucidor. 7. A. foliis radicalibus baſi filiformi apice dilatato-ſubulatis ſulcatis, caule ſimplici folioſo ſpicato. *Suppl. p.* 96.

HERITIERA. *Cor.* 6fida, ventricoſo-tubuloſa, perſiſtens, ſtaminibus brevior. *Cal.* o. *Stigma* ſimplex. *Capſ.* 3locularis apice truncata, 3punctata.

tinctorum. 1. Heritiera. *Walt. flor. carol. p.* 66.

59. IRIS. *Cor.* 6partita, inaequalis: laciniis alternis geniculato-patentibus. *Stigmata* petaliformia cucullato-bilabiata.

* *Barbatae*, (quarum laciniae patulae pilis veſtiuntur.)

† *foliis enſiformibus.*

ciliata. 1. I. foliis ciliatis. *Thunberg de iride Upſ.* 1782. *n.* 1.

minuta. 2. I. foliis glabris, caule unifloro, laciniis corollae oblongis acutis. *Thunb. de irid. n.* 2.

pumila. 3. I. foliis glabris, caule unifloro, laciniis corollae oblongis obtuſis. *Jacq. fl. auſtr. t.* 1.

ſuſiana. 4. I. foliis glabris, caule unifloro, laciniis corollae rotundatis. *Knorr. del. hort.* 1. *t.* L. 6.

criſtata. 53. I. foliis glabris caulem ſubuniflorum aequantibus, germinibus trigonis, corollae laciniis ſubaequalibus: barba criſtata. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 70.

florentina. 5. I. foliis glabris brevioribus caule ſubbifloro. *Knorr. del. hort.* 1. *t.* L. 7.

biflora. 6. I. foliis glabris brevioribus caule ſubtrifloro. *Kniph. bot. orig. cent.* 8. *n.* 54.

aphylla. 7. I. foliis glabris aequantibus caulem multiflorum ſubnudum.

variegata. 8. I. foliis glabris aequantibus caulem multiflorum ſubfolioſum. *Jacq. fl. auſtr. t. 5.*

germanica. 9. I. foliis glabris falcatis brevioribus caule multifloro. *Blackw. herb. t. 69.*

lucida. 54. I. foliis glabris caule multifloro brevioribus, corollae laciniis exterioribus revolutis: interioribus erecto-inflexis ſubundulatis ſubemarginatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 68.

ſambucina. 10. I. foliis glabris erectis brevioribus caule multifloro, laciniis corollae deflexis planis. *Jacq. h. Vind. t.* 2.

ſqualens. 11. I. foliis glabris erectis brevioribus caule multifloro, laciniis corollae deflexis replicatis.

compreſſa. 12. I. foliis glabris, caule paniculato compreſſo. *Thunb. de iride n.* 12.

dichotoma. 13. I. foliis glabris, caule paniculato tereti. *Pallas it.* 3. *t.* A. *f.* 2.

hexagona. 52. I. caule tereti capſulae trigonae angulis ſulco profundo bifidis. *Walt. flor. carol. p.* 66.

⊢ ⊢ *foliis linearibus.*

tripetala. 14. I. folio longiori caule unifloro, petalis alternis ſubulatis. *Thunb. de iride n.* 14. *Jacq. coll.* 3. *p.* 272.

tricuſpis. 15. I. folio longiori caule ſubbifloro, petalis alternis trifidis. *Thunb. de irid. n.* 15.

flexuoſa. 16. I. foliis flexuoſis brevioribus caule craſſo fiſtuloſo trifloro. *Murr. Comm. Goett.* 1776. *t.* 4.

flaviſſima. 46. I. foliis ſublinearibus caule bifloro longioribus. *Gmel. fl. ſibir.* 1. *p.* 31. *t.* 5. *f.* 2.

plumaria. 17. I. caule multifloro, ſtigmatibus ſetaceo-multifidis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 78. *n.* 2. Moraea juncea. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 13. *f.* 2.

β) *Mill. ic.* 238. *n.* 1. 2. Moraea vegeta.

* *Imberbes.*

⊢ *foliis enſiformibus.*

Xiphium. 18. I. foliis canaliculato-ſubulatis brevioribus, caule bifloro. *Knorr. del. hort.* 1. *t.* L. 9.

β) Iris

β) Iris variabilis. *Jacq. coll. 2. p. 321. Theca baccata cum ſepimento.*

Pſeudacorus. 19. I. corollae laciniis alternis ſtigmate minoribus. *Flor. dan. t.* 494.

foetida. 20. I. caule unangulato. *Blackw. herb. t.* 158.

virginica. 21. I. caule ancipiti.

verſicolor. 22. I. caule tereti flexuoſo, germinibus ſubtrigonis. *Ehr. pl. ſel. t.* 6. *f.* 2.

ochroleuca. 23. I. caule ſubtereti, germinibus hexagonis.

Guldenſtaedtii. 24. I. foliis erectis brevioribus caule tereti bifloro, germinibus hexagonis. *Lepech. act. Petrop. ad* 1781. 1. *p.* 292. *t.* 8.

ſpathacea. 25. I. foliis rigidis, caule tereti bifloro, ſpathis longiſſimis. *Thunb. de irid. n.* 23.

alata. 47. I. tubo corollae filiformi: laciniis interioribus minimis. *Poiret voyag. en Barbar.* 2. *p.* 86.

unguicularis. 48. I. tubo corollae filiformi longiſſimo, petalis omnibus erectis ſubaequalibus. *Poiret voyag. en Barb.* 2. *p.* 86.

ventricoſa. 49. I. foliis ſubenſiformibus, caulem ſimplicem vaginantibus, ſpatha ventricoſa biflora. *Pall. it.* 1. 3. *p.* 712. *t.* B. *f.* 1.

halophila. 50. I. caule folioſo ſubtrifloro, folia excedente. *Pall. it.* 3. *p.* 713. *t.* B. *f.* 2.

ramoſa. 26. I. caule paniculato multifloro. *Thunb. de irid. n.* 24.

†† *foliis linearibus.*

Siſyrinchium. 27. I. foliis undulatis reflexis, caule unifloro.

verna. 28. I. foliis planis, caule unifloro, corollae laciniis alternis aequantibus. *Pluckn. alm. t.* 196. *f.* 6.

perſica. 29. I. foliis planis, caule unifloro, foliis alternis brevioribus. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 10. *f.* 9. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 13. *f.* 1.

anguſta. 30. I. folio filiformi erecto glabro, caule glabro ſubunifloro, ſpathis obtuſis. *Thunb. de irid. n.* 28.

ſetacea. 31. I. folio filiformi erecto glabro, caule glabro unifloro, ſpathis acutis membranaceis. *Thunb. de irid. n.* 29. *t.* 1.

tenuifolia. 32. I. foliis filiformibus, caule bifloro. *Pall. it.* 3. *p.* 714. *t.* C. *f.* 2.

juncea. 51. I. foliis filiformibus ſcapo unifloro, ſpathis mucronatis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 85.

graminea. 33. I. caule ſubbifloro ancipiti, germinibus hexagonis. *Jacq. fl. auſtr. t.* 2. *Theca baccata cum ſepimento.*

ſpuria. 34. I. caule ſubtrifloro tereti, germinibus hexagonis. *Fl. dan. t.* 734. *Jacq. fl. auſtr. t.* 4.
β) *Pall. it.* 3. *app. p.* 713. *t.* C. *f.* 1.
γ) Iris lactea. *Pall. it.* 3. *p.* 713.

ſibirica. 35. I. caule ſubtrifloro tereti germinibus trigonis. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 13. *f.* 1.

martinicenſis. 36. I. corolla baſi foveolis glanduloſis, germinibus trigonis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 10.

pavonia. 37. I. folio glabro, caule ſubunifloro. *Thunb. de irid. n.* 35. *t.* 1.

criſpa. 38. I. foliis criſpis. *Thunb. de iride n.* 36. *t.* 1.

papilionacea. 39. I. foliis reflexis hirtis. *Thunb. de irid. n.* 37. *t.* 2.

edulis. 40. I. folio pendulo glabro, caule glabro multifloro. *Thunb. de irid. n.* 38.

triſtis. 41. I. foliis glabris, caule hirto ramoſo. *Thunb. de irid. n.* 39.

polyſtachya. 42. I. foliis planis, caule glabro ramoſo. *Thunb. de irid. n.* 40.

viſcaria. 43. I. foliis planis, caule viſcoſo. *Thunb. de irid. n.* 41.

bituminoſa. 44. I. foliis ſpiralibus, caule viſcoſo. *Thunb. de irid. n.* 42. *t.* 2.

— — — *foliis tetragonis.*

tuberoſa. 45. I. *Regn. bot. t.* 406.

## 60. MORAEA. *Cor.* ſubmonopetala 6partita inaequalis: laciniis erectis. *Stigmata* 3petaliformia.

polyanthos. 1. M. caule ramoſiſſimo, foliis ſubulatis glabris, petalis alternis minoribus, ſtigmatibus bifidis. *Suppl. p.* 99.

2. M.

ſpathacea. 2. M. ſcapo tereti, foliis teretibus dependentibus longis, floribus aggregatis capitatis. *Suppl. p.* 99. *Thunb. diſſ. de moraea p.* 9. *t.* 1.

lugens. 3. M. caule ancipiti ſubbifloro, foliis enſiformibus, infimis ſubfalcatis, floribus terminalibus. *Suppl. p.* 99. *Thunb. de moraea p.* 5. *t.* 1.

ſpiralis. 4. M. caule compreſſo articulato multifloro, foliis enſiformibus erectis, floribus axillaribus. *Suppl. p.* 99.

ſinenſis. 5. M. ſcapo tereti, foliis diſtichis enſiformibus, floribus umbellatis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 75. *n.* 9. Ixia chinenſis. *Trew. ehret. t.* 52. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 13. *f.* 3. *Theca baccata receptaculo libero.*

aphylla. 6. M. ſcapo compreſſo nudo glaberrimo, ſpatha longiſſima ſubulata, floribus capitatis. *Suppl. p.* 99. *Thunb. diſſ. de moraea p.* 9. *t.* 2.

gladiata. 7. M. ſcapo compreſſo, ſpatharum ſquamis muticis, ſtilis tribus. *Suppl. p.* 93. Ixia gladiata.

filiformis. 8. M. ſcapo foliisque filiformibus, floribus terminalibus ſolitariis. *Suppl. p.* 100. *Thunb. de moraea. p.* 9. *t.* 1.

flexuoſa. 9. M. caule tereti articulato ſubramoſo, foliis planis laxis revolutis, ſpica flexuoſa: pedunculis aggregatis. *Suppl. p.* 101. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 90. Ixia longifolia.

virgata. 10. M. caule tereti ramoſo, foliis planis linearibus, pedunculis ſolitariis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 194.

africana. 11. M. floribus capitatis: ſpathis laceris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 75. *n.* 2. Ixia africana. *Burm. afr. t.* 70. *f.* 2. *nonne diſtincti generis?*

iridioides. 12. M. ſcapo tereti, foliis diſtichis linearibus, flore ſubſolitario terminali. *Mant. p.* 28. *Giſeck. ic.* 1. *t.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 13. *f.* 2. *Theca baccata cum ſepimento.*

fugax. 13. M. foliis gramineis tandem convolutis, ſtigmate petaloideo, petalis imberbibus. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 20.

puſilla. 14. M. ſcapo ancipiti, foliis diſtichis, flore ſubſolitario. *Thunb. diſſ. de moraea p.* 7.



---

*An* Moraea *Ferrariae et Siſyrinchio jungenda, et ob ſtamina infra connata ad Monadelphas releganda?*

ixioides. 15. M. ſcapo compreſſo, foliis diſtichis nervoſis, umbellis pedunculatis. *Thunb. de moraea p.* 8.

collina. 16. M. ſcapo tereti, folio dependente, laciniis corollae ſubaequalibus. *Thunb. de moraea n.* 13. *p.* 11. *an potius Siſyrinchium?*

umbellata. 17. M. ſcapo tereti, florum ſpicis umbellato-paniculatis, involucris binis longiſſimis. *Thunb. de moraea p.* 13. *n.* 16.

criſpa. 18. M. ſcapo tereti articulato, folio reflexo undulato criſpo. *Thunb. diſſ. de moraea p.* 13. *n.* 17.

MARICA. *Cor.* 6partita: laciniis 3 interioribus minoribus. *Spath.* 2valves. *Capſ.* oblonga, angulata, 3locularis, polyſperma.

Cipura. 1. Marica. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 38. *t.* 13.

1017. SISYRINCHIUM. *Spatha* 2phylla. *Petala* 6plana. *Capſ.* 3locularis, infera, 3valvis.

Bermudiana. 1. S. caulibus ancipitibus ramoſis folioſis. *Cavanill. diſſ. bot.* 6. *t.* 192. *f.* 1.

micranthum. 2. S. caule ancipiti ramoſo: foliis alternis canaliculatis, floribus minimis. *Cavanill. diſſ. bot.* 6. *p.* 345. *t.* 191. *f.* 2.

anceps. 3. S. caule ancipiti ſimplici. *Cavanill. diſſ. bot.* 6. *p.* 345. *n.* 507. *t.* 190. *f.* 2.

grandiflora. 4. S. caule tereti ſimplici foliis ſtriatis. *Cavanill. diſſ. bot.* 6. *p.* 346. *n.* 509. *t.* 192. *f.* 2.

narciſſoides. 5. S. caule tereti, foliorum vaginis inflatis, corolla infundibuliformi. *Cavanill. diſſ. bot.* 6. *p.* 347. *n.* 511. *t.* 191. *f.* 3.

palmifolium. 6. S. caule tereti, foliis enſiformibus nervoſis planis petiolatis. *Cavanill diſſ. bot.* 6. *t.* 191. *f.* 1. *Plum. ic. t.* 46. *f.* 2. *Vog. Suppl. pl. ehr. ſel. t.* CIII. *Mant. p.* 122.

latifolium. 7. S. foliis enſiformibus nervoſis plicatis. *Plum. ic. t.* 46. *f.* 2.

S. S.

ixioides. 8. S. foliis enſiformibus conduplicatis longiſſimis, panicula trichotoma, petalis exterioribus dimidio minoribus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 61.

1018. FERRARIA. *Spathae* 1florae. *Petala* 6, undulato-criſpata. *Stamina* cucullata. *Capſ.* 3locularis, infera.

undulata. 1. F. caule multifloro. *Jacq. h. Vind. t.* 63. *an totum genus cum ſiſyrinchio monadelphis accenſendum?*

pavonia. 2. F. ſcapo unifloro. *Suppl. p.* 407. *Mutis amer.* 1. *t.* 15. *Cavanill. diſſ. bot.* 6. *t.* 190. *f.* 1.

ARISTEA. *Cor.* 6petala. *Stil.* declinatus. *Stigm.* infundibulif. hians. *Capſula* infera, polyſperma.

cyanea. 1. ARISTEA. *Aiton. hort. Kew.* 1.

1355. DILATRIS. *Cal.* o. *Cor.* 6*petala*. *Filamentum tertium* reliquis minus. *Stigma* ſimplex.

umbellata. 1. D. petalis ovatis, corymbo faſtigiato hirſuto. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 76. *n.* 10. Ixia hirſuta. *Suppl. p.* 101. *Berg. fl. cap. t.* 3. *f.* 5.

viſcoſa. 2. D. petalis linearibus, corymbo faſtigiato villoſo viſcoſo. *Suppl. p.* 101. *Thunb. Schr. berl. Naturf.* 4. *p.* 48. *n.* 2.

paniculata. 3. D. petalis lanceolatis, panicula oblonga villoſa viſcoſa. *Suppl. p.* 101. *Thunb. Schr. berl. Naturf.* 4. *p.* 51. *n.* 3.

XIPHIDIUM. *Cal.* o. *Cor.* 6petala, aequalis infera. *Capſula* 3locularis, polyſperma.

floribundum. 1. XIPHIDIUM. *Aublet. pl. guj. p.* 33. *t.* 11.

## 61. WACHENDORFIA. *Cor.* 6petala inaequalis, infera. *Capſ.* 3locularis, ſupera, 3quetra.

thyrſiflora. 1. W. ſcapo ſimplici. *Burm. n. act. ac. Caeſ.* N. C. 1. *obſ.* 50. *t.* 2. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 4.

paniculata. 2. W. ſcapo polyſtachyo. *Burm. n. act. ac. Caeſ.* N. C. 1. *obſ.* 1. *t.* 2. *f.* 10.

graminifolia. 3. W. caule polyſtachyo hirſuto, foliis enſiformibus canaliculatis glabris. *Suppl. p.* 101.

## 62. COMMELINA. *Cor.* 6petala. *Nectaria* 3cruciata, pedicellis propriis inſerta. *Capſ.* ſupera 2-3-locularis.

* *Dipetalae i. e. petalis duobus majoribus.*

communis. 1. C. corollis inaequalibus, foliis ovato-lanceolatis acutis, caule repente glabro. *Dill. h. Elth. t.* 78. *f.* 89. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 1.

africana. 2. C. corollis inaequalibus, foliis lanceolatis glabris, caule decumbente. *Kniph. bot. orig. cent.* 8. *n.* 30. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 1.

benghalenſis. 3. C. corollis inaequalibus, foliis ovatis obtuſis, caule repente. *Murray Comm. Goett.* 1779. *t.* 5.
β) Commelina cucullata. *Burm. ind. t.* 7. *f.* 3.

erecta. 4. C. corollis inaequalibus, foliis ovato-lanceolatis, caule erecto ſubhirſuto ſimpliciſſimo. *Dill. h. Elth. t.* 77. *f.* 88.

commelinoides. 5. C. foliis ovato-lanceolatis, floribus paniculatis: paniculae ramis ſpicatis lateralibus, ariſta calicis corolla longiore. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 12. *n.* 35. *an diſtincta vere ſpecies hujus generis et tribus?*

mollis. 6. C. corollis inaequalibus, foliis ovatis integerrimis villoſulis, caulibus geniculatis radicantibus ramoſiſſimis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 235.

longicaulis. 7. C. corollis inaequalibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis ſubhirtis, caulibus longiſſimis geniculatis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 234.

** *Tri-*

** *Tripetalae i. e. petalis tribus majoribus*, Zanoniae.

virginica. 8. C. corollis ſubaequalibus, foliis lanceolatis ſubpetiolatis ore barbatis, caulibus erectis. *Pluckn. alm. t.* 174. *f.* 4.

tuberoſa. 9. C. corollis aequalibus, foliis ſeſſilibus ovato-lanceolatis ſubciliatis. *Dill. h. Elth. t.* 79. *f.* 90. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 1.

Zanonia. 10. C. corollis aequalibus, pedunculis incraſſatis, foliis lanceolatis: vaginis tumidis margine hirſutis, bracteis geminis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 147. *f.* 1. *an tradeſcantiae potius ſpecies?*

vaginata. 11. C. corollis aequalibus, foliis linearibus, floribus diandris involucro vaginatis. *Mant. p.* 177.

nudiflora. 12. C. corollis aequalibus, pedunculis capillaribus, foliis linearibus, involucro nullo, floribus diandris. *Mant. p.* 177.

ſpirata. 13. C. corollis aequalibus, foliis lanceolatis, floribus paniculatis. *Mant. p.* 176.

nudicaulis. 14. C. corollis aequalibus ſcapo indiviſo, foliis lanceolatis radicalibus. *Burm. ind. t.* 8. *f.* 1.

diffuſa. 15. C. corollis aequalibus, pedunculis capillaribus, foliis crato-oblongis, involucro nullo. *Burm. ind. t.* 7. *f.* 3.

papilionacea. 16. C. involucris triphyllis alterum recipientibus, caule repente, foliis lanceolato-linearibus. *Burm. ind. t.* 7. *f.* 31.

hexandra. 17. C. foliis ovatis alternis ſubpetiolatis, floribus racemoſis terminalibus hexandris. *Aubl. pl. guj. t.* 12. *an hujus generis?*

caroliniana. 18. C. corollis inaequalibus, floribus binis oppoſitifoliis, foliis ovato-lanceolatis, caule ramoſo repente. *Walt. flor. carol. p.* 68. *an nectaria potius filamenta, et hexandris accenſendum genus?*

## 63. CALLISIA. *Cal.* 3phyllus. *Petala* 3. *Antherae* geminae. *Capſ.* 2locularis.

repens. 1. Calliſia. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 14. Hapalenthus repens.

## SYENA. *Cal.* 3phyllus. *Petal.* 3. *Capſ.* globoſa, ſtilo coronata, 1locularis, 3valvis, 6ſperma.

Mayaca. 1. Syena. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 42. *t.* 15.

64. XYRIS. *Cor.* 3petala, aequalis, crenata. *Glumae* 3valves cartilagineae in capitulum. *Capſula* ſupera, 1locularis.

indica. 1. X. foliis gladiatis. *Rheed. h. malab.* 9. *t.* 7. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 3.

americana. 2. X. foliis ſetaceis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 40. *t.* 14.

1356. KYLLINGA. *Amentum* ovatum ſ. oblongum imbricatum. *Flores* calice corollaque 2valvi.

monocephala. 1. K. culmo filiformi triquetro, capitulo globoſo ſeſſili: involucro triphyllo longiſſimo. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 80. *n.* 8. Schoenus coloratus. *Suppl. p.* 104. *Rottböll. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 4. *f.* 4.

triceps. 2. K. capitulis terminalibus ſubternis glomeratis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 104. *Jacq. h. Vind. t.* 97.

punicea. 3. K. umbella terminali: ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque cylindricis imbricatis, involucro univerſali ſubtetraphyllo, partiali nullo. *Suppl. p.* 105. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 4. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 5.

umbellata. 4. K. umbella terminali: ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque ſquarroſis, involucro univerſali polyphyllo, partiali triphyllo. *Suppl. p.* 105. *Rottb. deſcr. et ic. plant.* 1. *t.* 4. *f.* 2.

ſumatrenſis. 5. K. umbella terminali: ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque cylindricis ſquarroſis, involucro univerſali polyphyllo, partiali nullo. *Koenig apud Retz. obſ. bot. p.* 13. *Mant. p.* 181. Scirpus cyperoides.

filiformis. 6. K. umbella terminali ſimplici: ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque ovatis; ſpiculis ovatis acutis, involucro triphyllo, partiali nullo. *Swartz nov. pl. gen. et ſp. p.* 20.

1357.

---

*An diſtincta genera* Remirea *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 44. *t.* 16. *et* Mapania *p.* 47. *t.* 17?

1357. FUIRENA. *Amentum* imbricatum ſquamis ariſtatis. *Cal.* o. *Cor.* glumis tribus petaliformibus obcordatis cirro terminatis.

paniculata. 1. Fuirena. *Suppl. p.* 105. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 19. *f.* 3.

1358. POMMEREULLA. *Cal.* turbinatus, 2valvis: *valvis* 4fidis dorſo ariſtatis.

Cornucopiae. 1. P. floſculis omnibus hermaphroditis. *Suppl. p.* 105.

monoica. 2. P. floſculis maſculis feminisque in unam ſpiram compactis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 209.

70. LYGEUM. *Spatha* 1phylla. *Corollae* binae ſupra idem germen. *Nux* 2locularis.

Spartum. Lygeum. *Loefl. it. t.* 2.

69. NARDUS. *Cal.* o. *Cor.* 2valvis. *Nectar.* o.

thomaea. 1. N. ſpica ſubulato-plana culmo longiore, foliis faſciculatis erectis convolutis. *Suppl. p.* 105. *nonne potius Rottböllae ſpecies?*

ſtricta. 2. N. ſpica ſetacea recta ſecunda. *Schreber. gram.* 65. *t.* 7.

gangitis. 3. N. ſpica recurva. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 13. *f. ult. an forſan varietas ariſtatae?*

ariſtata. 4. N. calicibus ariſtatis. *Bocc. muſ.* 2. *t.* 57.

ciliaris. 5. N. ſpica incurva ciliata.

indica. 6. N. ſpica ſetacea ſecunda ſubincurvata. *Suppl. p.* 105. *an hujus generis?*

SPARTINA. *Cal.* 1florus, 2valvis, ſemen includens. *Cor.* 2valvis. *Nect.* o.

Schreberi. 1. Spartina. *Schreb. gen. plant. Linn.* 1. *p.* 43.

68. ERIO-

## 68. ERIOPHORUM. *Glumae* paleaceae undique imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1. lana longiſſima cinctum.

vaginatum. 1. E. culmis vaginatis teretibus, ſpica ſcarioſa. *Curt. flor. Lond. t.* 219.

polyſtachyon. 2. E. culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis. *Curt. flor. Lond. t.* 217. *Gaertn. de fr. et. ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 4.

virginicum. 3. E. culmis folioſis teretibus, foliis planis, ſpica erecta. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 9. *f.* 2.

cyperinum. 4. E. culmis teretibus folioſis, panicula ſupradecompoſita prolifera: ſpiculis ſubternis. *Pluckn. mant. t.* 419. *f.* 3.

alpinum. 5. E. culmis nudis triquetris, ſpica pappo breviore. *Fl. dan. t.* 620.

## 67. SCIRPUS. *Glumae* paleaceae undique imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1. imberbe, 3quetrum, ſaepe villoſum.

* *ſpica unica.*

mutatus. 1. Sc. culmo triquetro nudo, ſpica cylindrica terminali.

annuus. 61. Sc. culmo triquetro nudo, involucro diphyllo, pedunculis nudis, ſpicis ſolitariis. *Allion. fl. pedem.*

trigynus. 2. Sc. culmo tereti nudo, ſpica cylindrica: ſquamis lanceolatis baſi laterali membranaceis. *Mant. p.* 180.

paluſtris. 3. Sc. culmo tereti nudo, ſpica ſubovata terminali. *Fl. dan. t.* 273

$\beta$?) Scirpus minimus. *Scheuchz. gram. t.* 7. *f.* 1.

articulatus. 4. Sc. culmo tereti nudiuſculo ſemigeniculato, capitulo glomerato laterali. *Rheed. mal.* 12. *t.* 71.

geniculatus. 5. Sc. culmo tereti nudo, ſpica oblonga terminali. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 75. *f.* 2. *et t.* 81. *f.* 3.

plantagineus. 6. Sc. culmis teretibus geniculatis nudis, ſpica terminali cylindrica nuda. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 15. *f.* 2. *an ſatis diſtinctus a geniculato?*

capitatus. 7. Sc. culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ſubgloboſa terminali.

8. Sc.

aciculaꝛis. 8. Sc. culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ovata bivalvi, ſeminibus nudis. *Mant. p.* 321. *Flor. dan. t.* 287. *An Cyperi potius ſpecies?*

*β*?) Scirpus quinqueflorus. *Scheuchz. gram. t.* 7. *f.* 19.

ceſpitoſus. 9. Sc. culmo ſtriato nudo, ſpica bivalvi terminali longitudine calicis, radicibus ſquamula interſtinctis. *Flor. dan. t.* 167.

Baeothryon. 10. Sc. culmo tereti ſtriato nudo baſi vaginato, ſpica terminali pauciflora bivalvi: valvis ovatis ſpica brevioribus margine ſcarioſis. *Suppl. p.* 103. *Ehrh. phytoph. n.* 31.

junceus. 61. Sc. culmo teretiuſculo filiformi nudo, ſpica ovatâ terminali involucrum aequante. *Forſt. fl. auſtr. p.* 6.

fiſtuloſus. 11. Sc. culmo ſubulato nudo baſi vaginato, capitulo laterali. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 14. *n.* 45.

Schoenoides. 12. Sc. culmo ſetaceo compreſſo ſtriato, ſpica ovata: involucro monophyllo brevi membranaceo, ſeminibus turbinato-compreſſis. *Koenig apud Retz. obſ. bot. p.* 14.

nutans. 13. Sc. culmo compreſſo ſubtetragono nudo, ſpica ovata ſolitaria terminali nutante. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 12.

polytrichoides. 14. Sc. culmis compreſſis ſetaceis, ſpicis terminalibus ſolitariis ſubnutantibus monandris. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 11. *Rumpf amb.* 6.

atropurpureus. 15. Sc. culmis ſetaceis teretibus faſciculatis, ſpicis terminalibus ovatis ſolitariis, floribus monandris. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 14. *caribaeo affinis.*

caribaeus. 16. Sc. culmis faſciculatis ſetaceis ſulcatis, ſpica minima ovata terminali. *Fr. Rottböll. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 15. *f.* 3.

fluitans. 17. Sc. culmis teretibus nudis alternis, caule folioſo flaccido. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 10. *f.* 31.

** *ſpicis pluribus.*

† *culmo tereti.*

lacuſtris. 18. Sc. culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Lob. ic.* 25.

Holoſchoenus. 19. Sc. culmo tereti nudo, ſpicis ſubgloboſis glomeratis pedunculatis: involucro diphyllo inaequali mucronato. *Flor. dan. t.* 454.

auſtralis. 20. Sc. culmo tereti nudo, capitulo laterali: bractea reflexa, foliis canaliculatis.

21. Sc.

romanus. 21. Sc. caule tereti, nudo, capitulo laterali conglobato: bractea reflexa. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 448.

ellychniarius. 60. Sc. culmo tereti nudo, ſpicis globoſis quaternis. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 129.

Halleri. 62. Sc. culmo tereti nudo, folio gramineo, capitulis lateralibus ternis ovatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.*

ſupinus. 22. Sc. culmo tereti nudo, ſpicis ſeſſilibus in medio culmo glomeratis.

globiferus. 23. Sc. culmo tereti nudo, umbella terminali compoſita: capitulis globoſis ex ſpiculis pluribus arcte congeſtis. *Suppl. p.* 104.

prolifer. 63. Sc. culmo tereti nudo compreſſo, capitulis glomeratis nudis tandem proliferis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 17. *f.* 2.

glomeratus. 24. Sc. culmo nudo teretiuſculo, umbella glomerata: involucro diphyllo brevi, floribus diandris. *Koenig ap. Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 11.

dipſaceus. 64. Sc. culmis ſetaceis, umbella ſimplici, capitulis oblongis ſquamoſis, floſculis ſubulatis recurvis diandris, germine echinato. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 12. *f.* 1.

monander. 65. Sc. culmo ſetaceo, involucro longo triphyllo, capitulo ſeſſili glomerato: floſculis monandris. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 14. *f.* 3.

ſetaceus. 25. Sc. culmo nudo ſetaceo, ſpicis lateralibus ſubſolitariis ſeſſilibus pedunculatisque, terminali ſeſſili. *Flor. dan. t.* 311. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 3.

triſtachyos. 26. Sc. culmo nudo ſetaceo: ſpicis ternis ſeſſilibus: involucro diphyllo ſetaceo. *Suppl. p.* 103. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 13. *f.* 4.

*β*) *Haller hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *p.* 180. *n.* 1344.

capillaris. 27. Sc. culmo nudo capillari, ſpicis pedunculatis: intermedia ſeſſili. *Burm. fl. zeyl. t.* 47. *f.* 2.

auctumnalis. 28. Sc. culmo ancipiti nudo, umbella decompoſita: ſpiculis ovatis. *Mant. p.* 180.

complanatus. 29. Sc. culmo compreſſo ancipiti, umbella ſupradecompoſita, involucro diphyllo longiore. *Koenig apud Retz. obſ. bot* 5. *p.* 14.

niloticus. 30. Sc. culmo compreſſo ſtriato baſi vaginato, ſpicis pedunculatis terminalibus bis umbellatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 15.

31. Sc.

triſpicatus. 31. Sc. culmo ſulcato nudo, ſpicis terminalibus ternis ſeſſilibus nudis. *Suppl. p.* 103.

Kali. 32. Sc. culmo tereti folioſo, ſpiculis terminalibus confertis ſeſſilibus: involucris longitudine foliorum. *Forſk. fl. aeg. arab. p.* 15.

diphyllus. 33. Sc. culmis ſemicylindricis ſtriatis diphyllis, umbella compoſita involucro diphyllo longiore. *Koenig apud Retz obſ. bot.* 5. *p.* 15.

arvenſis. 34. Sc. culmis compreſſis ſtriatis, umbellis ſimplicibus: involucro monophyllo brevi. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 11.

nodoſus. 66. Sc. culmo compreſſo nodoſo, capitulo glomerato mucronato. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 8. *f.* 3.

⊢⊢ *culmo triquetro.*
† *ſpicis paniculatis.*
⊥ *panicula nuda.*

triqueter. 35. Sc. culmo triquetro nudo, ſpicis lateralibus ovatis obtuſis ſubſeſſilibus pedunculatisque, mucrone erecto. *Mant. p.* 29. *Pluckn. alm. t.* 48. *f.* 2.

mucronatus. 36. Sc. culmo triangulo nudo acuminato, ſpicis lateralibus oblongis conglomeratis ſeſſilibus, mucrone erecto. *Scheuchz. gram. t.* 9. *f.* 14.

lateriflorus. 37. Sc. culmis triquetris nudis, ſpicis ſubternis lateralibus: involucro monophyllo brevi. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 12.

lateralis. 38. Sc. ſpicis ovatis lateralibus ſeſſilibus pedunculatisque. *Forſk. fl. aeg. arab. p.* 15. *an diſtincta ſpecies?*

ferrugineus. 39. Sc. culmo triquetro ſubnudo, involucris longitudine paniculae ciliatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 77. *f.* 2.

ſpadiceus. 40. Sc. culmo triquetro nudo, umbella ſubnuda: ſpicis oblongis ſeſſilibus terminalibusque. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 76. *f.* 2.

echinatus. 41. Sc. culmo triquetro nudo, umbella ſimplici: ſpicis ovatis. *Pluckn. alm. t.* 91. *f.* 4.

retrofractus. 42. Sc. culmo triquetro, umbella ſimplici: ſpicarum floſculis retrofractis. *Pluckn. phyt.* 415. *f.* 4. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 5.

aeſtivalis. 43. Sc. culmis depreſſis triquetris nudis, umbellis compoſitis involucratis, floribus monandris. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 12.

dichotomus. 44. Sc. culmo triquetro nudo, umbella decompoſita: ſpicis dichotomiae ſeſſilibus. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 13. *f.* 1.
*β*) Scirpus monoicus, ſpiculis femineis demum poſt marceſcentiam maſculorum evolutis. *Koenig ap. Naturf.* 24. *p.* 202.

groſſus. 45. Sc. culmo triquetro nudo, umbella ſupradecompoſita: ſpicis pedicellatis, involucro triphyllo lanceolato ſubulato longiſſimo. *Suppl. p.* 104.

11 *panicula foliacea.*

miliaceus. 46. Sc. culmo triquetro nudo, umbella ſupradecompoſita: ſpicis intermediis ſeſſilibus, involucro ſetaceo. *Burm. fl. ind. t.* 9. *f.* 2.

Luzulae. 47. Sc. culmo triquetro nudo, umbella foliosa prolifera: ſpiculis ſubrotundis. *Pluckn. mant. t.* 417. *f.* 3.

ſylvaticus. 48. Sc. culmo triquetro folioſo, umbella foliacea: pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. *Flor. dan. t.* 307.

intricatus. 49. Sc. culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſimplici: ſquamis calicinis ſubulatis recurvis. *Mant. p.* 182. *an forſan Kyllingae ſpecies?*

cyperoides. 50. Sc. culmo triquetro nudo, umbella ſimplici: ſpiculis oblongis; floſculis ſubulatis unifloris reflexis. *Mant. p.* 181. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 4. *f.* 2. *an ad Kyllingam relegandus?*

ciliaris. 51. Sc. culmo triquetro folioſo, umbellis ſparſis: ſquamis calicinis ariſtis ciliatis. *Mant. p.* 182.

corymboſus. 52. Sc. culmo triquetro folioſo, corymbis lateralibus ſimplicibus, terminali prolifero: ſpicis ſubulatis. *Rheed. h. malab.* 19. *t.* 43.

anomalus. 53. Sc. culmo triquetro folioſo, panicula terminali brevi: ſpiculis ovatis; floribus corollatis infimis monandris, ſuperioribus driandris. *Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 15.

maritimus. 54. Sc. culmo triquetro, panicula conglobata foliacea: ſpicularum ſquamis trifidis; intermedia ſubulata. *Curt. flor. Lond. t.* 284.

ſquarroſus. 55. Sc. culmo triquetro nudo ſetaceo, ſpicis ternis ſeſſilibus ovatis ſquarroſis. *Mant. p.* 181. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 17. *f.* 5.

56. Sc.

Michelianus. 56. Sc. culmo triquetro, capitulo globoſo: involucro polyphyllo longo. *Till. h. piſan. t.* 20. *f.* 5.

†† *capitulo terminali.*

hottentottus. 57. Sc. culmo triquetro folioſo, capitulo globoſo: ſquamis calicinis lanceolatis hirtis. *Mant. p.* 182.

antarcticus. 58. Sc. culmo triquetro nudo, capitulo globoſo: involucro monophyllo. *Mant. p.* 181.

cephalotes. 59. Sc. culmo triquetro nudo, capitulo ovato ſquarroſo: involucro triphyllo longo. *Jacq. hort. Vindob.* 1. *t.* 97.

barbatus. 67. Sc. culmo triquetro: vaginis ſuboppoſitis ſupra barbatis, capitulo terminali ſubrotundo polyſtachyo. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 17. *f.* 4.

argenteus. 68. Sc. culmis triquetris ſetaceis, involucris longiſſimis tetraphyllis ſpicis plurimis cylindricis in capitulum glomeratis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 17. *f.* 6.

## 66. CYPERUS. *Glumae* paleaceae, diſtiche imbricatae. *Cor.* 0. *Sem.* 1. nudum.

* *culmo tereti.*

articulatus. 1. C. culmo nudo articulato. *Sloan. hiſt. of jam.* 1. *t.* 81. *f.* 1.

minimus. 2. C. culmo nudo, ſpicis ſub apice. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 79. *f.* 3.

aegyptiacus. 3. C. culmo nudo apice ſpiculis multis compactis: involucro maximo foliisque recurvis. *Gloxin obſ. bot. p.* 20. *t.* 3.

niloticus. 4. C. culmo nudo aequali, umbella compoſita: ſpicis globoſis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 13.

mucronatus. 5. C. culmo nudo, ſpicis lateralibus ſeſſilibus involucro monophyllo. *Koenig apud Retz. obſ. bot. p.* 10.

lateralis. 6. C. culmo teretiuſculo nudo, ſpica laterali ſeſſili. *Suppl. p.* 102.

β) *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 13. Cyperus lateralis.

tenellus. 7. C. culmo nudo ſetaceo, ſpicis ſolitariis geminisque ſeſſilibus. *Suppl. p.* 103.

ſetaceus. 8. C. culmis ſetaceis ſtriato-anguloſis nudis, ſpica terminali ſubquadriflora nuda. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 10.

Monti. 9. C. umbella ſupradecompoſita, foliis carina laevibus. *Suppl. p.* 102. *Monti gram. t.* 1. *f.* 2.

minutus. 10. C. foliis planis ſemiteretibus canaliculatis recurvis, capitulo terminali: involucro triphyllo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 202.

compactus. 11. C. culmo folioſo, umbella decompoſita: involucro pentaphyllo, ſpiculis congeſtis ſubſpiralibus. *Osbeck apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 10.

pygmaeus. 12. C. umbella compoſita involucrata: ſpicis lanceolatis; glumis mucronatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 9.

effuſus. 63. C. culmo ligneo, umbella rara; ſpicis conglomeratis, involucro ſubulato triphyllo. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 12. *f.* 3.

hirſutus. 64. C. culmo folioſo, ſpicis ovatis lobato-conglomeratis terminalibus: glumis mucronatis ciliatis. *Buxb. cent.* 3. *t.* 33.

arenarius. 13. C. culmo compreſſo nudo, ſpicis capituli glomeratis ſeſſilibus: involucro ſubmonophyllo. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 9.

capitatus. 14. C. culmo ſubanguloſo ſtriato medio folioſo, capitulo terminali triphyllo: ſpicis ſeſſilibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 9.

gradatus. 15. C. culmo ſubangulato ad baſin foliato, bracteis ad apicem pedunculis duplo longioribus ſpiraliter remotis. *Forsk. fl. aeg.* 10. *arab. p.* 13.

* *culmo triquetro.*

† *veſtito.*

diphyllus. 16. C. culmo ſubtriquetro diphyllo, umbella ſupradecompoſita: ſpiculis teretiuſculis ſubpinnatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 11.

Haſpan. 17. C. culmo folioſo, umbella ſupradecompoſita: ſpiculis umbellato-ſeſſilibus. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 6. *f.* 2.

longus. 18. C. culmo folioſo, umbella folioſa ſupradecompoſita: pedunculis nudis ſpicis alternis. *Regn. bot. t.* 1387. *Jacq. coll.* 3. *p.* 191.

cinnamomeus. 19. C. culmo folioſo, umbella ſpiculis capitatis pedunculatis ſeſſilibusque: involucro pentaphyllo ſerrulato-ſcabro. *Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 10.

20. C.

Pangorei. 20. C. culmo baſi folioſo, involucro triphyllo, umbella univerſali decompoſita: partialibus ſubtrifidis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 7. *f.* 3.

nitens. 21. C. culmis baſi folioſis umbellis ſubſimplicibus: involucro triphyllo, floribus monandris. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 13.

globoſus. 22. C. culmo baſi folioſo, ſpicis conglomeratis ſubgloboſis: ſpiculis convexis viridibus nitidis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 13.

faſtigiatus. 23. C. culmo baſi folioſo, umbella folioſa compoſita: ſpicis cylindricis; ſpiculis utrinque convexis flavidis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 14.

complanatus. 24. C. culmo baſi folioſo, umbella folioſa: ſpicis ſubrotundis; ſpiculis compreſſis planiſſimis ovato-oblongis bruneis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 14.

ferrugineus. 25. C. culmo baſi folioſo, umbella folioſa: ſpiculis compreſſo-convexis linearibus faſciculatis ferrugineis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 14.

tuberoſus. 65. C. culmo baſi folioſo, involucris triphyllis, umbella compoſita: ſpicis lanceolatis teretiuſculis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 7. *f.* 1.

tenuiflorus. 66. C. culmo baſi folioſo, foliis linearibus, umbella decompoſita: ſpiculis linearibus anguſtiſſimis acutis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 14. *f.* 1.

alopecuroides. 67. C. culmo baſi folioſo, umbella ſupradecompoſita: ſpicis digitatis oblongis, ſpiculis confertiſſimis erectis imbricatis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 8. *f.* 2.

polyſtachyos. 68. C. culmo baſi folioſo, involucro polyphyllo, panicula terminali ſubſeſſili ramoſiſſima: ſpicis lineari-lanceolatis confertiſſimis complanatis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 11. *f.* 1.

paniculatus. 69. C. culmo baſi folioſo involucro ſubaequali hexaphyllo, panicula terminali ſeſſili compacta: ſpicis compreſſis lineari-lanceolatis paucifloris. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *Pluckn. phyt. t.* 91. *f.* 1.

Santonici. 70. C. culmo baſi folioſo, paniculis ſeſſilibus pedunculatisque: ſpicis linearibus; floſculis alternis remotis obtuſiſſimis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 9. *f.* 1.

alternifolius. 26. C. culmo apice alternatim folioſo, pedunculis lateralibus proliferis. *Mant. p.* 28. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 3. *f.* 17.

ſpathace-us. 27. C. culmo vaginis foliorum veſtito, pedunculis pinnatis lateralibus. *Sp. plant.* 2. *p.* 44. Cyperus ferrugineus. *et Sp. pl.* 2. *p.* 63. Schoenus ſpathaceus.

Iria. 28. C. culmo ſeminudo, umbella folioſa decompoſita: ſpiculis alternis, granis diſtinctis. *Rheed. h. malab.* 12. *t.* 56.

Jeminicus. 29. C. culmo ſeminudo baſi bulboſo, involucro diphyllo, umbella ſubſimplici: ſpiculis linearibus. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 8. *f.* 1.

denudatus. 30. C. culmo medio vaginato, involucro ſubnullo. *Suppl. p.* 102.

exaltatus. 31. C. culmo baſi monophyllo, umbella ſupradecompoſita polyphylla: ſpiculis linearibus pedunculatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 11.
*β) Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 7. *f.* 2? Cyperus faſtigiatus.

pannonicus. 32. C. culmo baſi monophyllo, ſpicis ſeſſilibus: glumis lateralibus ſphacelatis. *Suppl. p.* 103. *Jacq. hort. auſtr. app. t.* 6.

cruentus. 33. C. culmo baſi monophyllo, umbella terminali diphylla ſimpliciſſima. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 13.

flavidus. 34. C. culmo ſtriato monophyllo, umbella compoſita triphylla: ſpicis lanceolatis; ſquamulis monandris. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 13.

rotundus. 35. C. culmo ſubnudo, umbella decompoſita: ſpicis alternis linearibus. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 14. *f.* 2.

†† *culmo nudo.*

ligularis. 36. C. umbellae ſpiculis capitatis oblongis ſeſſilibus: involucris longiſſimis ſerrato-aſperis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 11. *f.* 2.

monoſtachyos. 37. C. ſpica ſimplici ovata terminali: ſquamis mucronatis. *Mant. p.* 180. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 13. *f.* 3.

laevigatus. 38. C. capitulo diphyllo, floribus laevigatis. *Mant. p.* 179. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 16. *f.* 1.

eſculentus. 39. C. umbella folioſa, radicum tuberibus ovatis: zonis imbricatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 11. *f.* 10.

ſquarroſus. 40. C. umbella folioſa glomerata: ſpicis ſtriatis ſquarroſis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 6. *f.* 3.

41. C.

difformis. 41. C. umbella diphylla ſimplici trifida: ſpicis cuſpidatis; intermedia ſeſſili. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 9. *f.* 2.

elatus. 42. C. umbella folioſa ſupradecompoſita: ſpicis digitalibus imbricatis; ſpiculis ſubulatis.

glomeratus. 43. C. umbella triphylla ſupradecompoſita: ſpicis glomerato-rotundatis; ſpiculis ſubulatis. *Monti gram. t.* 1. *f.* 1.

glaber. 44. C. culmo laevi, umbella triphylla: floribus glomeratis; inferioribus brachiatis, foliis glabris. *Mant. p.* 179. *Seg. pl. ver. ſuppl. t.* 2. *f.* 1.

elegans. 45. C. umbella folioſa: pedunculis nudis proliferis, ſpicis confertis: mucronibus patulis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 6. *f.* 4.

odoratus. 46. C. umbella decompoſita ſimpliciter folioſa: pedicellis diſtiche ſpicatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 8. *f.* 1. *et t.* 74. *f.* 1.

compreſſus. 47. C. umbella univerſali triphylla: glumis mucronatis; lateribus membranaceis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 12.

β) *Krock. fl. ſileſ. p.* 64. *t.* 12.

flaveſcens. 48. C. umbella triphylla: pedunculis ſimplicibus inaequalibus; ſpicis confertis lanceolatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 11. *f.* 37.

fuſcus. 49. C. umbella trifida: pedunculis ſimplicibus inaequalibus; ſpicis confertis linearibus. *Flor. dan. t.* 179.

pumilus. 50. C. umbella diphylla compoſita: ſpiculis alterno-digitatis lanceolatis; glumis mucronatis. *Pluckn. alm. t.* 191. *f.* 8. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 2.

triflorus. 51. C. umbella triſtachya: intermedia ſeſſili; ſpiculis laevigatis. *Mant. p.* 180.

ſtrigoſus. 52. C. umbella ſimplici: ſpiculis linearibus confertiſſimis horizontalibus. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 74. *f.* 2. 3. *an forſan Kyllingae ſpecies?*

Papyrus. 53. C. umbella involucris longiore: involucellis triphyllis ſetaceis longioribus, ſpiculis ternis. *Scheuchz. gram. t.* 8. *f.* 14. *Bruce trav. in Eg. Arab. Abyſſ. and. Nub.* 5. *app. p.* 1. *ic.*

diſtans. 54. C. umbella folioſa ſupradecompoſita: ſpicis alternis filiformibus; floſculis diſtantibus. *Suppl. p.* 103. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 10. *Jacq. coll.* 3. *p.* 189.

niveus. 55. C. culmo filiformi, umbella terminali ſeſſili diphylla: ſpicis compreſſis lanceolatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p* 12.

imbricatus. 56. C. umbella decompoſita: umbellularum radiis imbricatis, involucri hexaphylli foliis tribus longiſſimis, tribus breviſſimis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 12.

leucocephalus. 57. C. capitulo ſeſſili: involucro tetraphyllo patentiſſimo floribus monandris. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 11.

ſtoloniferus. 58. C. umbella compoſita involucrata: ſpiculis lanceolatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 10.

viſcoſus. 59. C. foliis convoluto-teretibus, umbella folioſa decompoſita: ſpicis confertis; ſpiculis compreſſis ovatis patentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 20.

tenuis. 60. C. umbella ſimplici: ſpiculis ſubulatis confertis horizontali-reflexis, foliis involucri lineari-ſetaceis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 20.

filiformi. 61. C. culmo filiformi, foliis ſetaceis, ſpicis terminalibus ſeſſilibus confertis tereti-ſubulatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 20.

confertus. 62. C. umbella ſimplici folioſa: ſpiculis ovatis conglomeratis, glumis apice recurvis acuminatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 20.

β) Cyperus tenuiflorus. *Rottb. deſcr. et ic. pl. t.* 14. *f.* 1.

dubius. 71. C. culmo ſetaceo, capitulo terminali: involucris longiſſimis tetraphyllis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *n.* 22.

conglomeratus. 72. C. capitulo terminali paniculato triphyllo, foliis faſciculatis ſtrictiſſimis canaliculatis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 13. *f.* 7.

ſphacelatus. 73. C. umbella ſimpliciſſima: ſpicis alternis linearibus compreſſis; floſculis margine ſphacelatis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *n.* 32.

faſtigioſus. 74. C. umbella decompoſita: pedunculis longiſſimis filiformibus ſubquinquefidis; ſpicis linearibus ſparſis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *n.* 41.

ſurinamenſis. 75. C. umbella decompoſita: ſpicis oblongo-ovatis glomeratis: mucronibus incumbentibus. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 6. *f.* 5.

76. C.

corymboſus. 76. C. umbella ſupradecompoſita: pedunculis filiformibus ſtriatis corymboſis, involucro polyphyllo. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 7. *f.* 4.

flabelliformis. 77. C. culmo ſulcato contorto, involucris alternis, pedunculis ſolitariis axillaribus terminalibusque umbellatis corymbiferis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 12. *f.* 2.

globuloſus. 78. C. umbella folioſa: ſpicis compactis ſubrotundis flavicantibus. *Sloan. jamaic.* 1. *t.* 79. *f.* 1.

umbellatus. 79. C. umbella diphylla: pedunculis longiſſimis ſpicatis. *Burm. ind. t.* 9. *f.* 6.

## 65. SCHOENUS. *Glumae* paleaceae, 1valves, congeſtae. *Cor.* 0. *Sem.* 1, ſubrotundum inter glumas.

* *culmo tereti.*

Mariſcus. 1. Sch. foliis margine dorſique carina aculeatis, culmo laevi. *Scheuchz. gram. t.* 8. *f.* 7-11.

fuſcus. 2. Sch. culmo folioſo, foliis filiformibus canaliculatis, ſpicis gemellis obeſis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 11. *f.* 40.

uſtulatus. 3. Sch. culmo folioſo, ſpicis pedunculatis pendulis oblongis ariſtatis. *Mant. p.* 178.

mucronatus. 4. Sch. culmo nudo, ſpiculis ovatis faſciculatis: involucro ſubhexaphyllo, foliis canaliculatis. *Barr. pl. rar. ic.* 203. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 5.

nigricans. 5. Sch. culmo nudo, capitulo ovato; involucri diphylli valvula altera ſubulata longa. *Scheuchz. gram. t.* 7. *f.* 13-15.

ferrugineus. 6. Sch. culmo nudo, ſpica duplici: involucri valvula majore ſpicam aequante. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 40.

compar. 7. Sch. culmo nudo, ſpica compoſita: ſpiculis geminatis. *Mant. p.* 177. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 18. *f.* 4.

cuſpidatus. 28. Sch. culmis ſubnudis, panicula tenuiſſima lineari: bracteis annularibus obliquis breviſſimis cuſpidatis. *Rottb. deſcr. et ic. pl. t.* 18. *f.* 3.

deuſtus. 29. Sch. culmo nudo folia aequante, capitulis oblongis: glumis calicinis ſubaequalibus mucronatis ſpicam involventibus. *Berg. fl. cap. an ſatis diſtinctus a nigricante?*

faſciatus. 30. Sch. culmis foliisque ſetaceis longiſſimis, floribus tenuiſſimis ariſtatis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 19. *f.* 5.

radiatus. 8. Sch. culmo teretiuſculo, capitulo ſubrotundo: involucro octophyllo longiſſimo. *Suppl. p.* 101.

Fabri. 31. Sch. culmo compreſſo, capitulo ſolitario: involucro maximo; ſquamis exterioribus folio longiſſimo terminatis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 19. *f.* 2. *an diſtincti generis?*

Bobartiae. 9. Sch. culmo compreſſo, capitulo terminali: involucro pentaphyllo. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 9.

cyperoides. 10. Sch. culmo compreſſo ſemitereti nudo, ſpicis ſeſſilibus lanceolatis tortis: infima involucrata. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 8.

reſtioides. 11. Sch. culmo inferne compreſſo-ancipiti glaberrimo, floribus paniculatis, vaginis apice lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 19.

compreſſus. 27. Sch. culmo teretiuſculo ſubtriquetro nudo, ſpica ſecunda diſticha: involucro monophyllo; floſculis uniglumis. *Leers fl. herb. t.* 1. *f.* 1. *an potius ſciopi ſpecies?*

incanus. 12. Sch. caule, foliis calicibusque villoſo-tomentoſis aculeatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 12. *utrum hujus, an ſequentis tribus?*

odoratus. 32. Sch. ſpica compacta ſubrotunda viridi. *Sloan. jam.* 1. *t.* 78. *f.* 2. *an hujus tribus?*

** *culmo triquetro.*

bulboſus. 13. Sch. culmis nudis, florum glomerulis alternis, foliis lineari-filiformibus. *Mant. p.* 178. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 16. *f.* 3.

glomeratus. 14. Sch. culmo folioſo, foliis planis, floribus faſciculatis: pedunculis lateralibus geminis.

thermalis. 15. Sch. culmo folioſo, capitulis lateralibus compoſitis ſubſeſſilibus, foliis enſiformibus carinatis. *Rottb. deſcr. et ic. pl.* 1. *t.* 18. *f.* 2.

albus. 16. Sch. culmo ſubtriquetro folioſo, foliis ſetaceis, floribus faſciculatis. *Flor. dan. t.* 320.

ſtellatus. 17. Sch. culmo ſubtriquetro, ſpiculis conglomeratis: involucro foliaceo baſi colorato. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 78. *f.* 1.

18. Sch.

Cladium. 18. Sch. culmo obtuſe triquetro folioſo laevi, foliis antrorſum aculeatis, paniculis diffuſis: ſpiculis unifloris ſeſſilibus diandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 19.

effuſus. 19. Sch. culmo obtuſe triquetro folioſo laevi, foliis antrorſum aculeatis, paniculis erectioribus: ſpiculis bifloris ſeſſilibus diandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 19.

ſurinamenſis. 20. Sch. culmo folioſo, pedunculis corymboſis: inferioribus alternis diſtantibus, ſuperioribus confertis. *Rottb. deſcr. et ic. pl. t.* 21. *f.* 1.

cyperoides. 21. Sch. culmo folioſo, umbella terminali: ſpiculis glomeratis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 19.

gracilis. 22. Sch. culmo folioſo longiſſimo filiformi, ſpicis lateralibus pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 19.

ſetaceus. 23. Sch. culmo ſubnudo, foliis ſetaceis, ſpiculis aggregatis, floſculis diandris. *Rottb. deſcr. et ic. pl. t.* 21. *f.* 2.

puſillus. 24. Sch. culmo nudo filiformi, ſpiculis terminalibus ſubfaſciculatis ſeſſilibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 20.

capillaris. 25. Sch. culmo nudo foliisque capillaribus, ſpiculis faſciculatis reflexis involucratis: involucro diphyllo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 20.

umbellatus. 26. Sch. culmo inferne folioſo, umbella terminali: capitulo medio ſeſſili. *Jacq. collect.* 1. *p.* 113. *Walt. flor. carol. p.* 70?

tuberoſus. 33. Sch. capitulis ternis ſeſſilibus: involucro longiſſimo viridi, radice tuberoſa. *Rheed. hort. malab.* 12. *t.* 12.

paniculatus. 34. Sch. culmo folioſo, panicula colorata: calicibus ariſtatis, ſeminibus globoſi laevibus. *Rumpf amb.* 6. *t.* 8. *f.* 1.

## 1046. CAREX. *Amentum* imbricatum. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* 0.
♀. *in* eadem cum ♂. planta. *Nectarium* inflatum 3dentatum. *Stigm.* 3. vel 1-3fidum. *Sem.* 3quetrum intra nectarium.

* *ſemine globoſo albo nitido, Juboſſeo.* Scleriae Bergii et Retzii.

lithoſperma. 1. C. culmo triquetro erecto, foliis margine ſcabris. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 11. *f.* 16.

mitis. 2. C. culmo triquetro ſcandente foliisque laevibus. *Bergius act. Stockh.* 1765. *p.* 145. *t.* 5.

Flagellum. 104. C. culmo triquetro ſcandente ſcaberrimo, foliis trifariam retrorſum acu eatis. *Berg. act. Stockh.* 1765. *p.* 144. *t.* 4. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 7.

latifolia. 105. C. culmo triquetro erecto laevi, foliis nervoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 18.

ſubulata. 106. C. culmo ſimplici filiformi, laevi, foliis ſubulatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 19.

hirtella. 107. C. culmo ſimplici filiformi pubeſcente, foliis linearibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 79.

laevis. 3. C. culmo folioſo, foliis inermibus, paniculae ramis diviſis involucratis, ſpicis maſculis ſeſſilibus pedunculatisque. *Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 13.

tenuis. 4. C. culmo folioſo, foliis inermibus, panicula capillari: floribus ſeſſilibus; exteriore maſculo, inferiore feminco. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 13.

Boaeformis. 5. C. culmo aphyllo, paniculae contractae ramis flexuoſis: ſpiculis ſeſſilibus bifloris; feminis axillaribus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 13.

** *ſemine ex ovato triquetro.*
† *ſpica unica ſimplici.*

dioica. 1. C. ſpica dioica. *Flor. dan. t.* 369. *Stigma 2fidum.*

capitata. 2. C. ſpica androgyna ovata ſuperne maſcula, capſulis imbricato-patulis. *Flor. dan. t.* 372.

pulicaris. 3. C. ſpica androgyna ſuperne maſcula, capſulis reflexis: feminibus teretibus. *Suppl. p.* 413. *Flor. dan. t.* 166. *Stigma 2fidum.*

ſquarroſa. 5. C. ſpica androgyna cylindrica inferne maſcula, capſulis imbricatis horizontalibus.

Halleri. 6. C. ſpica ovata androgyna ſuperne et inferne maſcula, capſulis rotundis hirſutis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *p.* 183. *n.* 1352.

uncinata. 7. C. ſpica androgyna lineari ſuperne maſcula: ariſtis feminarum uncinatis, maſculis muticis. *Suppl. p.* 413. *Swarts nov. pl. gen.* Carex hamata.

4. C.

Leuco-glochin. 4. C. ſpica androgyna ſuperne maſcula, capſulis reflexis, ſeminibus triquetris. *Suppl. p.* 413. *Stigma 3fidum. Ehrh. phytoph. n.* 8.

cyperoides. 8. C. capitulo terminali ſubrotundo: floribus ſimpliciſſimis ſubulatis, involucro longo. *Schreber gram. t.* 28. *f.* 3. Carex bohemica.

hermaphrodita. 9. C. ſpica lineari hermaphrodita, feminibus denudatis, foliis culmoque ſetaceis *Villars fl. delph.* 2. *p.* 194. *t.* 6. *an vera hujus generis ſpecies?*

†† *ſpicis pluribus.*

⊢ *androgynis.*

baldenſis. 10. C. ſpicis ternis congeſtis ſeſſilibus ovatis triquetris: involucro diphyllo. *C. Bauh. prodr. th. bot. t.* 13.

arenaria. 11. C. ſpica compoſita: ſpiculis inferioribus remotioribus foliolo longiori inſtructis, culmo triquetro. *Fl. dan. t.* 425. *Stigm.* 2fidum.

uliginoſa. 12. C. ſpica compoſita: ſpiculis inferioribus remotioribus foliolo longiori inſtructis, culmo tereti. *Mant. p.* 494.
*β*) *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 80. *n.* 10. Schoenus compreſſus. *Krock. fl. ſileſ. t.* 11.

leporina. 13. C. ſpica compoſita: ſpiculis ovatis ſeſſilibus approximatis alternis nudis. *Scheuchz. gram. t.* 10. *f.* 15. *Stigma bifidum.*

vulpina. 14. C. ſpica ſupradecompoſita inferne laxiore: ſpiculis ovatis glomeratis ſuperne maſculis. *Flor. dan. t.* 308. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 6. *Stigma bifidum.*

ſpicata. 109. C. ſpiculis ſubrotundis androgynis contiguis, capſulis ovatis acutis. *Hudſ. flor. angl.* 405. *Mich. nov. pl. gen. t.* 33. *f.* 14.

brizoides. 15. C. ſpica compoſita diſticha nuda: ſpiculis oblongis contiguis, culmo nudo. *Michel. n. pl. gen. t.* 33. *f.* 17.

Chordorhiza. 16. C. ſpica compoſita: ſpiculis approximatis ſuperne maſculis, capſulis compreſſis, radice repente filiformi. *Suppl. p.* 414. *Ehr. phytoph. n.* 77.

Heleonaſtes. 17. C. ſpica compoſita: ſpiculis approximatis ſuperne femineis, capſulis imbricatis lateribus integerrimis. *Suppl. p.* 414. *Ehrh. phytoph. n.* 28.

18. C.

diſticha. 18. C. compoſita ſubdiſticha: ſpiculis ovatis ſubimbricatis folio longiori inſtructis, culmo triquetro. *Leyſ. fl. Hal. n.* 937.

praecox. 19. C. ſpica compoſita diſticha nudiuſcula: ſpiculis contiguis teretibus rectis, culmo ſuperne nudo. *Schreb. fl. lipſ. ſpic. p.* 63. *Jacq. fl. auſtr. t.* 446.

curvula. 20. C. ſpica compoſita: ſpiculis approximatis; glumis ariſtatis, capſulis conicis apice bifidis. *Haller hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1353. *Stigma 2fidum.*

foetida. 21. C. ſpica compoſita pentagono-conica: ſpiculis approximatis, capſulis ſemiconicis. *Hall. hiſt. ſtirp. helv.* 2. *n.* 1355. *Scheuchz. it. alp.* 6. *f.* 18.

lobata. 22. C. ſpica compoſita: ſpicis ternis, capſulis ventricoſis mucronatis. *Haller. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1356. *Allion pedem. t.* 92. *f.* 5.

Poirceti. 112. C. ſpica compoſita breviſſima: ſpiculis ovatis congeſtis ſeſſilibus pubeſcentibus. *Poir. voy. en Barbar.* 2. *p.* 254.

microſtachya. 23. C. ſpicis approximatis oblongis inferne maſculis, lateralibus ſubfemineis, intermediis minimis paucifloris, terminali maxima, capſulis appreſſis. *Ehrh. Hann. Mag.* 1784. *p.* 132.

β) *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1367.

indica. 24. C. ſpicis cylindricis paniculatis pinnatis: floſculis aliquot infimis femineis. *Mant. p.* 574.

brunnea. 25. C. ſpicis pedunculatis linearibus ſuperne maſculis. *Thunb. fl. jap. p.* 38.

echinata. 26. C. ſpiculis ſeſſilibus ſubovatis remotis inferne maſculis, capſulis acutis mucronatis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 395.

muricata. 27. C. ſpiculis ſubovatis ſeſſilibus remotis ſuperne maſculis, capſulis acutis bicuſpidatis. *Fl. dan. t.* 284. *Stigma bifidum.*

loliacea. 28. C. ſpiculis ſubovatis ſeſſilibus remotis, capſulis ovatis teretiuſculis muticis divaricatis. *Michel. n. pl. gen. t.* 33. *f.* 10. *Stigma 2fidum.*

remota. 29. C. ſpicis ovatis ſubſeſſilibus remotis: bracteis culmum aequantibus. *Flor. dan. t.* 370. *Stigma 2fidum.*

β) Carex axillaris. *Sp. plant.* 1384. *Mich. n. pl. gen. t.* 33. *f.* 16.

elongata. 30. C. ſpiculis oblongis ſeſſilibus remotis, capſulis ovatis acutis. *Leers fl. herb. t.* 14. *f.* 7. *Stigma 2fidum.*

31. C.

canefcens. 31. C. ſpiculis ſubrotundis remotis ſeſſilibus obtuſis, capſulis ovatis obtuſiuſculis. *Flor. dan. t.* 285. *Stigma 2fidum.*

panicula-ta. 32. C. racemo compoſito: ſpiculis androgynis. *Leers fl. herb. t.* 14. *f.* 4. *Stigma 2fidum.*

diandra. 33. C. racemo ſimplici arcto: ſpiculis androgynis; floſculis maſculis diandris. *Roth fl. germ.* 1. *p.* 396.

⊢ ⊢ *ſpicis ſexu diſtinctis.*

] *una planta.*

⊤ *ſpica maſcula unica.*

⊥ *femineis ſeſſilibus.*

flava. 34. C. ſpicis confertis ſubſeſſilibus ſubrotundis: maſcula lineari, capſulis acutis recurvis. *Leers fl. herb. t.* 15. *f.* 6. *Stigma 3fidum.*

pedata. 35. C. ſpicis femineis oblongis: inferiore axillari, foliis ſubfiliformibus. *Mich. n. pl. gen. t.* 32. *f.* 14.

digitata. 36. C. ſpicis linearibus erectis: maſcula breviore inferioreque bracteis aphyllis, capſulis diſtantibus. *Leers fl. herb. t.* 16. *f.* 4. *Stigma 2fidum.*

montana. 37. C. ſpicis femineis ſubſolitariis ovatis maſculae approximatis, culmo nudo, capſulis pubeſcentibus. *Flor. dan. t.* 444? *Stigma 3fidum.*

β) *Hall. hiſt. ſtirp. Helv. n.* 1373.

tomento-ſa. 38. C. ſpicis femineis ſubpedunculatis, capſulis ſubgloboſis tomentoſis. *Mant. p.* 123. *Mich. n. pl. gen. t.* 132. *f.* 13?

glomera-ta. 39. C. ſpica maſcula oblonga, feminea ſeſſili ovata, folio florali breviori approximata.

filiformis. 40. C. ſpicis oblongis: feminea inferiore foliolo proprio breviore. *Leers fl. herb. t.* 16. *f.* 5.

pilulifera. 41. C. ſpicis terminalibus confertis ſubrotundis: maſcula oblonga, culmo nudo. *Pluckn. alm. t.* 91. *f.* 8.

ſaxatilis. 42. C. ſpicis tribus ovatis ſeſſilibus alternis: maſcula oblonga. *Flor. dan. t.* 159.

triſtachya. 43. C. ſpicis tribus ſeſſilibus linearibus: maſcula longiore. *Thunb. fl. jap. p.* 38.

aſpera. 44. C. ſpica maſcula ſolitaria longe pedunculata lineari: femineis remotis ſubternatis oblongis, capſulis ſquamis majoribus, culmo retrorſum hiſpido. *Willd. pr. fl. Berol. n.* 102.

45. C.

ſplendida. 45. C. ſpicis remotis: maſcula ſubſolitaria lineari; femineis geminatis ovatis, capſulis bifidis lana ſplendida tectis, bracteis longiſſimis. *Willd. pr. fl. Berol. n.* 103.

globularis. 46. C. ſpicis ternis approximatis: maſcula filiformi; femineis ſubrotundis ſuperne echinatis. *Villar. pl. Delph.* 2. *p.* 211. *n.* 27.

proſtrata. 47. C. culmo feneſcente proſtrato, ſpicis femineis adpreſſis: glumis maximis, capſulis ſubdiſpermis. *Hall. h. ſtirp. Helv. n.* 1379. *Scheuchz. agroſtogr. t.* 10. *f.* 1. 2.

caryophyllaea. 48. C. culmo triquetro ſubnudo, ſpicis approximatis ovatis. *Hall. hiſt. fl. Helv. n.* 1371. *Scheuchz. agroſtogr. t.* 10. *f.* 10. *et t.* 11. *f.* 12.

juncifolia. 49. C. culmo ſuperne nudo, ſpicis approximatis breviſſimis; maſcula pauliſper longiore, glumis lanceolatis mucronatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1374.

tenuifolia. 113. C. ſpica maſcula oblonga, femineis ſeſſilibus minoribus. *Poir. voy. en Barbar.* 2. *p.* 254. *an ſatis diſtincta?*

triceps. 114. C. ſpica maſcula ovata terminali majore, femineis contiguis: ſquamis obtuſis. *Scheuchz. agroſtogr. t.* 10. *f.* 8. 9.

ericetorum. 115. C. ſpica maſcula oblongo-ovata, femineis approximatis, brevibus ovatis: ſquamis rotundatis margine membranaceis, ſtigmate trifido, capſulis ſubtomentoſis. *Schranck baier. Flor.* 1. *p.* 287.

†† *femineis pedunculatis.*

limoſa. 50. C. ſpicis ovatis pendulis: maſcula longiore erectiore, radice repente. *Flor. dan. t.* 646.

capillaris. 51. C. ſpica maſcula erecta, femineis pendulis oblongis diſtichis, capſulis nudis acuminatis. *Flor. dan. t.* 168.

palleſcens. 52. C. ſpica maſcula erecta: femineis pendulis ovatis imbricatis, capſulis confertis obtuſis. *Leers fl. herb. t.* 15. *f.* 4.

panicea. 53. C. ſpicis pedunculatis erectis remotis; femineis linearibus, capſulis obtuſiuſculis inflatis. *Flor. dan. t.* 261.

folliculata. 54. C. ſpicis terminalibus pedunculatis: maſcula femineaque, capſulis ſubulatis longitudine ſpicae. *Pluckn. mant. t.* 419. *f.* 1.

ceſpitoſa. 55. C. ſpicis erectis cylindricis ternis ſubſeſſilibus: maſcula terminali, culmo triquetro. *Scheuchz. agroſtogr. t.* 10. *f.* 11.
β) *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1383.

56. C.

diſtans. 56. C. ſpicis remotiſſimis ſubſeſſilibus: bractea vaginali, capſulis angulatis mucronatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 18.

japonica. 57. C. ſpicis erectis: femineis ovatis, maſcula terminali lineari pedunculata. *Thunb. fl. jap. p.* 38.

leptaſtachys. 58. C. ſpicis femineis remotis pendulis filiformibus, capſulis remotis apice integris. *Suppl. p.* 414. *Ehrh. phytoph. n.* 48. *Stigma 3fidum.*

humilis. 59. C. ſpica maſcula oblonga: femineis ſerioribus remotis ſubpedunculatis paucifloris, culmo foliis breviore. *Leyſer fl. Hal.* 845. *Scheuchz. agroſtogr. t.* 10. *f.* 1. *Stigma 3fidum.*

ferruginea. 60. C. ſpicis erectis lanceolatis: maſcula terminali pedunculata; femineis remotis tenuioribus. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 400. *n.* 40.

elegans. 61. C. ſpica maſcula erecta lineari, femineis (aut feminea) geminatis pendulis, capſulis diſtichis acuminatis ſquama minoribus. *Willd. pr. fl. Berol. n.* 104.

mutabilis. 62. C. ſpicis cylindricis: maſcula nutante longiſſima, capſulis ſquamis longioribus. *Willd. pr. fl. Berol. n.* 109.

ſilvatica. 63. C. ſpica maſcula erecta: femineis pendulis filiformibus laxis pedunculo brevioribus, capſulis ovatis ariſtatis furcatis. *Leyſ. fl. hal. n.* 962. *Ehrh. phytoph. n.* 58. Drymeja.

pendula. 110. C. ſpicis ſubſeſſilibus pendulis: maſcula erecta, femineis cylindricis longiſſimis, capſulis ſubrotundis acuminatis. *Curt. flor. Londin. t.* 180.

argentea. 64. C. ſpicis teretibus laxis acutis: glumis bractea pellucida latiore acutis, foliis erectis. *Hall. hiſt. ſtirp. helv.* 2. *n.* 1377. *Scheuchz. agr. t.* 10. *f.* 3-5.

alpina. 65. C. ſpicis erectis ſubſeſſilibus: inferioribus axillaribus; maſcula tereti elongata, capſulis ovatis breviter mucronatis. *Hall. hiſt. ſtirp.* 2. *n.* 1378.

nemorenſis. 66. C. ſpica maſcula obtuſa: femineis erectis tenuiſſimis laxis: glumis alternis remotis. *Haller. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1379.

verna. 67. C. foliis ceſpitoſis brevibus, ſpicis confertis erectis ſubpetiolatis brevibus, capſulis ovato-triquetris. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1381.

68. C.

diſſimilis. 68. C. ſpicis femineis ſeſſilibus: ima pedunculata, glumis perangustis. *Haller. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1384.

rhizantha. 69. C. ſpicis minutis paucifloris: feminea ſuperiore ſeſſili; inferiore pedunculata radicali, capſulis triquetris elongatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1385.

gynobaſis. 70. C. ſpicis paucifloris: feminea inferiore pedunculata radicali; ſuperiore ſeſſili, capſulis ovatis. *Haller. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1386.

ſpadicea. 71. C. ſpica maſcula ovata obtuſa: femineis minoribus paucifloris; ſuprema approximata minima ſeſſili, reliquis axillaribus, capſulis bifidis. *Haller. hiſt. ſtirp. helv.* 2. *n.* 1388.

Scheuchzeri. 72. C. culmo folioſo, foliis retrorſum hiſpidis, ſpicis gracilibus: femineis minoribus. *Scheuchz. agr. p.* 413. *t.* 10. *f.* 6.

patula. 73. C. culmo folioſo, foliis retrorſum hiſpidis, ſpicis gracilibus: femineis pendulis laxis praelongis, capſulis roſtratis bifidis. *Flor. dan. t.* 404.

ſempervirens. 74. C. foliis duris perennibus, ſpicis atro-fuſcis: maſcula oblonga; femineis binis brevioribus laxis. *Villars pl. delph.* 2. *p.* 214. *n.* 31.

ſinenſis. 75. C. ſpicis erectis: femineis quaternis, capſulis acuminatis. *Bladh. apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 42.

†† *ſpicis maſculis pluribus.*

acuta. 76. C. ſpicis femineis ſubſeſſilibus, capſulis obtuſiuſculis.
α) nigra. *Curtis flor. Lond. t.* 281.
β) rufa. *Curtis flor. Lond. t.* 280.

gracilis. 111. C. ſpicis maſculis femineisque pluribus ſubfiliformibus, floribus digynis. *Curt. flor. Lond. t.* 282.

miliacea. 116. C. ſpicis maſculis terminalibus cylindricis, femineis ovatis: inferioribus ſubnutantibus, ſuperioribus ſubſeſſilibus. *Gmel. flor. ſibir.* 1. *t.* 30. *f.* 1.

veſicaria. 77. C. ſpicis femineis pedunculatis, capſulis inflatis acuminatis. *Fl. dan. t.* 647.

hirta. 78. C. ſpicis remotis: femineis ſubpedunculatis erectis, capſulis hirtis. *Flor. dan. t.* 379.

pumila. 79. C. ſpicis maſculis duabus terminalibus ſeſſilibus, femineis duabus pedunculatis oblongis erectis. *Thunb. fl. jap. p.* 39.

80. C.

Agaſta-chys. 80. C. ſpicis femineis pedunculatis remotis, pendulis longiſſimis, capſulis numeroſiſſimis maxime approximatis laxis acuminatis. *Suppl. p.* 414. *Ehrh. phytoph. n.* 19. *Stigma 3fidum.*

laſiocarpa. 81. C. ſpicis remotis: maſculis femineisque duabus cylindricis erectis ſubſeſſilibus, bracteis brevioribus, capſulis ovatis hirſutis apice diviſis. *Ehrh. Hannoev. Mag.* 1784. *p.* 132.

flacca. 82. C. ſpicis maſculis erectis: femineis pendulis, capſulis ovatis obtuſis bractea brevioribus. *Schreb. ſp. fl. Lipſ. app. Barrel. ic.* 113. *f.* 11.

glauca. 83. C. ſpicis femineis pendulis, capſulis ovato-triquetris confertis. *Leyſ. fl. hal. n.* 960. *Mich. n. pl. gen. t.* 32. *f.* 12.
*β*) *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1407.

hordei-ſtichos. 84. C. foliis ceſpitoſis triangularibus culmo longioribus, ſpicis maſculis linearibus: femineis ſeſſilibus; inferioribus ſubterraneis. *Villars fl. Delph.* 2. *p.* 221. *n.* 43. *t.* 6.

paluſtris. 85. C. ſpicis femineis ſeſſilibus, capſulis ovatis breviſſime mucronatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1400.

torfacea. 86. C. ſpicis femineis teretibus pendulis, capſulis conicis roſtratis bicornibus. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1409.

ternaria. 87. C. ſpicis tumis erectis: maſculis duabus; terminali ſeſſili, altera ſubpedunculata, feminea pedunculata. *Flor. tub. p.* 288. 289.

bifurca. 117. C. culmo triquetro, ſpicis gracilibus aequalibus: femineis erectis, capſulis roſtro bicorni. *Schranck baier. flor.* 1. *p.* 304.

⊢ ⊢ ⊢ *ſpicis androgynis et maſculis.*

polygama. 88. C. ſpicis maſculis terminalibus; androgynis ſuperne maſculis axillaribus pendulis. *Flor. tub. p.* 286.

erecta. 89. C. ſpicis maſculis terminalibus approximatis erectis, androgynis ſuperne maſculis pedunculatis axillaribus erectis. *Flor. tub. p.* 289.

paradoxa. 90. C. ſpicis duabus ſupremis maſculis oblongis gracilibus ſimplicibus: reliquis compoſitis ſpiculis inferioribus confertis maſculis; terminali androgyna ſuperius maſcula. *Flor. tub. p.* 290.

⊢ ⊢ ⊢ ⊢ *ſpicis androgynis et femineis.*

atrata. 91. C. ſpicis androgynis inferne maſculis terminalibus pedunculatis: florentibus erectis; fructiferis pendulis. *Flor. dan. t.* 158.

Pſeudo-cyperus. 92. C. ſpicis pendulis: pedunculis geminatis: unica androgyna inferne maſcula. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 5.

frigida. 93. C. ſpicis pedunculatis: terminali androgyna ſuperne maſcula, reliquis femineis diſtichis, capſulis longe mucronatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1391.

⊢ ⊢ ⊢ ⊢ ⊢ *ſpicis maſculis, androgynis, et femineis.*

brachyſtachys. 94. C. ſpica terminali maſcula, media androgyna ſuperne maſcula, inferioribus femineis ſeſſilibus, capſulis ovato-triquetris. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1387.

cernua. 95. C. ſpicis praelongis: androgynis femineisque ſubſeſſilibus pendulis, capſulis mucronatis ovatis. *Haller hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1396. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 4.

mixta. 96. C. ſpica terminali maſcula, altera androgyna ſuperne maſcula, reliquis femineis ſeſſilibus, capſulis breviter bifurcatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1398.

fuſca. 97. C. ſpicis maſculis androgyniſque pluribus, femineis ſeſſilibus, capſulis ellipticis ſubbifidis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1399.

marcida. 98. C. foliis retrorſum aſperis, ſpicis maſculis androgyniſque marcidis: femineis gracillimis; ſuprema ſeſſili, reliquis longiſſime petiolatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1402.

oblonga. 99. C. ſpicis oblongis: maſcula terminali ſeſſili; androgyna femineaque pedunculatis erectis. *Flor. tub. p.* 286.

nutans. 100. C. ſpicis oblongis; maſculis ſeſſilibus; femineis nutantibus androgynaque media ſuberecta pedunculatis axillaribus. *Flor. tub. p.* 286.

ferax. 101. C. ſpica terminali maſcula ſeſſili, reliquis maſculis cum androgynis ſuperne maſculis et femineis pedunculatis erectis, capſulis inflatis acuminatis. *Flor. Tubing. p.* 288.

inaequalis. 102. C. ſpica maſcula ſeſſili, androgyna media inferne maſcula erecta femineaque ſubnutante pedunculatis. *Flor. tub. p.* 289.

quinata. 103. C. ſpicis maſculis terminalibus androgynaque media inferne maſcula ſeſſilibus, femineis pedunculatis erectis. *Flor. tub. p.* 289.

11 *in diverſis plantis.*

myoſuroides. 105. C. floribus femineis calice corollaque deſtitutis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 8.

1040. TYPHA. *Amentum* cylindricum. *Cor.* o.
♂. *Cal.* obſoletus, 3phyllus.
♀. *Flores in eadem planta infra* ♂. *Cal.* capillo villoſo. *Sem.* 1. inſidens pappo capillari.

latifolia. 1. T. foliis ſubenſiformibus, ſpica maſcula femineaque approximatis. *Curt. flor. Lond. t.* 171. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 1.

anguſtifolia. 2. T. foliis ſemicylindricis, ſpica maſcula femineaque remotis. *Curt. flor. Lond. t.* 169.

1041. SPARGANIUM. *Flores* conglobati monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 3phyllus.
♀. *Cal.* 6phyllus. *Stigma* 2fidum.
*Drupa* exſucca, ſupera, 1locularis, 1-2ſperma.

erectum. 1. Sp. foliis erectis lineari-lanceolatis: nervo elevato. *Mant. p.* 494. *Dod. pempt.* 601. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 19. *f.* 4.

nutans. 2. Sp. foliis decumbentibus linearibus obtuſis. *Mant. p.* 494. *Fl. dan. t.* 260.

ſimplex. 3. Sp. foliis baſi triangularibus: lateribus planis, pedunculis ſimplicibus. *Curt. flor. Londin.*

1042. ZEA. ♂. *in* diſtinctis ſpicis. *Cal.* Gluma 2-flora mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* Gluma 2valvis. *Cor.* Gluma 2valvis. *Stilus* filiformis, pendulus. *Sem.* ſolitaria receptaculo oblongo immerſa.

Mays. 1. Z. foliis integerrimis. *Blackw. herb. t.* 547. a. b. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 9.

Curagua. 2. Z. foliis ſerratis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 107.

1147. APLUDA. *Cal.* Gluma communis bivalvis: *floſculo femineo* ſeſſili, *maſculisque* pedunculatis, utrinque *cal.* o. *cor.* bivalvi.
♀. *Sem.* 1. tectum.

mutica. 1. A. foliis lanceolatis, floſculis omnibus muticis.

ariſtata. 2. A. foliis lanceolatis floſculis maſculis muticis, ſeſſili ariſta terminali.

Zeagiter. 3. A. foliis ovatis, floſculis maſculis muticis, ſeſſili ariſta terminali. *Brown. jam. t.* 4. *f.* 3.

digitata. 4. A. ſpicis digitatis ſecundis. *Suppl. p.* 434.

ſcirpoides. 5. A. foliis longis lanceolatis, culmo ramoſo paniculato, floſculis muticis. *Walt. flor. carol. p.* 250.

1045. OLYRA. ♂. *Cal.* Gluma 1flora, ariſtata. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* Gluma 1flora, patula, ovata. *Stilus* 2fidus. *Sem.* cartilagineum.

latifolia. 1. O. panicula terminali. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 64. *f.* 2.

pauciflora. 2. O. floribus axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 21.

1043. COIX. *Cal.* Gluma 2flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♂. o. in ſpicis remotis.
♀. *Stilus* 2partitus. *Sem.* receptaculo indurato nuciformi tectum, ovatum.

Lacryma, 1. Coix. *Regn. bot. t.* 272. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 10.

β) Coix gigantea. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 211.

THEMEDA. ♂. pedicellati mutici. *Cal.* 1valvis, 1florus. *Cor.* 2valvis.
☿. ſeſſilis interior. *Cal.* 1valvis. *Cor.* 2valvis. *Ariſta* ex receptaculo longiſſima.

polygama. 1. Themeda. *Forsk. Fl. aeg. arab. p.* 178.

1334. MANISURIS. *Cal.* Gluma 2valvis, 1flora: valva exteriore lateribus apiceque emarginata. *Cor.* calice minor.
☿. *Stilus* 2fidus.
♂. lateris inferioris ejusdem ſpicae magis exſtantes.

myuros. 1. Manisuris. *Mant. p.* 300.

1149. CENCHRUS. *Involucrum* laciniatum echinatum 2florum. *Cal.* gluma 2flora: altero floſculo maſculo, altero hermaphrodito. *Cor.* Gluma mutica.
☿. *Sem.* 1.

racemoſus. 1. C. panicula ſpicata, glumis muricatis ſetis ciliaribus. *Schreb. gram* 45. *t.* 4. *an diſtincti generis?*

lappaceus. 2. C. paniculae ramis ſimpliciſſimis, corollis retrorſum hiſpidis, calicibus trivalvibus.

muricatus. 3. C. ſpica muricata: ſquamis variis mucronatis. *Schreb. gram.* 2. *p.* 69. *t.* 34.

capitatus. 4. C. ſpica ovata ſimplici. *Col. ecphr.* 1. *t.* 338. *f.* 1.

echinatus. 5. C. ſpica oblonga conglomerata. *Schreb. gram.* 9. *t.* 23. *f.* 1.

tribuloides. 6. C. ſpica glomerata: glumis femineis globoſis muricato-ſpinoſis hirſutis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 65. *f.* 1.

carolinianus. 7. C. ſpica glomerata, glumis globoſis muricato-ſpinoſis laevibus. *Walt. flor. carol. p.* 79.

ciliaris. 8. C. ſpica involucellis ſetaceis ciliatis quadrifloris. *Mant. p.* 302. *Giſeck ic.* 1. *t.* 23.

granularis. 9. C. racemis geminis, fructibus globoſis rugoſo-reticulatis. *Mant. p.* 575. *An ad genus praecedens amandandus?*

fruteſcens. 10. C. capitulis lateralibus ſeſſilibus, foliis mucronatis, caule fruticoſo. *Pr. alp. exot. t.* 104.

ſetoſus. 11. C. ſpica lineari-oblonga: involucris ſetoſis; ſetis inermibus, interioribus baſi villoſis; villis ciliatis, glumis laevibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 26.

## DIGYNIA.

PLANERA. *Flores* monoici. *Cor.* 0. *Cal.* 4phyllus, ☿. *Stil.* reflexi. *Nux* hinc carinata, inde obtuſa, ſquamoſa, 1locularis.

aquatica. 1. Planera, *Walt. flor. carol. p.* 230.

1047.

1047. AXYRIS. *Flores* monoici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 1locularis.

ceratoides. 1. A. foliis lanceolatis tomentoſis, floribus femineis lanatis. *Jacq. ic. pl. rar.* 1. *t.* 36.

amaranthoides. 2. A. foliis ovatis, caule erecto, ſpicis ſimplicibus. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 3. *Loculi circulares.*

hybrida. 3. A. foliis ovatis, caule erecto, ſpicis conglomeratis. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 4. *f.* 1.

proſtrata. 4. A. foliis obovatis, caule ſubdiviſo, floribus capitatis. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 4. *f.* 2.

71. BOBARTIA. *Cal.* imbricatus. *Cor.* gluma 2-valvi, ſupera.

indica. 1. BOBARTIA. *Pluckn. mant. t.* 300. *f.* 7.

72. CORNUCOPIAE. *Involucrum* 1phyllum, infundibuliforme multiflorum. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis.

cucullatum. 1. C. ſpica mutica cucullo crenato. *Pet. gaz. t.* 73. *f.* 5.

alopecuroides. 2. C. ſpica ariſtata, cucullo hemiſphaerico recepta. *Mant. p.* 29. *Alopecuro pratenſi valde affinis.*

altiſſimum. 3. C. panicula coarctata, culmo erecto duro. *Walt. flor. carol. p.* 74.

perennans. 4. C. panicula elongata diffuſa: ramis trichotomis verticillatis, culmis ſubdecumbentibus. *Walt. flor. carol. p.* 74.

hyemale. 5. C. panicula diffuſa verticillata, foliis teretiuſculis, culmo erecto. *Walt. flor. carol. p.* 73.

73. SACCHARUM. *Cal.* 2valvis, 1florus, baſi lanugine longa cinctus, (interdum o.) *Cor.* 2valvis. *Nectar.* 2phyllum, minimum.

ſpontaneum. 1. S. foliis convolutis, panicula effuſa: ſpicis capillaribus ſimplicibus; floribus remotis involucratis geminatis, altero pedunculato. *Suppl. p.* 106. *Mant. p.* 183. *Rheed. h. malab.* 12. *t.* 46.

officinarum. 2. S. floribus paniculatis, foliis planis. *Planck. pl. med. ic.* 40.

Ravennae. 3. S. panicula laxa: rachi lanata, floribus ariſtatis. *Spec. pl. p.* 1481. Andropogon Ravennae. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 8. *f.* 32.

Teneriffae. 4. S. foliis ſubulatis planis, floribus paniculatis muticis, involucro piloſo nullo, calice villoſiſſimo. *Suppl. p.* 106.

polyſtachyon. 5. S. floribus paniculatis: ſpicis filiformibus longiſſimis faſtigiatis, floſculis remotiuſculis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 21.

arundinaceum. 6. S. paniculae confertae pedunculis diviſis: floſculis geminis ſeſſili pedicellatoque; corollis trivalvibus polygamis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 14. *An ſatis diſtinctum a ſequente?*

bengalenſe. 7. S. paniculae confertae pedunculis diviſis: floſculis geminis ſeſſili pedicellatoque, corollis bivalvibus hermaphroditis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 16. *n.* 27.

biflorum. 8. S. panicula ſecunda: calicibus unifloris geminatis extus lanatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 16. *n.* 50.

Thunbergii. 9. S. panicula ſpicata: floribus diandris, culmi geniculis nudis, foliis convolutis. *Thunb. apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 17. *n.* 29.

Koenigii. 10. S. panicula ſpicata: floribus diandris, culmi geniculis barbatis, foliis planis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 203. *et Retz. obſ. bot. p.* 16. *n.* 28. *An vere conſtanterque diſtinctum a ſpicato?*

ſpicatum. 11. S. floribus ſpicatis, foliis undatis. *Cal.* o. *Cor. valva utraque ariſtata. Rheed. h. malab.* 12. *t.* 62. *an potius diſtincti generis?*

12. S.

hirſutum. 12. S. ſpica hirſuta: ſpiculis geminis; altera ſeſſili, altera pedicellata. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* 16. *n.* 51.

## 74. PHALARIS. *Cal.* 2plex, 1florus, uterque 2valvis, carinatus longitudine aequalis, corollam includens. *Nect.* 2phyllum.

canarienſis. 1. Ph. panicula ſubovata ſpiciformi: glumis carinatis piloſis: nectariis binis. *Schreb. gram. t.* 10. *f.* 2. *Plenck. pl. med. ic.* 41.

minor. 2. Ph. panicula ſpiciformi cylindrica: calicibus carinatis nudis, nectario ſolitario. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 8.

bulboſa. 3. Ph. panicula cylindrica: glumis carinatis.

nodota. 4. Ph. panicula oblonga, foliis ringentibus. *Mant. p.* 557.

aquatica. 5. Ph. panicula ſpiciformi ovato-oblonga; glumis carinatis lanceolatis. *Barr. pl. rar. ic.* 700. *f.* 1.

phleoides. 6. Ph. panicula cylindrica ſpiciformi glabra paſſim vivipara. *Flor. dan. t.* 531.

utriculata. 7. Ph. panicula ſpicata: petalis ariſta articulata, vagina ſupremi folii ſpathiformi. *Scop. del. inſubr.* 1. *t.* 12.

alpina. 8. Ph. panicula ſpicata cylindrica hirſuta: glumis calicinis lanceolatis ariſtatis carina ciliato-hirſutis. *Barr. pl. rar. ic.* 21. *n.* 2.

paradoxa. 9. Ph. panicula cylindrica: floſculis mucronatis; neutris plurimis, infimis praemorſis. *Linn. fil. dec.* 35. *t.* 18. *Schreb. gram. t.* 12.

arundinacea. 10. Ph. panicula oblonga ventricoſa ampla. *Flor. dan.* 259. *Leers fl. herb. t.* 7. *f.* 3.

erucaeformis. 11. Ph. panicula ſecunda lineari, calicibus bifloris. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 29.

zizanioides. 12. Ph. panicula ſimpliciſſima: floribus muricatis: altero ſeſſili. *Mant. p.* 183.

oryzoides. 13. Ph. panicula effuſa: glumarum carinis ciliatis, calice nullo. *Schreb. gram. t.* 22. *utrum Leerſiae ſpecies, an diſtincti penitus generis?*

aſpera. 14. Ph. panicula ſpicata tereti: calicibus obcordatis mucronatis. *Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 14.

ſemiverticillata. 15. Ph. paniculae ramis ſemiverticillatis patentibus: ſpiculis muticis ciliatis, foliis glabris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

diſticha. 16. Ph. panicula mutica ovata, foliis diſtichis involutis, culmo ramoſo repente. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

criſtata. 17. Ph. panicula ſpiciformi oblonga: valva calicina utrinque criſta calice duplo longiore. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

velutina. 18. Ph. ſpicis alternis filiformibus, culmo foliisque villoſiſſimis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

dentata. 19. Ph. ſpica cylindrica: glumis muticis carinatis, carina dentata dentibus apice globoſis. *Suppl. p.* 106.

hiſpida. 20. Ph. ſpicis digitatis: glumis ſcabris, foliis ovatis. *Thunb. fl. jap. p.* 44.

ſetacea. 21. Ph. ſpicata: ſpiculis ſolitariis; involucris ſetaceis flore ſeſquilongioribus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 17.

vaginiflora. 22. Ph. culmis repentibus, ſpicis capitatis ſeſſilibus axillaribus: calice inaequali corolla anguſtiori. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 18. *Vix hujus generis.*

muricata. 23. Ph. ſpica cylindrica: floribus geminatis, calice fructifero aculeato. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 202.

caroliniana. 24. Ph. panicula ſpicata ovata, petalis ariſtatis, calicibus ſtriatis. *Walt. flor. carol. p.* 74.

## SYNTHERISMA. *Cal.* 1florus, 2valvis: valvis planis: exteriore majore coroll. 2valvem aequalem lateribus ſubamplexante.

praecox. 1. S. culmo decumbente, ſpica compoſita: ſpiculis ſecundis; dentibus bifloris. *Walt. flor. carol. p.* 76.

ſerotinum. 2. S. culmo decumbente, ſpica compoſita: ſpiculis ſecundis; dentibus trifloris. *Walt. flor. carol. p.* 76.

villoſum. 3. S. culmo erecto, panicula terminali: ſpiculis ſecundis; dentibus bifloris. *Walt. flor. carol. p.* 77.

**75. PASPALUM.** *Cal.* 2valvis, orbiculatus. *Cor.* ejusdem magnitudinis. *Stigmata* penicilliformia.

diſſectum. 1. P. ſpicis alternis: rhachi membranacea; floribus alternis apice piloſis. *Pluckn. mant. t.* 350. *f.* 2.

ſcrobiculatum. 2. P. ſpicis alternis: rhachi membranacea, floribus alternis; calicibus multinerviis ſcrobiculatis. *Mant. p.* 29.

villoſum. 3. P. ſpicis alternis ſecundis: rhachi hirſuta, floribus duplici ordine alternis ſecundis. *Thunb. fl. jap. p.* 45.

hirſutum. 4. P. ſpicis alternis ſubbinis: rhachi membranacea, calicibus multinerviis laevibus, foliis pedicellisque hirſutis. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 7.

diſtichon. 5. P. ſpicis duabus: altera ſeſſili; floribus acuminatis.

conjugatum. 6. P. ſpicis duabus horizontalibus conjugatis: ſpiculis ovatis, culmo erecto, foliis involutis. *Berg. act. helv.* 7. *t.* 8.

vaginatum. 7. P. ſpicis duabus: ſpiculis bifariis acuminatis, culmo ramoſo geniculato: geniculis vaginatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 21.

longiflorum. 8. P. ſpica gemina: floſculis ovali-oblongis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15.

filiforme. 9. P. ſpica ſubſolitaria lineari ſecunda: ſpiculis alternis ovatis compreſſis, culmo foliisque filiformibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

decumbens. 10. P. ſpica unica ſecunda: pedunculis longiſſimis, ſpiculis alternis orbiculato-acuminatis glabris, culmo procumbente. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

orbiculare. 11. P. ſpicis alternis: rhachi membranacea, floribus bifariam ſecundis orbiculatis laevibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 7.

paniculatum. 12. P. ſpicis paniculatis verticillato-aggregatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 72. *f.* 2.

virgatum. 13. P. ſpiculis paniculatis alternis baſi villoſis: floribus geminis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 69. *f.* 2.

membranaceum. 14. P. culmo ramoſo procumbente, ſpica compoſita laevi: ſpiculis ſecundis alternis diſtichis. *Walt. flor. carol. p.* 75.

praecox. 15. P. ſpica compoſita: ſpiculis alternis trifariam poſitis; mediis ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 75.

76. PA-

## 76. PANICUM. *Cal.* 2valvis, 2florus: floſculo altero hermaphrodito, altero maſculo vel neutro.

* *ſpicata.*

polyſtachyon. 1. P. ſpicis teretibus: involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, culmis erectis ſuperne ramoſis. *Mant. p.* 322. *Rumpf amb.* 6. *t.* 7. *f.* 2. B.

ſericeum. 94. P. ſpica tereti: involucris ſetaceis villoſis unifloris floſculos aequantibus, foliis planis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 88.

verticillatum. 2. P. ſpica tereti: involucellis unifloris biſetis, retrorſum ſcabris. *Curt. flor. Lond. t.* 260.

helvolum. 3. P. ſpica tereti: involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, ſeminibus nervoſis. *Suppl. p.* 107. *nonne idem cum glauco?*

glaucum. 4. P. ſpica tereti: involucellis unifloris faſciculato-piloſis. *Schreb. gram. t.* 25. *Gaertn. de fruct. et ſem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 3.

viride. 5. P. ſpica tereti: involucellis unifloris triſetis inermibus. *Curt. flor. Lond. t.* 262.
β) Panicum rubinatum. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 64.

alopecuroides. 90. P. ſpica tereti: involucris ſetaceis baſi ciliatis faſciculatis unifloris, floſculo quadruplo longioribus. *Walt. flor. carol. p.* 72.

adhaerens. 6. P. ſpica terete: involucellis unifloris retrorſum aculeatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 20.

diviſum. 7. P. culmo ramoſiſſimo dichotomo, ſpicis hirſutis: ſpiculis geminatis ſeſſilibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 20. *an diſtinctum a dichotomo?*

ſetigerum. 8. P. ſpicis remotis: floſculis ſecundis, rhacheos dentibus ſetigeris. *Bladh. apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15.

flavidum. 9. P. culmo folioſo compreſſo, ſpiculis remotis ſeſſilibus appreſſis ſecundis paucifloris. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15.

indicum. 10. P. ſpica ſimplici nuda: pedicellis geminis, culmo adſcendente baſi ramoſo. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 9. *an vere diſtinctum a conglomerato?*

germanicum. 11. P. ſpica ſimplici cernua: ſetis brevibus, pedunculo hirſuto. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 27. *an mera varietas?*

12. P.

italicum. 12. P. ſpica compoſita: ſpiculis glomeratis ſetis immixtis, pedunculis hirſutis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 75. *f.* 2.

hirtellum. 13. P. ſpica compoſita: ſpiculis adpreſſis alternis; calicibus geminis: valvulis omnibus ariſtatis, extima longiſſima. *Arduin. ſpec.* 2. *t.* 4.

compoſitum. 14. P. ſpica compoſita: ſpiculis linearibus ſecundis; floſculis geminis remotis, calicibus ariſtatis.

oryzinum. 95. P. ſpica compoſita nutante: ſpiculis ſecundis ariſtatis; rhachi trigona. *Ardnin. ſpec.* 2. *t.* 5.

piliferum. 86. P. ſpiculis linearibus ſecundis piloſis minutim ariſtatis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 205.

elatius. 15. P. ſpica compoſita: ſpiculis oblongis ſparſis adpreſſis: floſculis confertis; calicibus mucronato-ariſtatis. *Suppl. p.* 107.

anomalum. 91. P. ſpica compoſita, ſpiculis ſecundis horizontalibus, culmo decumbente. *Walt. flor. carol. p.* 72.

ſetoſum. 16. P. ſpica compoſita: ſpiculis paniculato-faſciculatis, ſetis floſculis immiſtis longiſſimis, pedunculis ſubglabris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

conglomeratum. 17. P. ſpica ſecunda ſubovata: floſculis obtuſis. *Mant. p.* 324. *Mant. p.* 184. Panicum indicum. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 91. Aira indica.

colonum. 18. P. ſpicis alternis ſecundis muticis ovatis ſcabris, rhachi teretiuſcula. *Ehret ic. pl. t.* 3. *f.* 3.

muticum. 19. P. ſpicis alternis ſecundis: ſpiculis remotis geminatis muticis, altera pedicellata, rhachi trigona flexuoſa. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 20. *Colono affine.*

Crus corvi. 20. P. ſpicis alternis ſecundis: ſpiculis ſubdiviſis: glumis ſubariſtatis hiſpidis, rhachi trigona.

Crus galli. P. ſpicis alternis conjugatisque: ſpiculis ſubdiviſis; glumis ariſtatis hiſpidis, rhachi quinquangulari. *Flor. dan. t.* 852.

tumidum. 87. P. ſpiculis turgidis culmo repente. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 205.

ſtagninum. 21. P. ſpicis alternis ſecundis: calicibus bifloris ariſtatis hiſpidis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 17.
*β)* Panicum pictum. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 204.

hiſpidum. 22. P. ſpicis alternis ſubdiviſis ſecundis: floribus geminatis alternis ſecundis hiſpidis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 7.

23. P.

tetraſtichon. 23. P. ſpicis alternis ſecundis quadrifariam imbricatis: floſculis ſecundis villoſis muticis hinc planis inde gibbis. *Forsk. fl. aeg. p.* 19.

brizoides. 24. P. ſpicis alternis ſeſſilibus ſecundis adpreſſis oblongis, culmo ſubereсto. *Mant. p.* 184. *Pluckn. alm. t.* 191. *f.* 1.
β) *Koenig Naturf.* 23. *p.* 206.

lanceolatum. 25. P. ſpicis alternis: calicum valva extima ciliata ariſtata, foliis lanceolatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 17.

fluitans. 26. P. ſpicis alternis ſeſſilibus interſtitiis duplo longioribus: floſculis alternis ſeſſilibus imbricatis ſecundis, culmo decumbente. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 8.

geminatum. 27. P. ſpicis alternis linearibus appreſſis: ſpiculis bifariam imbricatis muticis bifloris, altero floſculo maſculo. *Forsk. fl. aeg. p.* 18.

longiflorum. 28. P. ſpica gemina: floſculis ovali-oblongis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15.

diſtachyon. 29. P. ſpicis geminis ſecundis laevibus. *Mant. p.* 183. *Spicae interdum tres.*

ſquarroſum. 30. P. ſpicis geminis horizontalibus: involucris ſquarroſis, culmis decumbentibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15. 5. *t.* 1. *an idem cum cenchro muricato?*

hiſpidulum. 31. P. ſpicis binatis ternatisque erectis; calicibus hiſpidis biariſtatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 18.

umbroſum. 32. P. ſpicis ſubquaternis remotis: floſculis geminis inaequaliter pedicellatis, culmo repente flaccido. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 16.

Burmanni. 33. P. ſpicis ſubquaternis remotis ſecundis ſimplicibus, florum glumis binis exterioribus ariſtatis. *Burm. fl. ind. t.* 12. *f.* 1. *an vere diſtinctum ab hirtello?*

ciliare. 34. P. ſpicis ſubdigitatis approximatis erectis linearibus, rhachi flexuoſa, dentibus bifloris, calicibus ciliatis. *Wennerberg apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 16. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 207.

35. P.

---

*An diſtincta ſpecies Panicum muricatum et appreſſum culmo ramoſo, antheris purpureis? Forsk. fl. aeg. arab. p.* 20. *an hoc an idem cum colorato?*

aegyptiacum. 35. P. ſpicis ſubdigitatis linearibus: rhachi membranacea flexuoſa, floſculis alternis geminis pedicellatis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 8.

filiforme. 36. P. ſpicis ſubdigitatis approximatis erectis linearibus: rhachi flexuoſa; dentibus bifloris altero ſeſſili. *Jacq. obſ. bot.* 3. *t.* 70.

ſanguinale. 37. P. ſpicis digitatis baſi interiore nodoſis: floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Flor. dan. t.* 388. *Schreb. gram. t.* 16.

dactylon. 38. P. ſpicis digitatis patentibus baſi interiore villoſis: floribus ſolitariis, ſarmentis repentibus. *Regnault bot. t.* 14.

lineare. 39. P. ſpicis digitatis ſubquaternis linearibus: floſculis ſolitariis ſecundis muticis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 70. *f.* 3.

compreſſum. 40. P. ſpicis digitatis ſecundis compreſſis: ſpiculis ſolitariis bifariam imbricatis bifloris; floſculo altero maſculo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 18. *utrum cum geminato, turgido, tetraſticho, groſſario, polygamo, diviſo, iſchaemoide, antidoto? quorſum ſpectat aliginoſum Koenigii? hujus, an alterutrius ſequentis generis ſpecies?*

piloſum. 41. P. ſpicis paniculatis alternis ſecundis: ſpiculis geminis acuminatis laevibus; altera minore, rhachi compreſſa piloſa, culmo divaricato geniculato. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

molle. 42. P. ſpicis paniculatis alternis ſecundis patentibus: ſpiculis approximatis pedicellatis ſecundis muticis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

faſciculatum. 43. P. ſpicis paniculatis alternis erectis ſubfaſtigiatis: ſpiculis ſecundis ſubrotundis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

carthaginenſe. 44. P. ſpicis paniculatis foliis brevioribus: ſpiculis ſecundis ovatis acutis, culmo proſtrato geniculato ramoſiſſimo, vaginis pubeſcentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

** *Paniculata.*

nemoroſum. 45. P. panicula ſimplici: ramis diſtantibus erectis, floribus remotis ſparſis ovatis acuminatis, culmo decumbente geniculato, vaginis piloſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 22.

acuminatum. 46. P. paniculis ſimplicibus foliis brevioribus: ramis capillaribus diffuſis; ſpiculis remotis obovatis, culmo decumbente geniculato ramoſo, foliis erectis vaginisque villoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

rigens. 47. P. panicula ſimplici rigida patente, culmo ramoſo decumbente, foliis horizontalibus ſcabris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

fuſcum. 48. P. panicula ſimplici: ramis erectis, floſculis ſecundis geminis: altero brevius pedicellato, culmo erecto ſubdiviſo, foliis lato-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

laxum. 49. P. panicula ſimplici nutante: ramis capillaribus, ſpiculis approximatis: alternis appreſſis, culmo ſimplici filiformi flaccido, foliis lineari-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

flaveſcens. 50. P. panicula ſimplici erecta ſtricta: ramis ſubfaſtigiatis; infimis oppoſitis, ſpiculis approximatis ſecundis: pedicellis bifloris. *Swarts nov. gen. et ſp. pl. p.* 23.

dichotomum. 51. P. panicula ſimplici, culmo ramoſo dichotomo.

diffuſum. 52. P. panicula ſimpliciuſcula capillari patente: ſpiculis diſtantibus, culmo decumbente ſimplici, foliis linearibus collo piloſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

oryzoides. 53. P. panicula ſubſimplici: ramis erectis, floſculis remotiuſculis ovatis acutis, culmo erecto indiviſo, foliis baſi rotundatis, vaginis laevibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

ramoſum. 54. P. panicula ramis ſimplicibus: floribus ſubternis; inferiore ſubſeſſili, culmo ramoſo. *Mant. p.* 29.

groſſarium. 55. P. panicula ramis ſimplicibus: floribus geminis; pedicello altero breviſſimo, altero longitudine floris. *Burm. fl. ind. t.* 11. *f.* 1.

latifolium. 56. P. panicula racemis lateralibus ſimplicibus, foliis ovato-lanceolatis collo piloſis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 5. *f.* 3.

turgidum. 57. P. paniculae ſpiculis obeſis bifloris polygamis, foliorum vaginis longis ad dichotomias ventricoſis, caule fruticoſo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 18.

cimicinum. 58. P. panicula umbellata: racemis ſubquaternis, gluma calicina altera ciliata. *Mant. p.* 184. Milium cimicinum.

ariſtatum. 59. P. culmo repente radicante, paniculae ramis indiviſis, floſculis binis ſeſſilibus ariſtatis. *Wennerberg apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 17.

coloratum. 60. P. panicula patente: ſtaminibus piſtillisque coloratis, culmo ramoſo. *Mant. p.* 30. *Jacq. pl. rar. ic.* 1. *t.* 58.

61. P.

flexuo-ſum. 61. P. panicula capillari patente: pedunculis flexuoſis, calicibus ovatis, geniculorum barba reflexa. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 9.

capillare. 62. P. panicula capillari erecta patente, pedunculis ſtrictis foliorum vaginis hirtiſſimis. *Kniph. bot. orig. cent.* 12. *n.* 72.

patens. 63. P. panicula oblonga flexuoſa capillari patente: calicibus bifloris, foliis lineari-lanceolatis, culmo radicante. *Burm. fl. ind. t.* 10. *f.* 3.

murica-tum. 64. P. panicula patente: floribus ſolitariis muricatis, culmo radicante adſcendente. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 18.

notatum. 65. P. panicula patente: axillis notatis, foliis lanceolatis ciliatis. *Wennerb. apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 18.

remotum. 66. P. paniculae ramis triquetris: floſculis ſubgeminatis; altero pedicellato, culmo ramoſo tetragono-compreſſo. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 17.

antido-ton. 67. P. panicula nutante: calicibus bifloris polygamis acutis, culmo erecto ramoſiſſimo. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 17.

miliace-um. 68. P. panicula laxa flaccida, foliorum vaginis hirtis, glumis mucronatis nervoſis. *Regn. bot. t.* 381.
*β*) *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 5. *f.* 2.

repens. 69. P. panicula virgata; foliis divaricatis.

virgatum. 70. P. panicula virgata, glumis acuminatis laevibus: extima dehiſcente.

curvatum. 71. P. panicula racemoſa, glumis curvatis obtuſis nervoſis.

divarica-tum. 72. P. paniculis brevibus muticis: pedicellis bifloris; altero breviore, culmo ramoſiſſimo divaricatiſſimo.

trigonum. 73. P. panicula erecta: pedunculis bifloris, calicibus obtuſis hiſpidis unifloris, ſeminibus trigonis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 9.

iſchae-moides. 74. P. panicula erecta rara contracta: calicibus bifloris polygamis acutis, culmo ſimplici, foliis diſtichis rigidis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 17. *et Naturf.* 23. *p.* 209.

clandeſti-num. 75. P. racemis occultatis intra foliorum vaginas. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 80.

pallens. 76. P. panicula compoſita ovata: ramis confertis erectis, ſpiculis ovatis ſubulatis, culmo ſubdiviſo geniculato, vaginis collo margineque ciliatis. *Swartz nov. pl. gen. et ſp. p.* 23.

lunatum. 77. P. panicula compoſita erecta glabra: ſpiculis ovatis, culmo ramoſo, foliis pubeſcentibus, vaginis lanuginoſis. *Swartz nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

arundinaceum. 78. P. panicula compoſita patente: ramis ramulisque ſtrictis papillaribus, ſpiculis ſubrotundis, culmo ſubdiviſo geniculato, foliis rigidis. *Swartz nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

polygamum. 79. P. panicula compoſita capillari patente; floſculis polygamis, culmi articulis hirſutis. *Swartz nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

glutinoſum. 80. P. panicula compoſita patente: ramis flexuoſis; ſpiculis pedicellatis diſtantibus glutinoſis, culmo erecto ſimplici. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 71. *f.* 3.

brevifolium. 81. P. panicula ramoſiſſima patente: ramis ramulisque ſubdiviſis capillaribus, culmo declinato geniculato, foliis glaberrimis: vaginis longitudinaliter ciliatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 72. *f.* 3.

arboreſcens. 82. P. paniculatum ramoſiſſimum procumbens, foliis ovato-oblongis acuminatis, ſpiculis ſubgloboſis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 208.

radicans. 83. P. paniculatum, culmo ramoſo radicante, foliorum baſi vaginisque longitudinaliter ciliatis. *Wennerb. apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 18.

caffrorum. 84. P. panicula verticillatim ramoſa, corollis nullis, nectariis villoſo-laceris. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 7.

maximum. 85. P. panicula terminali erecta longa; racemis lateralibus patentibus verticillatis alternisque, culmo erecto ſimplici compreſſo glabro. *Jacq. collect.* 1. *p.* 76.

palmaefolium. 88. P. foliis ſulcatis, culmo erecto. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 208.

fugax. 89. P. culmo decumbente, paniculis celerrime marcidis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 209.

ſpecioſum. 92. P. panicula elongata erecta geniculata: ramis verticillatis ſimplicibus brevibus; floribus ſolitariis ſubſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 73.

nudum. 93. P. culmo geniculato erecto nudo, floribus ſolitariis remotis verticillatis: pedunculis longiſſimis. *Walt. flor. carol. p.* 73.

*** *tri-*

*** *tribus incertae.*

falcatum. 96. P. latifolium, foliis lyratis. *Aubl. pl. guj.*

maculatum. 97. P. ſcandens, caule arundinaceo. *Aubl. pl. guj.*

CHLORIS. *Cal. Gluma communis* 2valvis, 2flora, *floſculis* apetalis ariſtatis.
♂. *Cal.* Gluma 1valvis.
♀. ſeſſilis. *Cal.* Gluma 2valvis.

cruciata. 1. Chl. ſpicis ſubquaternis cruciatis: floſculis acuminatis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 91. *n.* 15. Agroſtis cruciata. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 69. *f.* 1.

ciliata. 2. Chl. ſpicis digitatis ſubquinis: glumis margine ciliatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 25.

petraea. 3. Chl. ſpicis quaternis ſtrictis erectiuſculis: ſpiculis confertis glabris muticis, culmo compreſſo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 25.

polydactyla. 4. Chl. ſpicis plurimis faſciculatis laxis: glumis margine ciliato-villoſis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 669. *n.* 18. Andropogon polydactylon. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 65. *f.* 2.

radiata. 5. Chl. ſpicis plurimis faſciculatis erectiuſculis: floſculis ſubulatis glabris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 669. *n.* 17. Andropogon faſciculatum. *Sloane hiſt. jam.* 1. *t.* 69. *f.* 2.
*β*) Agroſtis radiata. *Syſt. nat.* XII. 2. *p.* 91. *n.* 14. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 68. *f.* 3.

1145. ANDROPOGON. *Flores* polygami. *Cal.* Gluma 1flora. *Cor.* Gluma baſi ariſtata.
⚥. *Sem.* 1.

caricoſus. 1. A. ſpica ſolitaria imbricata, ſeminibus hirſutis, ariſtis nudis contortis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 7. *f.* 2. A.

contortus. 2. A. ſpica ſolitaria: floſculis hinc maſculis muticis, inde femineis longiſſimis unito contortoque ariſtatis. *Suppl. p.* 432. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 4. *f. ult.*

crinitus. 3. A. ſpica ſolitaria hirſuta: ariſtis nudis geniculatis longiſſimis. *Thunb. fl. jap. p.* 40.

divaricatus. 4. A. ſpica oblonga: floribus lanatis remotis divaricatis; ariſta flexuoſa nuda.

ſerratus. 5. A. ſpica ſimplici imbricata: ſeriebus binis florum ariſtatis ſeſſilium, binis muticis pedicellatorum, calicibus univalvibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 21.

brevifolius. 6. A. ſpicis lateralibus ſolitariis: floſculis alternis remotis, culmo geniculato compreſſo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 26.

diſtachyos. 7. A. ſpicis binis terminalibus, culmo indiviſo. *Ger. fl. prov. t.* 3. *f.* 2.

binatus. 8. A. ſpicis geminis lanatis: calicum valva altera acuminata, altera truncata tridentata, petalo majore ariſtato. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 21.

ramoſus. 9. A. ſpicis terminalibus conjugatis: ſpiculis geminis; maſcula mutica pedicellata, culmo ramoſo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 173.

annulatus. 10. A. ſpicis ad apicem culmi confertis alternis: floribus appreſſis geminatis; maſculo mutico pedicellato, culmo erecto ramoſo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 173.

barbatus. 11. A. ſpicis digitatis, calicibus perſiſtentibus, corollis ciliatis. *Mant. p.* 302. 588.

muticus. 12. A. ſpicis digitatis ſubternis: floſculis alternis ſeſſilibus muticis.

Iſchaemum. 13. A. ſpicis digitatis plurimis: floſculis ſeſſilibus ariſtato muticoque; pedicellis lanatis. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 384. *Schreb. gram. t.* 33.

incurvatus. 14. A. ſpicis filiformibus ſubdigitatis: floribus geminatis; femineo pedicellato ariſtato, maſculo ſeſſili mutico, calicibus univalvibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 21.

Bladhii. 15. A. ſpicis ſuboctonis: floſculo hermaphrodito ſeſſili ariſtato; neutro pedunculato ciliato mutico. *Bladh. apud Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 27.

provincialis. 16. A. ſpicis faſciculatis laevibus: floſculis alternis ſubſeſſilibus ſecundis ariſtatis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 43.

Schoenanthus. 17. A. paniculae ſpicis conjugatis ovato-oblongis, rhachi pubeſcente, floſculis ſeſſilibus; ariſta tortuoſa. *Rumpf amb.* 5. *t.* 72.

virginicus. 18. A. paniculae ſpicis conjugatis: pedunculis ſimplicibus, rhachi lanata, floſculis muticis: maſculo tabeſcente. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 68. *f.* 2.

bicornis. 19. A. paniculae ſpicis conjugatis: pedunculis ramoſiſſimis, rhachi lanata, floſculis ariſta caduca: maſculo tabeſcente. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 15.

hirtus. 20. A. paniculae ſpicis conjugatis: calicibus hirſutis. *Pluckn. alm. t.* 92. *f.* 1.

faſtigiatus. 21. A. paniculae ſpicis ſolitariis: pedunculis elongatis ſubfaſtigiatis, rhachi lanata, floſculis ariſtatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 26.

ſaccharoides. 22. A. paniculae ramis ſimplicibus: floſculis geminis; hermaphrodito ariſtato ſeſſili, altero mutico pedicellato tabeſcente, rhachi pedicellisque lanatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 26.

glaucus. 23. A. panicula foliacea: involucellis calicibusque bifloris, florum ſeſſilium calicibus trivalvibus, pedicellatarum bivalvibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 20.

aciculatus. 24. A. panicula contracta erecta: pedunculis trifloris: floſculis maſculis binis pedicellatis acuminatis, femineo ſeſſili ariſtato. *Rumpf amb.* 6. *t.* 5. *f.* 1.

muricatus. 25. A. panicula contracta: ſpicis verticillatis; calicibus muticis muricatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 43.

ſquarroſus. 26. A. panicula conferta: glumis ſubulatis ſcabris. *Suppl. p.* 433.

Gryllus. 27. A. paniculae pedunculis ſimpliciſſimis trifloris: floſculo hermaphrodito ſeſſili ariſtato ciliato baſi barbato. *Bauh. th. bot. p.* 149. *ic.*

nutans. 28. A. panicula nutante: ariſtis tortuoſis laevibus, glumis calicinis hirſutis.

ciliatus. 29. A. panicula cernua: calice exteriore multifloro ciliato; ariſtis contortis piloſis. *Thunberg fl. jap. p.* 40.

ſerratus. 30. A. panicula laxa: floſculo altero ſeſſili, altero pedicellato: pedicellis hirſutis. *Thunb. fl. jap. p.* 41.

cotuliferus. 31. A. panicula patula villoſa: ariſta tortili nuda; pedicellis incraſſatis. *Thunb. fl. jap. p.* 41.

cymbarius. 32. A. panicula ſparſa: bracteis cymbiformibus, floribus transverſis ariſtatis ternis. *Mant. p.* 302.

alopecuroides. 33. A. panicula laxa: rhachi lanata; floſculo utroque ariſta flexuoſa. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 70. *f.* 1.

inſularis. 34. A. panicula laxa glabra: floſculis geminis muticis; pedicello altero breviore, calicibus lanatis. *Rottb. act. litter. Hafn.* 1. *t.* 1. *f.* 2. Panicum lanatum. *An hujus aut milii ſpecies?*

Nardus. 35. A. paniculae ramis ſupradecompoſitis proliferis. *Rumpf amb.* 4. *t.* 6?

proſtratus. 36. A. pedunculis umbellato-quinquefloris ecaliculatis: floſculo hermaphrodito ariſtato. *Mant. p.* 304.

undatus. 37. A. panicula erecta ramoſa: ſpicis alternis ſubternis; floſculis ternis, maſculo inferiore ſeriore. *Jacq. collect.* 3. *p.* 238.

afer. 38. A. ſpicis ſubternis terminalibus: floſculis omnibus ariſtatis. *Bruce trav. in Eg. Ar. Ab. and. Nub.* 5. *app. p.* 47. *ic. an hujus generis?*

## 77. PHLEUM. *Cal.* 2valvis, ſeſſilis, linearis, truncatus: apice bicuſpidato. *Cor.* incluſa.

pratenſe. 1. Phl. ſpica cylindrica longiſſima ciliata, culmo erecto. *Schreb. gram. t.* 14.

nodoſum. 2. Phl. ſpica cylindrica, culmo adſcendente, foliis obliquis, radice bulboſa. *Flor. dan. t.* 380. *Gaertn. de fruct. et ſem. pl. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 1.

alpinum. 3. Phl. ſpica ovato-cylindrica. *Flor. dan. t.* 213.

arenarium. 4. Phl. ſpica ovata ciliata, culmo ramoſo. *Pluckn. alm. t.* 33. *f.* 8.

ſchoenoides. 5. Phl. ſpicis ovatis obvolutis, foliis breviſſimis mucronatis amplexicaulibus; *an idem cum anthoxantho aculeato?*

Bellardi. 9. Phl. ſpica ſubovata: glumis ciliatis, culmo geniculato. *Bellard. ap. Vitmann ſum. plant.* 1. *p.* 176.

Gerardi. 10. Phl. ſpica ſubrotunda: glumis ciliatis, caule ſimplici, foliorum vaginis ventricoſis. *Allion. flor. pedem.*

viride. 11. Phl. ſpica cylindrica laevi, culmo erecto. *Allion. flor. pedem.*

Michelii. 12. Phl. ſpicis cylindricis paniculatis hirſutis: calicibus lanceolatis. *Barr. ic.* 21. *f.* 2.

alopecuroides. 6. Phl. ſpicis cylindricis ſolitariis: glumis ſubvilloſis, culmo adſcendente. *Pill. et Mitterp. it. ſlavon. p.* 147. *t.* 16. *An diſtincta hujus generis ſpecies?*

7. Phl.

aſperum. 7. Phl. panicula erecta ſpicata denſa glabra: glumis mucronatis dorſo ſubſerratis. *Jacq. collect.* 1. *p.* 110.

panicula-tum. 8. Phl. panicula cylindrica ſpicaeformi: glumis nudis, culmo ſubramoſo. *Hudſ. flor. angl.* 26.

## 78. ALOPECURUS. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis. *Nectar.* 0.

indicus. 1. A. ſpica tereti: involucellis ſetaceis faſciculatis bifloris, pedunculis villoſis. *Pluckn. alm. t.* 92. *f.* 5.

bulboſus. 2. A. culmo erecto, ſpica cylindrica, radice bulboſa. *Raj. ſyn. angl.* 3. *t.* 20. *f.* 2.

*β*) Alopecurus ſericeus. *Gaertn. de fruct. et ſem. cent.* 1. *t.* 1. *f* 2.

pratenſis. 3. A. culmo ſpicato erecto: glumis villoſis, corollis muticis. *Schreb. gram. t.* 19. *f.* 1.

agreſtis. 4. A. culmo ſpicato erecto: glumis laevibus. *Fl. dan. t.* 697. *Schreb. gram. t.* 19. *f.* 2.

ciliatus. 11. A. culmo ſpicato erecto, glumis ciliatis. *Allion. flor. pedem.*

genicula-tus. 5. A. culmo ſpicato infracto, corollis muticis. *Leers fl. herb. t.* 2. *f.* 7.

carolinia-nus. 6. A. culmo radicante, panicula ſubſpicata, glumis laevibus, corollis ariſtatis. *Walt. flor. carol. p.* 74.

typhoi-des. 12. A. racemo ſimplici: floſculis muticis. *Pluckn. alm. t.* 32. *f.* 4.

hordei-formis. 7. A. racemo ſimplici: floſculis ariſtis circumvallatis. *Pluckn. alm. t.* 119. *f.* 1.

monſpe-lienſis. 8. A. panicula ſubſpicata: calicibus ſcabris, corollis ariſtatis. *Schreb. gram. t.* 20. *f.* 3.

paniceus. 9. A. panicula ſubſpicata: glumis villoſis, corollis ariſtatis. *Flor. dan. t.* 861.

caudatus. 10. A. panicula ſpicata caudata: floſculis ariſtis circumvallatis. *Thunb. nov. act. Upſ.* 3. *p.* 208.

ovata. 18. A. panicula ovata coarctata ſpicae aemula: petalo exteriore ante apicem ariſtato. *Forſt. fl. auſtr. p.* 8.

**79. MILIUM.** *Cal.* 2valvis, 1florus: valvis ſubaequalibus. *Cor.* breviſſima. *Stigm.* peniciliiformia.

capenſe. 1. M. panicula capillari: calicibus acuminatis, corollis ariſta terminali curva. *Mant. p.* 185.

punctatum. 2. M. paniculae ramis ſimpliciſſimis: floribus alternis geminis ſecundis.

lendigerum. 3. M. panicula ſubſpicata: floribus ariſtatis. *Schreb. gram. t.* 23. *f.* 3.

effuſum. 4. M. floribus paniculatis diſperſis muticis. *Curt. flor. Lond. faſc.* 43.

confertum. 5. M. floribus paniculatis confertis.

paradoxum. 6. M. floribus paniculatis ariſtatis. *Schreb. gram. t.* 23. *f.* 2.

globoſum. 7. M. panicula patula: glumis muticis, pedicellis cingulo luteo. *Thunb. fl. jap. p.* 49.

compreſſum. 8. M. ſpicis ſubternis: floſculis alternis muticis rhachi adpreſſis, culmo medio articulato-compreſſo, pedunculis longiſſimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

paniceum. 9. M. ſpicis ſubdigitatis alternis approximatis filiformibus: floſculis ſecundis muticis adpreſſis trigonis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

digitatum. 10. M. ſpicis digitatis ſubquaternis ſubſeſſilibus: floſculis muticis adpreſſis ſecundis, foliis margine cartilagineo-ſerratis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 24.

**80. AGROSTIS.** *Cal.* 2valvis, 1florus, corolla paulo minor. *Petalum* exterius glabrum. *Stigmata* longitudinaliter hiſpida.

* *Ariſtatae.*

Spica venti. 1. Agr. petalis integris: exteriore ariſta recta ſtricta longiſſima, panicula patula. *Flor. dan. t.* 853.

2. Agr.

---

*Medium inter alopecurum et cornucopiae genus, corolla pariter 1valvi, at neque involucratum neque ariſtatum, in Chirokeſium terra nuper inventum, egregie paſcuis inſerviens, nondum ſatis notum.*

interrupta. 2. Agr. petalis bifidis: exteriore ariſtato, panicula attenuata coarctata interrupta. *Vaill. bot. pur. t. 71. f.* 4.

miliacea. 3. Agr. petalo exteriore ariſta terminali recta ſtricta mediocri.

bromoides. 4. Agr. panicula ſimplici anguſtata: corolla pubeſcente: ariſta recta calice longiore. *Gouan ill. et obſ. bot.* 3. *t.* 1. *f.* 3.

auſtralis. 5. Agr. panicula ſubſpicata, ſeminibus ovatis pubeſcentibus: ariſta longitudine calicis. *Mant. p.* 30.

alpina. 6. Agr. foliis ſetaceis, panicula coarctata, calicibus hiſpidiuſculis coloratis: petalo exteriore ariſta dorſali geniculata. *Flor. dan. t.* 161.

vinealis. 7. Agr. calicibus coloratis, petalorum ariſta dorſali longitudine fere calicis, culmis adſcendentibus. *Schreb. ſpic. fl. Lipſ. p.* 47.

ſerotina. 8. Agr. panicula floſculis oblongis mucronatis, culmo obtecto foliis breviſſimis. *Mant. p.* 30.

rubra. 9. Agr. paniculae parte inferiore prius florente patentiſſima: ariſta terminali tortili recurva.

ſpiciformis. 10. Agr. panicula ſpicae aemula, floſculis biariſtatis: corollis hirtis; ariſta altera receptaculo inſerta geniculata longiori, altera infra apicem corollae recta. *Suppl. p.* 108.

hirſuta. 11. Agr. panicula ſubſpicata, caule foliisque hirſutis, petalis dorſo ariſtatis apice bifidis. *Suppl. p.* 108.

Matrella. 12. Agr. floribus racemoſis: calicis valva exteriore incurva carinae apice tantum dehiſcente. *Mant. p.* 185.

Laerſii. 13. Agr. calicibus elongatis, petalorum ariſta dorſali recurva, culmis proſtratis ſubramoſis. *Leers fl. herb. t.* 4. *f.* 2.

depreſſa. 8. A. culmis trifido-ramoſis decumbentibus, ariſtis ſcabriuſculis. *Koenig apud Retz obſ. bot.* 4. *p.* 22.

lanata. 9. A. panicula ramoſa, ariſta intermedia lanata. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* 25.

paniculata. 10. A. ſpiculis linearibus oblongis: ariſtis glabris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 25.

## 95. LOLIUM. *Cal.* 1phyllus, fixus, multiflorus. *Spiculae* alternae.

perenne. 1. L. ſpica mutica: ſpiculis compreſſis multifloris. *Flor. dan. t.* 740. *Schreb. gram. t.* 37.

tenue. 2. L. ſpica mutica tereti: ſpiculis trifloris.

tumulentum. 3. L. ſpica ariſtata: ſpiculis compreſſis multifloris. *Flor. dan. t.* 160. *Schreb. gram. t.* 36.

remotum. 4. L. ſpiculis remotis: ariſtis breviſſimis. *Schranck. baier. Flor.* 1. *p.* 382.

diſtachyon. 5. L. ſpica binata: calicibus unifloris, corollis lanatis. *Mant. p.* 187. *an hujus generis?*

## 1360. ROTTBOELLIA. *Rhachis* articulata, flexuoſa teretiuſcula, ſaepe filiformis: *floſculis* alternis. *Cal.* ovato-lanceolatus, compreſſus, ſimplex vel 2partitus.

incurvata. 1. R. ſpica tereti ſubulata: gluma calicina ſubulata adpreſſa bipartita. *Suppl. p.* 114. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 671. Aegilops incurvata. *Gill. pl. rar. Neap. faſc.* 1. *t.* VI. H.

compreſſa. 2. R. ſpica compreſſa ſubulata: gluma calicina lanceolata plana indiviſa. *Suppl. p.* 114.

dimidiata. 3. R. ſpica dimidiata compreſſa lineari: latere exteriori aggregato floſculoſo; interiori laevi nudo. *Suppl. p.* 114. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 87. Panicum dimidiatum. *Burm. fl. ind. t.* 8. *f.* 3.

4. R.

exaltata. 4. R. ſpica tereti filiformi undique floſculoſa: glumis ovatis obtuſis, vaginis punctato-hirſutis. *Suppl. p.* 114.

corymboſa. 5. R. ſpicis aggregatis lateralibus filiformibus: floſculis bifariis patentibus, foliis baſi ciliatis. *Suppl. p.* 114. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 671. Aegilops exaltata.

laevis. 6. R. ſpica floſculis binatis lateralibus: pedunculis longiſſimis, calicibus ovatis impunctatis laevibus. Koenig *apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 11.

Tranchelli. 7. R. ſpicis compreſſis pluribus faſciculatis pedunculatis: calicibus acutis. *Tranchell. apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 12. *an ſatis diſtincta a compreſſa?*

punctata. 8. R. ſpicis teretibus pluribus faſciculatis ſubſeſſilibus: floſculis ſolitariis alternis; calicibus punctatis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 12. *n.* 28.

muricata. 9. R. ſpicis teretibus pluribus longe pedunculatis: calicibus ciliato-aculeatis; neutris bifidis. *Retz. obſ. bot.* 2. *n.* 98. *et* 3. *p.* 12. *n.* 29.

ſanguinea. 10. R. paniculae ſpicis ariſtatis alternis ſimplicibus pedunculatis: florum bractea laterali ciliata. *Bladh. apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 25.

coelorhachis. 11. R. ſpica tereti unilaterali: floſculis geminis; altero pedicellato, calice bivalvi. *Forſt. fl. auſtr. p.* 9.

repens. 12. R. ſpica tereti ſubulata: gluma calicina univalvi indiviſa. *Forſt. fl. auſtr. p.* 9.

altiſſima. 13. R. ſpicis tereti-ſubulatis ſubfaſciculatis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 105.

## 96. ELYMUS. *Cal.* lateralis, 2valvis, aggregatus, multiflorus.

arenarius. 1. E. ſpica erecta arcta: calicibus tomentoſis floſculo longioribus. *Schreb. gram. t.* 40.

ſibiricus. 2. E. ſpica pendula arcta: ſpiculis binatis calice longioribus. *Schreb. gram. t.* 21. *f.* 1.

philadelphicus. 3. E. ſpica pendula patula: ſpiculis ſexfloris; inferioribus ternatis.

canadenſis. 4. E. ſpica nutante patula: ſpiculis inferioribus ternatis; ſuperioribus binatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 10. *f.* 2.

caninus. 5. E. ſpica nutante arcta: ſpiculis rectis involucro deſtitutis: infimis geminis. *Leers fl. herb. t. 12. f. 4.*

tener. 6. E. ſpica pendula: floſculis geminis. *Suppl. p. 1114.*

virginicus. 7. E. ſpica erecta: ſpiculis trifloris, involucro ſtriato.

europaeus. 8. E. ſpica erecta: ſpiculis bifloris, involucro aequalibus. *Scheuchz. gram. prodr. t. 1. f. 1.*

carolinianus. 9. E. ſpica erecta laevi; ſpiculis involucro aequalibus trifloris; floro intermedio pedicellato ſterili, ariſtis longitudine florum. *Walt. flor. carol. p. 82.*

Caput Meduſae. 10. E. ſpiculis bifloris: involucris ſetaceis patentiſſimis. *Schreb. gram. t. 24. f. 2.*

Hyſtrix. 11. E. ſpica erecta: ſpiculis involucro deſtitutis ſimplicibus; *nonne diſtincti generis?*

ſubulatus. 12. E. ſpica ſubulata: ſpiculis unifloris diſtichis alternis adpreſſis. *Forsk. fl. aeg. arab. p. 26. an hujus generis?*

## 97. SECALE. *Cal.* oppoſitus, 2valvis, 2florus, ſolitarius.

cereale. 1. S. glumarum ciliis ſcabris. *Blackw. herb. t. 424.*

villoſum. 2. S. glumarum ciliis villoſis, ſquamis calicinis cuneiformibus. *Buxb. cent. 5. t. 41.*

orientale. 3. S. glumis hirſutis, ſquamis calicinis ſubulatis.

creticum. 4. S. glumis extrorſum ciliatis.

proſtratum. 5. S. glumis ſubtrifloris: ſquamis calicinis carinatis. *Pall. it. 1. p. 485.*

## 98. HORDEUM. *Cal.* lateralis, 2valvis, 1florus, ternus.

vulgare. 1. H. floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis: ordinibus duobus erectioribus. *Haller. nov. comm. Goett. 6. t. 2. Regn. bot. t. 364.*

hexaſtichon. 2. H. floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis, ſeminibus ſexfariam aequaliter poſitis.

diſtichon. 3. H. floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus imbricatis. *Haller. nov. comm. Goett. 6. t. 3.*

4. H.

Zeocrithon. 4. H. floſculis lateralibus maſculis muticis, feminibus angularibus patentibus corticatis. *Schreb. gram. t.* 17.

bulboſum. 5. H. floſculis omnibus ternis fertilibus ariſtatis: involucris ſetaceis ciliatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 6. *f.* 7.

nodoſum. 6. H. floſculis lateralibus maſculis muticis: involucellis ſetaceis laevibus. *Raj. ſyn. angl.* 3. *t.* 20. *f.* 2.

perverſum. 7. H. floſculo medio maſculo ariſtato. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* XIX.

imrinum. 8. H. floſculo medio hermaphrodito ariſtato: ariſtis longis, lateralibus maſculis muticis. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* XIX. *an diſtincta ſpecies?*

murinum. 9. H. floſculis lateralibus maſculis ariſtatis dorſo glabris: involucris intermediis ciliatis. *Flor. dan. t.* 629.

ſecalinum. 10. H. floſculis lateralibus maſculis filiformibus ariſtatis dorſo glabris: involucris ſetaceis ſcabris. *Schreb. ſpic. fl. lipſ. p.* 148.

maritimum. 11. H. floſculis lateralibus maſculis ariſtatis dorſo hirſutiſſimis; involucris ſcabris. *Flor. dan. t.* 630.

pratenſe. 12. H. floſculis lateralibus maſculis muticis: involucris ſetaceis ſcabris. *Hudſ. flor. angl.* 56.

jubatum. 13. H. ariſtis involucriſque ſetaceis longiſſimis. *Schreb. gram. t.* 24. *f.* 3.

montanum. 14. H. floſculis lateralibus maſculis, medii ariſta longiſſima. *Scheuchz. agroſtogr. prodr. t.* 1.

geniculatum. 15. H. culmo decumbente foliis obtecto: ſummo ſpathaceo, ſupremo nodo incurvato. *Allion. fl. pedem. t.* 91. *f.* 3.

## 99. TRITICUM. *Cal.* 2valvis, ſolitarius, ſubtriflorus. *Flos* obtuſiuſculus.

* *Annua.*

aeſtivum. 1. Tr. calicibus quadrifloris ventricoſis glabris imbricatis ariſtatis. *Hall. nov. comm. Goett.* 5. *t.* 1. *f.* 1. *Blackw. herb. t.* 40. *f.* 4. 5.

hibernum. 2. Tr. calicibus quadrifloris ventricoſis laevibus imbricatis ſubmuticis. *Hall. n. Comm. Goett.* 5. *t.* 1. *f.* 2. *Blackw. herb. t.* 40. *f.* 1-3.

compoſitum. 3. Tr. ſpica compoſita: ſpiculis confertis ariſtatis. *Suppl. p.* 115.

turgidum. 4. Tr. calicibus quadrifloris ventricoſis villoſis imbricatis obtuſis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 1. *f.* 14.

polonicum. 5. Tr. calicibus bifloris nudis: floſculis longiſſime ariſtatis, rhacheos dentibus barbatis. *Hall. n. comm. Goett.* 5. *t.* 1. *f.* 16.

Spelta. 6. Tr. calicibus quadrifloris truncatis: floſculis ariſtatis hermaphroditis: intermedio neutro. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 6. *f.* 1. 3.

monococcon. 7. Tr. calicibus ſubtrifloris: primo ariſtato; intermedio neutro. *Haller nov. comm. Goett.* 5. *t.* 1. *f.* 17.

proſtratum. 8. Tr. ſpica diſticha ovata: calicibus multifloris; floſculis imbricatis ariſtato-mucronatis. *Suppl. p.* 114. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 44.

pumilum. 9. Tr. ſpica ovata: glumis ſubariſtatis; calicinis biſulcatis. *Suppl. p.* 114.

bicorne. 10. Tr. calicibus ſtriatis bicornibus trifloris: floſculis lateralibus fertilibus ariſtatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 26.

** *Perennia.*

junceum. 11. Tr. calicibus quinquefloris truncatis, foliis involutis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 1. *f.* 5.

repens. 12. Tr. calicibus quadrifloris ſubulatis acuminatis, foliis planis. *Flor. dan. t.* 748. *Schreb. gram. t.* 26.

maritimum. 13. Tr. panicula coarctata ſecunda rigida, ſpiculis ſubſeſſilibus unilateralibus multifloris: foliis planis ſubmucronatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 2. *f.* 6.

tenellum. 14. Tr. calicibus ſubquadrifloris: floſculis muticis acutis, foliis ſetaceis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 2. *f.* 3.

unilaterale. 15. Tr. calicibus unilateralibus alternis muticis. *Mant. p.* 35. *Pluckn. phyt.* 32. *f.* 7.

bromoides. 16. Tr. ſpiculis teretibus remotis. *Wiggers fl. holſ. p.* 11.

TRI-

*An diſtincta ſpecies hujus generis Triticum aegilopoides a* Forskåhlio *fl. aeg. arab. p.* 26, *memoratum.*

# TRIGYNIA.

1331. RESTIO. *Flores* dioici. *Amentum* imbricatum: *ſquamis* unifloris. *Cor.* 6petala.
♀. *Stil.* perſiſtentes. *Capſ.* 3locularis, plicata, polyſperma.

paniculatus. 1. R. culmo dichotomo folioſo, ramis compreſſis, ſpicis ſeſſilibus alternis erectis. *Fr. Rottb. pl. deſcr. et ic. t.* 2. *f.* 3.

verticillaris. 2. R. ramis verticillatis articulatis, panicula compoſita coarctata. *Suppl. p.* 425. *Thunb. de reſt. p.* 19. *n.* 22. *cum ic.*

dichotomus. 3. R. culmis dichotomis, dichotomis decumbentibus, ramis teretibus ſpicis ſolitariis. *Fr. Rottb. pl. deſcr. et ic. t.* 2. *f.* 1.

vimineus. 4. R. culmis ſimplicibus, ſpicis corymboſis. *Fr. Rottb. pl. deſcr. et ic. t.* 1. *f.* 1. *an idem cum dichotomo?*

triflorus. 5. R. culmis ſimplicibus folioſis, ſpicis alternis ſeſſilibus ſimplicibus. *Fr. Rottb. pl. deſcr. et ic. p.* 3.

ſimplex. 6. R. culmis ſimplicibus ſubfolioſis, ſpicis alternis ſubaggregatis: ſquamis ovatis. *Fr. Rottb. pl. deſcr. et ic. t.* 2. *f.* 5.

Elegia. 7. R. culmis ſimplicibus, ſpica glomerata: ſpathis partialibus vagis ſimplicibus. *Mant. p.* 297. Elegia juncea. *Rottb. pl. deſcr. et ic. t.* 3. *f.* 4.

cernuus. 8. R. culmo ſimplici aphyllo, ſpicis turbinatis pendulis. *Suppl. p.* 425. *Thunb. de reſtion. p.* 10. *n.* 4. *cum. ic.*

tectorum. 9. R. culmo ſimplici aphyllo, racemo compoſito erecto ſubſecundo. *Suppl. p.* 425.

imbricatus. 13. R. culmo ſimplici aphyllo, ſpica oblonga compreſſa. *Thunb. de reſtion. p.* 6. *n.* 1. *cum. ic.*

vaginatus. 14. R. culmo ſimplici aphyllo, ſpicis alternis erectis, ſquamis acuminatis. *Thunb. de reſtion. p.* 7. *n.* 2.

ariſtatus. 15. R. culmo ſimplici aphyllo, ſpicis terminalibus obovatis erectis, ſquamis ariſtatis. *Thunb. de reſtion. p.* 7. *n.* 3.

umbellatus. 16. R. culmo ſimplici aphyllo, ſpicis umbellatis ovatis, ſquamis oblongis obtuſis. *Thunb. diſſ. de reſt. p.* 11. *n.* 5. *cum ic.*

ſpiciger. 17. R. culmo ſimplici aphyllo, ſpicis oblongis hexagonis, ſquamis lanceolatis apice patulis. *Thunb. de reſt. p.* 11. *n.* 6. *cum ic.*

acuminatus. 18. R. culmo ſimplici aphyllo, panicula erecta, ſquamis ariſtatis. *Thunb. de reſt. p.* 13. *n.* 8. *Rottb. gram. t.* 3. *f.* 32.

parviflorus. 19. R. culmo ſimplici aphyllo, panicula erecta, ſquamis rotundatis membranaceis. *Thunb. de reſtion. p.* 13. *n.* 9.

erectus. 20. R. culmo ſimplici aphyllo, panicula erecta involucrata, ſpathis imbricatis lanceolatis. *Thunb. de reſt. p.* 14. *n.* 10.

argenteus. 21. R. culmo ſimplici aphyllo, panicula erecta, ſquamis lanceolatis ſcarioſis. *Thunb. de reſtion. p.* 14. *n.* 11.

ſcarioſus. 22. R. culmo ſimplici folioſo, ſpicarum ſquamis lanceolatis ſcarioſis. *Thunb. de reſtion. p.* 15. *n.* 12.

thamnochortus. 23. R. culmo ſimplici folioſo, panicula patente, ſquamis lanceolatis margine ſcarioſis. *Thunb. de reſt. p.* 15. *n.* 13. *Fr. Rottb. gram. p.* 2. *t.* 1. *f.* 1.

fruticoſus. 24. R. culmo ſimplici folioſo, panicula compoſita, ſquamis ſcarioſis laceris. *Thunb. de reſt. p.* 16. *n.* 14.

tetragonus. 25. R. culmo ramiſque tetragonis, ſpicis alternis. *Thunb. de reſtion. p.* 17. *n.* 17.

triticeus. 26. R. culmo dichotomo aphyllo erecto, ramis teretibus, ſpicis alternis. *Thunb. de reſt. p.* 17. *n.* 18. *Fr. Rottb. gram. t.* 3. *f.* 1.

glomeratus. 27. R. culmo dichotomo aphyllo laevi, panicula glomerata. *Thunb. de reſt. p.* 18. *n.* 19.

incurvatus. 28. R. culmo dichotomo aphyllo ſtricto, ſpicis imbricato-aggregatis. *Thunb. de reſt. p.* 18. *n.* 20.

digitatus. 29. R. culmo dichotomo aphyllo, ramis teretibus, ſpicis ternis oblongis. *Thunb. de reſtion. p.* 18. *n.* 21.

Scopa. 30. R. culmo dichotomo folioſo, ramis compreſſis, paniculae ſpicis glomeratis. *Thunb. de reſtion. p.* 19. *n.* 23.

virgatus. 31. R. culmo dichotomo folioſo, ramis compreſſis, ſpicis paniculatis pendulis. *Thunb. de reſtion. p.* 20. *n.* 24.

## 1280. CATURUS. *Flores* dioici.

♂. *Cor.* 3fida. *Cal.* o.
♀. *Cal.* 3partitus. *Cor.* o. *Capſ.* 3cocca.

ſpiciflorus. 1. Caturus. *Mant. p.* 127. *Burm. fl. ind. t.* 61. *f.* 1.

## 1102. EXCAECARIA. *Flores* dioici. *Amentum* nudum. *Cal.* o. *Cor.* o.

Agallocha. 1. Excaecaria. *Rumpf amb.* 2. *t.* 79. 80.

## 1050. PHYLLANTHUS. *Flores* monoici. *Cal.* 6-partitus campanulatus. *Cor.* o.

♀. *Stili* bifidi. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* ſolitaria.

grandifolius. 1. Ph. foliis ovatis obtuſis integerrimis, caule arboreo.

nutans. 2. Ph. fruticoſus, foliis alternis ovalibus, ſubtus glaucis, racemis terminalibus folioſis nutantibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 27. *Sloan. hiſt. of jam.* 1. *t.* 158. *f.* 3.

mimoſoides. 3. Ph. fruticoſus, ramis virgatis, foliis pinnatis floriferis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 27.

Conami. 4. Ph. caule fruticoſo ramoſiſſimo, foliis petiolatis ſubrotundis apice attenuatis obtuſiuſculis, pedunculis faſciculatis axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 3. *t.* 354.

Niruri. 5. Ph. foliolis pinnatis floriferis, floribus pedunculatis, caule herbaceo erecto. *Rheed. h. malab.* 10. *t.* 15.

Urinaria. 6. Ph. foliolis pinnatis floriferis, floribus ſeſſilibus, caule herbaceo procumbente. *Rheed. h. malab.* 10. *t.* 16.

bacciformis. 7. Ph. foliis pinnatis: foliolis ſenis, flore femineo terminali. *Mant. p.* 294.

racemoſus. 8. Ph. foliis pinnatis apice racemoſo-floriferis, fructu baccato exſucco, caule ſuffruticoſo. *Suppl. p.* 415.

Emblica. 9. Ph. foliis pinnatis floriferis, caule arboreo, fructu baccato. *Blackw. herb. t.* 400.

ſpecioſus. 10. Ph. caule arboreo ſimpliciſſimo, foliis pinnatis: pinnis lanceolatis ad crenas floriferis: pedunculo unifloro. *Jacq. collect.* 2. *p.* 360.

maderaſpatenſis. 11. Ph. foliolis alternis cuneiformibus mucronatis.

Arbuſcula. 12. Ph. foliolis lanceolatis acuminatis ſubcrenatis coriaceis, floribus pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 28.

falcatus. 15. Ph. foliis ſparſis lineari-lanceolatis ſubfalcatis crenatis, floribus ſubſeſſilibus. *Pluckn. phyt.* 247. *f.* 4.

rhamnoides. 13. Ph. foliolis alternis ovatis floriferis, pedunculis inferioribus geminis maſculis: ſuperioribus ſolitariis femineis, caule ſuffruticoſo. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 30.

ſtellatus. 16. Ph. foliis ſimplicibus alternis lanceolatis, umbellis ſeſſilibus axillaribus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 29.

carolinianus. 19. Ph. caule herbaceo erecto ramoſo, foliis alternis petiolatis ovatis glabris integris, floribus axillaribus pendulis. *Walt. flor. carol. p.* 228.

ſimplex. 17. Ph. foliis lanceolatis decurrentibus ramisque ſimplicibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 29.

Hamcur. 14. Ph. foliis alternis pinnatis: foliolis obovato-oblongis alternis, ſtipulis duabus lanceolatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 159.

virgatus. 18. Ph. foliis ſimplicibus alternis linearibus mucronatis, pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris, caule fruticoſo. *Forſt. fl. auſtr. p.* 65.

## 1060. AMARANTHUS.

*Flores* monoici. *Cor.* o.
*Cal.* 3-5phyllus.
♂. *Stam.* 2-5.
♀. *Capſ.* 1 locularis, circumſciſſa, 1 ſperma.

* *diandri.*

polygamus. 1. A. glomerulis ſubſpicatis ovatis, floribus hermaphroditis femineisque, foliis lanceolatis.

** *triandri.*

graecizans. 2. A. glomerulis axillaribus bipartitis, foliis lanceolatis repandis obtuſis.

melancholicus. 3. A. glomerulis axillaribus ſubrotundis ſeſſilibus, foliis lanceolatis acuminatis.

tricolor. 4. A. glomerulis axillaribus ſubrotundis amplexicaulibus, foliis lanceolato-ovatis coloratis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* A. 3. 4. 5.

5. A.

albus. 5. A. glomerulis axillaribus bipartitis: bracteis ſubulatis, foliis ovatis emarginatis lineatis ſtrictis. *Kniph. bot. orig. cent.* 11. *n.* 2.

polygonoides. 6. A. glomerulis axillaribus, foliis ovatis emarginatis, floribus femineis infundibuliformibus obtuſis. *Sloan. jam.* 1. *t.* 92. *f.* 2.

mangoſtanus. 7. A. glomerulis ſubſpicatis rotundatis, foliis rhombeis.

triſtis. 8. A. glomerulis ſubſpicatis rotundatis, foliis ovato-cordatis emarginatis petiolo brevioribus. *Rumpf amb.* 5. *t.* 82. *f.* 2.

lividus. 9. A. glomerulis ſubſpicatis rotundatis, foliis rotundato-ovatis retuſis.

gangeticus. 10. A. glomerulis ſubſpicatis ovatis, foliis lanceolato-ovatis emarginatis.

Blitum. 11. A. glomerulis lateralibus, floribus trifidis, foliis ovatis retuſis, caule diffuſo. *Plukn. phyt.* 212. *f.* 2.

viridis. 12. A. floribus glomeratis: maſculis trifidis, foliis ovatis emarginatis, caule erecto. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 92. *f.* 1.

deflexus. 13. A. ſpicis fructeſcentibus nutantibus carnoſis, caule diffuſo. *Mant. p.* 295.

ſcandens. 14. A. ſpicis interruptis compoſitis: ſpiculis inflexis, foliis ovatis, caule debili. *Suppl. p.* 419.

oleraceus. 15. A. glomerulis triandris pentandriſque, foliis ovatis obtuſiſſimis emarginatis rugoſis.

*** *Pentandri.*

paniculatus. 16. A. racemis ſupradecompoſitis: partialibus patentibus.

hybridus. 17. A. racemis decompoſitis congeſtis nudis: ſpiculis conjugatis. *Barr. ic.* 648.

cruentus. 18. A. racemis decompoſitis remotis patulo-nutantibus, foliis lanceolato-ovatis. *Mant. cent. t.* 6.

caudatus. 19. A. racemis decompoſitis cylindricis pendulis longiſſimis.

flavus. 20. A. racemis compoſitis: ſummo infimiſque nutantibus, foliis obovatis mucronatis.

hypochondriacus. 21. A. racemis compoſitis confertis erectis, foliis ovatis mucronatis.

ſanguineus. 22. A. racemis compoſitis erectis: lateralibus patentiſſimis, foliis ovato-oblongis. *Mill. ic. t.* 22.

retroflexus. 23. A. racemis lateralibus terminalibusque, caule flexuoſo villoſo, ramis recurvatis.

ſpinoſus. 24. A. racemis cylindricis erectis, axillis ſpinoſis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 83.

## 100. ERIOCAULON. *Cal.* communis, capitulum imbricatum. *Petala* 3 aequalia. *Stamina* ſupra germen.

triangulare. 1. E. culmo triangulari, foliis enſiformibus, capitulo ovato. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 16. *f.* 17.

quinquangulare. 2. E. culmo quinquangulari, foliis enſiformibus. *Pluckn. alm. t.* 221. *f.* 7.

amplexicaule. 3. E. culmo quinquangulari repente, foliis confertis canaliculatis ſemiamplexicaulibus, capitulis difformibus. *Fr. Rottb. act. litt. Hafn.* 1. *p.* 272. *t.* 1. *f.* 1.

ſexangulare. 4. E. culmo ſexangulari, foliis enſiformibus. *Burm. fl. ind. t.* 9. *f.* 4.

ſetaceum. 5. E. culmo ſexangulari, foliis ſetaceis. *Petiv. gaz. t.* 33. *f.* 10.

decangulare. 6. E. culmo decangulari, foliis enſiformibus. *Pet. gaz. t.* 6. *f.* 2.

faſciculatum. 7. E. culmo tereti ſimpliciſſimo, foliis confertis ciliatis, pedunculis faſciculatis terminalibus. *Fr. Rottb. act. litt. Hafn.* 1. *p.* 271. *t.* 2. *f.* 1.

anceps. 8. E. culmo compreſſo biſulco foliisque piloſis. *Walt. flor. carol. p.* 83.

ſerotinum. 9. E. culmo decangulari, foliis longis laevibus erectis. *Walt. flor. carol. p.* 83.

## 101. MONTIA. *Cal.* 2phyllus. *Cor.* 1petala, irregularis. *Capſ.* 1locularis, 2valvis.

fontana. 1. Montia. *Flor. dan. t.* 131.

102. PROSERPINACA. *Cal.* 3partitus, ſuperus. *Cor.* o. *Drupa* exſucca, infera 3locularis, 3ſperma.

paluſtris. 1. PROSERPINACA. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 8.

104. HOLOSTEUM. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 1locularis, ſubcylindrica, apice dehiſcens.

cordatum. 1. H. foliis ſubcordatis. *Mant. p.* 327. *Herm. par. bot. t.* 11.

ſucculentum. 2. H. foliis ellipticis carnoſis.

hirſutum. 3. H. foliis orbiculatis hirſutis.

umbellatum. 4. H. floribus umbellatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 22. *f.* 46.

diandrum. 5. H. foliis ſubrotundis, floribus diandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 27.

1241. KOENIGIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1, ovatum, nudum.

islandica. 1. KOENIGIA. *Mant. p.* 35. *Flor. dan. t.* 418.

MEBOREA. *Cal.* 6partitus perſiſtens. *Filament.* ſtilis adnata. *Capſ.* obtuſe 3gona, 6valvis, 6locularis, loculis 1ſpermis.

gujanenſis. 1. MEBOREA. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 825. *t.* 323.

105. POLYCARPON. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5 minima, ovata. *Capſ.* 1locularis, 3valvis.

magellanicum. 1. P. caulibus ſimpliciſſimis, foliis linearibus ſparſis imbricatis. *Suppl. p.* 415. *Forſt. char. gen. pl. t.* 5. Donatia. *Corolla tamen* 8-10 *petala.*

2. P.

tetraphyllum. 2. P. caule ramoſo proſtrato, foliis quaternis orbiculari-ovatis. *Suppl. p.* 116. *Barrel. pl. rar. ic.* 534.

uniflorum. 3. P. foliis ellipticis, pedunculis lateralibus unifloris. *Walt. flor. carol. p.* 83.

## 106. MOLLUGO. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 3locularis, 3valvis.

oppoſitifolia. 1. M. foliis oppoſitis lanceolatis, ramis alternis, pedunculis lateralibus confertis unifloris. *Pluckn. alm. t.* 75. *f.* 6.

triphylla. 5. M. foliis ternis obovatis: medio maximo, pedunculis verticillatis unifloris. *Pluken. amalth. t.* 257. *f.* 1.

ſtricta. 2. M. foliis ſubquaternis lanceolatis, floribus paniculatis nutantibus, caule erecto angulato. *Burm. fl. zeyl. t.* 5. *f.* 3.

pentaphylla. 3. M. foliis quinis obovatis aequalibus, floribus paniculatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 8. *f.* 12.

paniculata. 6. M. foliis quinis obovatis, pedunculis terminalibus. *Burm. th. zeyl. t.* 6. *f.* 2.

verticillata. 4. M. foliis verticillatis cuneiformibus acutis, caule ſubdiviſo decumbente, pedunculis unifloris. *Mill. illuſtr. ic.*

## 107. MINUARTIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 1locularis, 3valvis. *Sem.* nonnulla.

dichotoma. 1. M. floribus confertis dichotomis. *Act. Stockh.* 1758. *t.* 1. *f.* 4.

campeſtris. 2. M. floribus terminalibus alternis bractea longioribus. *Act. Stockh.* 1758. *t.* 1. *f.* 3.

montana. 3. M. floribus lateralibus alternis bractea brevioribus. *Mant. p.* 328. *Loefl. it. t.* 1. *f.* 4.

## 108. QUERIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 1locularis, 3valvis. *Sem.* 1.

hiſpanica. 1. Q. floribus confertis.

canadenſis. 2. Q. floribus ſolitariis, caule dichotomo.

109.

109. LECHEA. *Cal.* 3phyllus aut 0. *Petala* 3 linearia. *Capſ.* 3locularis, 3valvis: valvis totidem interioribus. *Sem.* 1.

minor. 1. L. foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis. *Amoen. ac.* 3. *t.* 1. *f.* 4.

major. 2. L. foliis ovato-lanceolatis, floribus lateralibus vagis. *Stam.* 4.

juncifolia. 3. L. foliis radicalibus teretibus; floribus nudis. *Walt. flor. carol. p.* 83.

## ENNEAGYNIA.

1100. EMPETRUM. *Flores* dioici. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala.
♂. *Stam.* longa.
♀. *Bacca* 9ſperma.

album. 1. E. erectum.

nigrum. 2. E. procumbens. *Mill. illuſtr. ic.*

pinnatum. 3. E. calice quinquedentato. *la Marck encycl.* 1. *p.* 567 *utrum hujus, an potius diſtincti generis?*

*CLAS-*

## *CLASSIS IV.*

# TETRANDRIA.

## MONOGYNIA.

* *Flores monopetali.*

T *monoſpermi.*

† *inferi.*

SCEURA. *Cal.* 8fidus. *Cor.* campanulata. *Sem.* 1. calice coronatum.

112. GLOBULARIA. *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* irregulares. *Sem.* nuda.

PERAMA. *Cal.* 4partitus. *Cor.* tubo longo; limbo 4fido. *Germen* ovatum, utrinque ſulcatum.

MACUCUA. *Cor.* tubo breviſſimo: limbo 4fido. *Cal.* 4partitus. *Germen* minimum. *Stil.* o.

†† *ſuperi. Aggregatae.*

113. CEPHALANTHUS. *Cal.* communis o. *Recept.* globoſum, villoſum. *Sem.* lanuginoſa.

114. DIPSACUS. *Cal.* communis foliaceus. *Recept.* conicum, paleaceum. *Sem.* columnaria.

LIDBECKIA. *Cal.* imbricatus: foliolis parallelis. *Receptaculum* nudum. *Sem. infimo ſtili articulo coronata.*

115. SCABIOSA. *Cal.* communis polyphyllus. *Receptaculum* elevatum ſubpaleaceum. *Sem.* coronata, involuta.

116. KNAUTIA. *Cal.* communis oblongus. *Recept.* planum, nudum. *Sem.* apice villoſa.

CRINITA. *Cal.* comm. imbricatus. *Recept.* ſetoſum. *Perianth.* 4fidum. *Cor.* infundibuliformis, 4fida.

EVEA. *Cal.* comm. 4phyllus; proprius 4dentatus.

117. ALLIONIA. *Cal.* communis 3phyllus, 3florus; proprius ſuperus o. *Sem.* nuda.

1336. STILBE. *Cal.* communis 3phyllus. *Flores* hermaphroditi et maſculi. *Sem.* calice proprio tectum.

Boer-

*Boerhaavia tetrandra. Valeriana ſibirica, ſupina, villoſa. Theſium alpinum.*

†† *monocarpi.*

† *inferi.*

| | |
|---|---|
| RELHAMIA. | *Cal.* 4partitus. *Drupa* ſubrotunda ſucculenta: nucleo 4-5loculari. |
| PANZERIA. | *Cal.* 4fidus. *Cor.* infundibuliformis. *Bacca* 2locularis. |
| WITKERINGIA. | *Cor.* campanulata. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* polyſperma. |
| PYROSTRIA. | *Cor.* ſubcampanulata, patens, ſemiquinquefida: fauce tomentoſa. *Cal.* ſubquadridentatus. *Stigm.* capitatum. *Drupa* depreſſa: *Nuces* 8 1ſpermae. |
| 136. AQUARTIA. | *Cor.* rotata. *Cal.* ſubquadrifidus. *Bacca* polyſperma. |
| MYONIMA. | *Cor.* obtuſe 4partita: tubo brevi. *Cal.* ſubinteger. *Antherae* exſertae. *Stigma* craſſiuſculum. *Drupa* depreſſa. *Nux* 4locularis, 4ſperma. |
| WALLENIA. | *Cor.* tubuloſa, 4fida. *Cal.* 4fidus. *Bacca* 1ſperma. |
| 135. CALLICARPA. | *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4fidus. *Bacca* 4ſperma. |
| PETITIA. | *Cor.* tubuloſa, 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Drupa* ſubrotunda: *Nux* 2locularis; *nuclei* ſolitarii. |
| CHAETOCARPUS. | *Cor.* tubuloſa, 4fida. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* ovata, hiſpida, 4valvis, 4locularis. |
| LASIOSTOMA. | *Cor.* infundibuliformis, 4fida. *Cal.* 5partitus. *Capſ.* orbiculata, 1locularis, 2ſperma. |
| MYRMECIA. | *Cor.* tubuloſa, 5fida. *Cal.* 5dentatus. *Nectar.* glandul. 5. *germen* cingentes. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, polyſperma. |
| 1290. AEGIPHILA. | *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* ſemibifidus. *Bacca* 4ſperma. |
| 143. SCOPARIA. | *Cor.* rotata. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 1locularis, 2valvis. |
| 1328. LITTORELLA. | *Flores* monoici. *Cor.* 4fida. ♂. *Cal.* 4phyllus. *Stamin.* longa. ♀. *Cal.* o. *Stil.* longus. *Sem.* nucleus. |
| 145. CENTUNCULUS. | *Cor.* rotata. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 1locularis; circumſciſſa. |

142. PLANTAGO. *Cor.* refracta. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 2locularis, circumſciſſa.

137. POLYPREMUM. *Cor.* rotata. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 2locularis, emarginata.

140. BUDDLEIA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 2locularis, 2ſulca.

LABATIA. *Cor.* ſubcampanulata, 4fida laciniis 2 minutis in diviſuris corollae. *Capſ.* 4locularis. *Sem.* ſolitaria.

141. EXACUM. *Cor.* ſubcampanulata. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 2locularis, compreſſa.

139. BLAERIA. *Cor.* ſubcampanulata. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 4locularis, angulis dehiſcens.

JUNGHANSIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus. *Drupa* ſubgloboſa. *Nux* 4-5locularis.

138. PENAEA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 4locularis, 4valvis.

160. PRABEIUM. *Flores* polygami, amentacei. *Cor.* 4partita, ſuperne revoluta.
☿. *Stigmata* 2. *Drupa* ſubrotunda. *Sem.* globoſum.

FARAMEA. *Cor.* tubuloſa, 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Stigma* 2lobum. *Peric.* 2loculare.

* *Swertia corniculata, dichotoma.*
* *Gentianae quadrifidae. Guettarda elliptica, membranacea.*
* *Didynamiae Angioſpermae. Embelia a Retzio obſ. bot. 4. p. 24. memorata.*

†† *ſuperi.*

CHOMELIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* tubuloſus, 4fidus. *Drupa* ovalis: *Nux* oblonga 2locularis; *nuclei* ſolitarii.

132. PAVETTA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 1ſperma.

ERNODEA. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* 4partitus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* ſolitaria.

131. IXORA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4partitus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* 2.

ANTIRHEA. *Cor.* 4loba patens: tubo brevi. *Cal.* 4dentatus, minimus, ſuperus. *Antherae* ſubſeſſiles incluſae. *Drupa* ovata: *Nux* 2locularis, 2ſperma.

133. PETESIA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 2locularis, polyſperma.

RACKA.

RACKA. *Cor.* rotata, 4partita. *Cal.* 4partitus. *Filam.* o. *Fructus*, - - - -

HOFFMANNIA. *Cor.* hypocrateriformis, 4partita. *Cal.* 4dentatus. *Filam.* o. *Bacca* 2locularis, polyſperma.

TONTANEA. *Cor.* infundibuliformis 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 2partibilis, 2locularis, polyſperma.

130. CATESBAEA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 1locularis, polyſperma.

CUSSAREA. *Cor.* tubo brevi: limbo 4fido. *Cal.* 5dentatus. *Bacca* ovata 1locularis, 1ſperma.

MALANEA. *Cor.* 4fida: tubo breviſſimo. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 1locularis: *oſſiculo* 2loculari.

COCCOSIPSILUM. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4partitus. *Bacca* inflata, 2locularis, polyſperma.

FERNELIA. *Cor.* 4loba. *Cal.* 4fidus. *Bacca* piſiformis, 2locularis, polyſperma.

134. MITCHELLA. *Cor.* 2. tubuloſae. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 4ſperma; 2flora, 2fida.

1361. HYDROPHYLAX. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* anceps, 1ſperma.

NACIBEA. *Cor.* tubo ventricoſo; limbo 4fido. *Cal.* turbinatus. *Capſ.* ovata, 4valvis, 2locularis, polyſperma.

118. HEDYOTIS. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* didyma, polyſperma, apice dehiſcens.

POIRETIA. *Cor.* hypocrateriformis: tubo longo. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 2dyma, polyſperma.

154. OLDENLANDIA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* didyma, polyſperma, dehiſcens inter dentes.

CARPHALEA. *Cor.* tubo filiformi: fauce ventricoſa. *Cal.* turbinatus 4fidus. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, polyſperma.

1338. MANNETTIA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 8phyllus. *Capſ.* 2locularis.

146. SANGUISORBA. *Cor.* plana. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 4gona inter calicem et corollam.

RORIDA. *Cor.* patens. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* oblonga, polyſperma.

PATABEA. *Cor.* 4fida, tubo oblongo. *Cal.* 4 dentatus. *Stil.* 2fidus. *Stigm.* 2.

* *Verbenae tetrandrae.*
* *Gratiola Monnieria. Hillia tetrandra.*
* *Coffea occidentalis. Portlandia tetrandra. Lycium tetrandrum.*
* *Peplis tetrandra. Rondoletia piloſa, virgata.*

††† *dicocci.*

† *inferi.*

142. HOUSTONIA. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4dentatus. *Capſ.* 2locularis, 2valvis.
1242. SCABRITA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* tubuloſus, truncatus. *Sem.* compreſſa, emarginata.

†† *ſuperi*, Stellatae.

SIDERODENDRUM. *Cor.* tubuloſa, 4fida. *Cal.* minimus, 4dentatus. *Bacca* 2cocca.
127. RUBIA. *Cor.* campanulata. *Fructus* baccati.
125. GALIUM. *Cor.* plana. *Fructus* ſubgloboſi. *Flores* omnes hermaphroditi.
1151. VALANTIA. *Cor.* plana. *Fructus* ſubgloboſus. *Flores* nonnulli mere maſculi.
121. ASPERULA. *Cor.* tubuloſa. *Fructus* ſubgloboſi.
120. SHERARDIA. *Cor.* tubuloſa. *Fructus* coronatus. *Sem.* 3dentata.
119. SPERMACOCE. *Cor.* tubuloſa. *Fructus* coronatus. *Sem.* 2dentata.
123. KNOXIA. *Cor.* tubuloſa. *Fructus* 2partibilis, ſulcatus.
122. DIODIA. *Cor.* tubuloſa. *Fructus* 4gonus, coronatus, 2valvis.
126. CRUCIANELLA. *Cor.* tubuloſa ariſtata. *Fructus* nudus. *Sem.* linearia.

†††† *tetracocci, inferi.*

129. SIPHONANTHUS. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 5partitus. *Baccae* 4, 1ſpermae.
SIMBULETA. *Cor.* campanulata, ringens. *Cal.* 5fidus. *Antherae* cohaerentes.
OPERCULARIA. *Cal.* *communis* 1phyllus, clauſus receptaculo communi, ſupra florifero, ſubtus ſeminifero, per maturitatem caduco.
RUSSEA. *Cor.* campanulata 4fida. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* 4angularis, polyſperma.

* *Didy-*

* *Didynamiae Gymnoſpermae?*

** *tripetali.*

*Lechea major.*

*** *tetrapetali.*

† *inferi.*

FRASERA. *Petala* intus barbata. *Cal.* 4phyllus. *Siliq.* *Sem.* marginata.

148. EPIMEDIUM. *Petala* nectar. 4 incumb. *Cal.* 4phyllus. *Siliqua* 1locularia.

SKIMMIA. *Petala* concava. *Cal.* 4partitus. *Bacca* 4ſperma.

MONETIA. *Petala* revoluta. *Cal.* 4fidus. *Bacca* 2 2locularis. *Sem.* ſolitaria.

144. RHACOMA. *Petala* fimbriata. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 1ſperma.

OTHERA. *Petala* ovata plana. *Cal.* 4partitus. *Stigma* ſeſſile. *Capſula?*

ORIXA. *Petala* lanceolata plana. *Cal.* 4partitus. *Stigma* capitatum. *Capſula?*

152. PTELEA. *Petala* coriacea. *Cal.* 4partitus. *Drupa* exſucca, compreſſa.

1291. SAMARA. *Petala* baſi lacuna. *Cal.* 4partitus. *Drupa* ſubrotunda. *Stigma* infundibuliforme.

BLACKBURNIA. *Petala* elliptica. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 1ſperma?

150. FAGARA. *Petala* ſtaminibus breviora. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 4fida, 1ſperma.

255. AMMANNIA. *Petala* rarius praeſentia. *Cal.* tubuloſus, 8dentatus. *Capſ.* 4locularis.

1362. BANKSIA. *Amentum* ſquamatum. *Antherae* in cavitate laminarum ſeſſiles. *Capſ.* 2valvis. *Sem.* 2partibile.

1363. HARTOGIA. *Petala* patentia. *Cal.* 5fidus. *Drupa* ovata, 2ſperma.

111. PROTEA. *Cal.* communis. *Antherae* petalis infra apicem inſertae. *Sem.* 1. nudum.

ROPALA. *Cal.* 0. *Filamenta* petalis inſerta. *Peric.* 1locul. 1ſpermum.

MAYEPEA. *Cal.* 1phyllus, 4partitus. *Petala* filo terminata. *Drupa* 1locularis. *Nux* 1ſperma.

AZIMA. *Cal.* 3-4fidus. *Cor.* calicina. *Capſ.* 1locularis, 1ſperma.

CANSCORA. *Cal.* ventricoſus 2alatus, 2fidus. *Petal.* 2 majora. *Capſ.* polyſperma.

* *Cardamine hirſuta. Bulbocodium vernum.*
* *Euonymus europaeus.*

†† *ſuperi.*

157. TRAPA. *Cal.* 4partitus. *Nux* armata ſpinis conicis oppoſitis.
147. CISSUS. *Cor.* cingens germen. *Bacca* 1ſperma.
148. CORNUS. *Cal.* 4dentatus, deciduus. *Drupa* nucleo 2loculari.
153. LUDWIGIA. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 4locularis, 4gona.
480. SANTALUM. *Cor.* calici innata. *Bacca* 1ſperma.
VOTOMITA. *Cor.* receptaculo inſerta. *Drupa* 1locularis, 1ſperma.
1274. SERPICULA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4dentatus.
♀. *Cal.* 4partitus. *Nux* tomentoſa.
AUCUBA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4dentatus.
♀. *Nectarium* 0. *Bacca* 1ſperma.
1432. MONTINIA. *Flores* dioici. *Cal.* 4dentatus.
♀. *Filam.* ſterilia. *Stil.* 2fidus. *Capſ.* oblonga, 2locularis.

**** *pentepetalis.*

† *Melaſtoma tetrandrum.*

***** *incompleti.*

† *inferi.*

1244. STRUTHIOLA. *Cor.* 4fida. *Nectar.* gland. 8. *Bacca* 1ſperma, ſicca.
161. CRAMERIA. *Cor.* 4petala. *Bacca* ſicca, 1ſperma, echinata.
162. RIVINA. *Cor.* 4petala. *Bacca* 1ſperma. *Sem.* ſcabrum.
1364. EMBOTHRIUM. *Cor.* 4petala. *Antherae* ſeſſiles apicibus petalorum inſidentes.
CHLORANTHUS. *Cor.* 3loba lateri germinis inſidens. *Antherae* corollae adnatae. *Bacca* 1ſperma.
NIGRINA. *Cor.* 4petala. *Capſula?*
CANSJERA. *Cal.* globoſo-urceolatus, 4dentatus. *Antherae* incluſae. *Germen* ſquamulis 4 cinctum. *Stigm.* capitatum.

SAL-

SALVADORA. *Cal.* 4fidus. *Bacca* 1ſperma. *Sem.* arillatum.

EMBELIA. *Cal.* 4fidus. *Stil.* o. *Bacca.*

164. CAMPHOROSMA. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 1ſperma.

165. ALCHEMILLA. *Cal.* 8fidus. *Sem.* 1. calici incluſum.

158. DORSTENIA. *Cal. Receptac.* planum, carnoſum, commune.

1243. COMETES. *Umbella* 4phylla, 3flora. *Capſ.* 3cocca.

MAJANTHEMUM. *Cor.* 4fida. *Stigma* 2fidum. *Bacca* locularis, 2ſperma.

1152. PARIETARIA. *Flores* hermaphroditi et mere feminei. *Cal.* 4fidus. *Sem.* 1. elongatum.

BOEHMERIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4partitus.
♀. *Cal.* o. at inter ſquamas confertas ſingulas. *Germen* obovatum. *Sem.* 1. compreſſum.

PROCRIS. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4fidus, ſtaminibus brevior.
♀. *Capſ.* minima, receptaculo baccato ſphaeroideo immerſa.

EMPLEURUM. *Flores* monoici. *Cal.* campanulatus 4dentatus.
♀. *Capſ.* oblonga, compreſſa, 1locularis, 1ſperma.

1054. URTICA. *Flores* monoici, rarius dioici.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Nectarium* centrale, cyathiforme.
♀. *Cal.* 2valvis. *Sem.* 1. nitidum.

1104. BATIS. *Flores* dioici amentacei. *Cal.* et *Cor.* o.
♂. *Amentum* 4fariam imbricatum.
♀. *Amentum* ovatum: involucro 2phyllo. *Stigma* 2lobum, ſeſſile. *Baccae* coadunatae, 4ſpermae.

1103. TROPHIS. *Flores* dioici: *Cal.* o.
♂. *Cor.* 4petala.
♀. *Cor.* o. *Stil.* 2partitus. *Bacca* 1ſperma.

MAPRANEA. *Flores* dioici. *Cal.* 4partitus.
♂. *Filam.* 1. ſuſtinens anth. 4.

* *Corchorus Corata.*
* *Ammannia. Salſola tetrandra.*

TT *ſuperi.*

1105. VISCUM. *Flores* dioici.

♂. *Cal.* 4partitus. *Antherae* ſine filamentis calici adnatae.
♀. *Cal.* 4phyllus. *Stil.* o. *Bacca* 1ſperma. *Sem.* cordatum.

1106. HIPPOPHAE. *Flores* dioici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 2partitus.
♀. *Cal.* 2fidus. *Bacca* 1ſperma.

KRASCHENNIMKOWA. *Flores* diclini.
♂. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Cal.* ſubbifidus. *Sem.* 1. arillatum.

1031. POTHOS. *Spatha.* *Spadix* ſimplex; tecta. *Cor.* 4petala. *Stamina* germini proxima. *Baccae* 2ſpermae.

1019. NEPENTHES. *Cal.* 4partitus. *Stamin.* germini proxima. *Capſ.* 4locularis.

MOSCHARIA. *Cal.* 5dentatus. *Stam.* germini proxima. *Sem.* 4 nuda.

1292. SIRIUM. *Cal.* campanulatus. *Nectar.* 4phyllum. *Bacca* 3locularis.

1293. ACAENA. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* echinata, 1ſperma.

156. ISNARDIA. *Cal.* campanulatus, perſiſtens. *Capſ.* 4locularis.

159. ELAEAGRUS. *Cal.* campanulatus, deciduus. *Drupa.*

GONOCARPUS. *Cor.* 4fida. *Drupa* 8gona, 1ſperma.

* *Theſium alpinum.*

## DIGYNIA.

NERTERA. *Cal.* o. *Cor.* infundibuliformis, 4fida. *Bacca* infera, 2locularis, 2ſperma.

168. BUFFONIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 1locularis, 2valvis, 2ſperma.

171. HYPECOUM. *Cor.* 2petala, inaequalis. *Cal.* 2phyllus. *Siliqua.*

169. HAMAMELIS. *Cor.* 4petala, longiſſima. *Cal.* duplex. *Nux* 2locularis, 2cornis.

1052. BETULA. *Flores* monoici. *Cal.* 3fidus. *Cor.* 4partita.
♂. *Cal.* 3florus.
♀. *Cal.* 2florus. *Sem.* utrinque membrana alata.

1053. MORUS. *Flores* diclini. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4partitus.
♀. *Cal.* 4phyllus, fructif. baccatus. *Sem.* 1.

LAU-

LAUREMBERGA. *Flores* diclini inferi.
♂. *Cal.* parvus 4partitus. *Cor.* 4petala.
♀. *Cal.* et *Cor.* o. *Nux* toruloſa.

SCHAEFFERIA. *Flores* monoici. *Cor.* 4petala aut o.
♂. *Cal.* 4-5phyllus.
♀. *Cal.* 4-5partitus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* ſolitaria.

ANTHOSPERMUM. *Flores* polygami. *Cal.* 4partitus. *Cor.* o.
☿. *Germen* ſuperum.

MYRICA. *Flores* dioici. *Amentum* ſquamis lunatis. *Cor.* o.
♀. *Bacca* 1ſperma.

170. CUSCUTA. *Cor.* 4fida, ovata. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 2locularis, circumſciſſa.

1365. GOMOZIA. *Cor.* 4fida campanulata. *Cal.* o. *Bacca* 2locularis.

PAGAMEA. *Cor.* 4fida tubo brevi. *Cal.* 4dentata. *Bacca* 2locularis; oſſiuſculis 2locularibus; loculis 1ſpermis.

GALOPINA. *Cor.* 4fida. *Cal.* o. *Semina* 2 nuda.

167. CRUZITA. *Cor.* o. *Cal.* 4phyllus, exterior 3phyllus. *Sem.* 1.

* *Herniaria fruticoſa.*
* *Gentiana.*
* *Swertia.*

## TRIGYNIA.

1053. BUXUS. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 2petala. Rudiment. *germinis.*
♀. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 3petala. *Capſ.* 3roſtris, 3locularis. *Semina* 2.

ARGYTHAMNIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 2phyllus. *Cor.* 4petala.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Stil.* dichotomi. *Capſ.* 3cocca. *Sem.* ſolitaria.

CRANTZIA. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Filamenta* ovata.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Stili* conici. *Capſ.* 3cornis, 3locularis. *Sem.* bina.

TE-

# TETRAGYNIA.

1275. CICCA. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 4cocca.

172. ILEX. *Cor.* 1petala. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 4ſperma.

173. COLDENIA. *Cor.* 1petala. *Cal.* 4phyllus. *Sem.* 2, 2locularia.

176. SAGINA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 4locularis, polyſperma.

177. TILLAEA. *Cor.* 3-4petala. *Cal.* 3-4phyllus. *Capſulae* 3-4polyſpermae.

178. MYGINDA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus. *Drupa* 1-ſperma.

174. POTAMOGETON. *Cor.* o. *Cal.* 4phyllus. *Sem.* 4 ſeſſilia.

175. RUPPIA. *Cor.* o. *Cal.* o. *Sem.* 4. pedicellata.

RADIOLA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capſ.* globoſa, 4valvis, 8locularis. *Semina* ſolitaria.

BRUCEA. *Flores* dioici. *Cal.* ſubtetraphyllus. *Cor.* 4petala. *Nectarium* receptaculo ſimile, 4lobum.
♀. *Sem.* ſolitaria.

MO-

# MONOGYNIA.

110. PROTEA. *Cor.* 4petala: interdum baſi vel apice cohaerentibus.
*Antherae* lineares vel oblongae, petalis infra apicem inſertae.
*Cal.* proprius 0. *Nux* ſupera, 1locularis, evalvis.

* *Pinnatae*, foliis pinnatis, filiformibus.

decumbens. 1. Pr. foliis trifidis filiformibus, caule decumbente. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 1. *t.* 1.

florida. 2. Pr. foliis trifidis filiformibus, caule erecto, capitulis ſolitariis bracteis obvallatis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 2. *t.* 1.

cyanoides. 3. Pr. foliis trifido-binnatis filiformibus, caule erecto, capitulis ſolitariis nudis. *Mant. p.* 188. *Pluckn. mant. t.* 345. *f.* 6.

patula. 4. Pr. foliis trifido-pinnatis filiformibus, caule erecto, capitulis aggregatis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 4.

ſphaerocephala. 5. Pr. foliis bipinnatis filiformibus, pedunculis capitulis brevioribus, ſquamis calicinis ovatis baſi villoſis. *Mant. p.* 188.

Serraria. 6. Pr. foliis bipinnatis filiformibus hirtis, pedunculis capitulis longioribus, ſquamis calicinis ovato-lanceolatis hirtis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron Serraria. *Mant. p.* 188. *Burm. afr. t.* 99. *f.* 1.

triternata. 7. Pr. foliis bipinnatis filiformibus glabris, pedunculis capitulis longioribus, ſquamis calicinis lanceolatis hirtis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 7.

glomerata. 8. Pr. foliis bipinnatis filiformibus, pedunculo communi elongato nudo: pedicellis capitulis longioribus. *Mant. p.* 187. *Burm. afr. t.* 99. *f.* 2.

phylicoides. 9. Pr. foliis bipinnatis filiformibus, capitulis terminalibus ſolitariis lanatis. *Berg. act. Stockh.* 1766. *p.* 327.

Lagopus. 10. Pr. foliis bipinnatis filiformibus, capitulis ſpicatis aggregatis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 10.

ſpicata. 11. Pr. foliis bipinnatis filiformibus, capitulis ſpicatis diſtinctis. *Mant. p.* 187.

Sceptrum. 12. Pr. foliis inferioribus bipinnatis: ſuperioribus trifidis integrisque. *Sparrm. act. Stockh.* 1777. *p.* 53. *t.* 1.

** *Dentatae*, foliis dentatis, calloſis.

crinita. 13. Pr. foliis quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulis ſubternis terminalibus. *Berg. act. Stoch.* 1766. *p.* 320. Leucadendron oleaefolium.

conocarpa. 14. Pr. foliis quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulo terminali. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron concarpodendron. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 196.

elliptica. 15. Pr. foliis tridentatis ellipticis glabris, caule erecto; capitulo terminali. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 15.

hypophylla. 16. Pr. foliis tridentatis glabris ſecundis, caule decumbente, capitulo terminali. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron Hypophylladendron. *Mant. p.* 191. *Boerh. h. Lugdb. ind.* 2. *t.* 198.

cucullata. 17. Pr. foliis tridentatis glabris, capitulis lateralibus. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron cucullatum. *Pluckn. alm. t.* 304. *f.* 6.

tomentoſa. 18. Pr. foliis tridentatis tomentoſis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 18.

heterophylla. 19. Pr. foliis tridentatis integrisque, caule decumbente. *Thunberg diſſ. de protea. n.* 19.

*** *Aceroſae*, foliis filiformibus ſubulatisve.

pinifolia. 20. Pr. foliis filiformibus, floribus racemoſis ecaliculatis glabris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron pinifolium. *Mant. p.* 36. 187. *Burm. afr. t.* 70. *f.* 3.

racemoſa. 21. Pr. foliis filiformibus, floribus racemoſis caliculatis tomentoſis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron racemoſum.

incurva. 22. Pr. foliis filiformibus incurvis glabris, capitulis racemoſo-ſpicatis tomentoſis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 22. *t.* 3.

caudata. 23. Pr. foliis filiformibus hirtis, capitulis ſubſeſſilibus ſpicatis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 23. *t.* 2.

bracteata. 24. Pr. foliis filiformi-canaliculatis, capitulo terminali: bracteis multifidis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron cancellatum. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 24. *t.* 1.

comoſa. 25. Pr. foliis inferioribus filiformibus: ſuperioribus lanceolatis, capitulo terminali. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 25.

26. Pr.

purpurea. 26. Pr. foliis linearibus recurvis, capitulis terminalibus cernuis, caule decumbente. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron proteoides.

brunia-des. 27. Pr. foliis ſubulatis, capitulis globoſis terminalibus. *Suppl. p.* 117. *an diſtincta vere ſpecies?*

prolifera. 28. Pr. foliis ſubulatis adpreſſis, caule prolifero. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 27. *f.* 4.

corymbo-ſa. 29. Pr. foliis lineari-ſubulatis adpreſſis ramulis ſubfaſtigiatis verticillatis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 28. *t.* 2.

nana. 30. Pr. foliis lineari-ſubulatis, capitulo terminali: calice colorato. *Mant. p.* 189. *Petiv. gaz. t.* 25. *f.* 7.

lanata. 31. Pr. foliis triquetris adpreſſis, capitulo terminali lanato. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 30. *t.* 3.

**** *lineares*, foliis linearibus.

torta. 32. Pr. foliis linearibus obliquis calloſis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 31.

alba. 33. Pr. foliis linearibus ſericeo-tomentoſis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 32.

***** *lanceolatae*, foliis ellipticis aut lanceolatis.

aulacea. 34. Pr. foliis ellipticis, floribus racemoſis ecaliculatis. *Thunb. diſſ. de protea n.* 33. *t.* 2.

umbella-ta. 35. Pr. foliis ellipticis, capitulis terminalibus: bracteis multifidis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 34.

linearis. 36. Pr. foliis ellipticis, capitulo terminali tomentoſo. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 35. *t.* 4.

Scolymus. 37. Pr. foliis lanceolatis acutis capituloque terminali rotundo glabris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron ſcolymocephalum. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 192.

mellifera. 38. Pr. foliis lanceolato-ellipticis capituloque terminali oblongo glabris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron repens. *Mant. p.* 189.

repens. 39. Pr. foliis lanceolato-ellipticis, capituloque ovato glabris, caule decumbente breviſſima. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 38. *Boerh. h. ludgb. ind.* 2. *t.* 190.

obliqua. 40. Pr. foliis ellipticis glabris calloſis obliquis, capitulo caulino terminali. *Thunb. diſſ. de protea n.* 39.

41. Pr.

parviflora. 41. Pr. foliis ellipticis obtuſis calloſis obliquis, capitulis terminalibus ramulorum glabris. *Mant. p.* 195. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 40. *t.* 4.

pallens. 42. Pr. foliis ellipticis glabris acutis calloſis, capitulo terminali involucrato: involucro longo acuto pallido. *Mant. p.* 193. *Boerh. ind. h. lugdb.* 2. *t.* 200.

conifera. 43. Pr. foliis ellipticis glabris acutis calloſis, capitulo terminali involucrato: involucro longo acuto concolore. *Mant. p.* 194. Protea ſaligna. *Boerh. ind. h. lugdb.* 2. *t.* 197.

Leviſanus. 44. Pr. foliis ellipticis glabris obtuſis, capitulo terminali involucrato: involucro brevi obtuſo. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 202.

ſtrobilina. 45. Pr. foliis elliptico-oblongis retuſo-calloſis capituloque terminali glabris. *Mant. p.* 192.

imbricata. 46. Pr. foliis lanceolatis glabris ſtriatis imbricatis, capitulo terminali. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 45. *t.* 5.

ſericea. 47. Pr. foliis lanceolatis ſericeis, ramis filiformibus, caule decumbente. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 46.

ſaligna. 48. Pr. foliis lanceolatis ſericeis, caule fruticoſo, capitulis oblongis involucratis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 47. *Pluckn. mant. t.* 229. *f.* 4.

argentea. 49. Pr. foliis lanceolatis argenteo tomentoſis ciliatis, caule arboreo, capitulis globoſis. *Mant. p.* 194. *Boerh. h. lugdb. ind. t.* 195. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 51. *f.* 7.

plumoſa. 50. Pr. foliis lanceolato-cuneiformibus incanis, capitulo terminali oblongo, petalis ſubtus glabris, ſupra piloſis: pilis longiſſimis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 127.

cinerea. 51. Pr. foliis lineari-cuneiformibus capituloque terminali ſericeis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 127.

****** *Oblongae*, foliis oblongis vel ovatis.

acaulis. 52. Pr. foliis oblongis capituloque globoſo glabris, caule decumbente breviſſimo. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucodendron acaulon. *Boerh. h. lugdb. ind.* 20. *t.* 119.

myrtifolia. 53. Pr. foliis oblongis glabris, capitulis terminalibus aggregatis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 50.

grandiflora. 54. Pr. foliis oblongis venoſis capituloque hemiſphaerico glabris, caule fruticoſo. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 51.

55. Pr.

glabra. 55. Pr. foliis oblongis aveniis capituloque hemiſphaerico glabris, caule fruticoſo. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 52.

ſpecioſa. 56. Pr. foliis glabris capituloque oblongis: ſquamis calicinis apice barbatis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron ſpecioſum. *Mant. p.* 36. 190. 191. *Boerh. h. lugb. ind.* 2. *t.* 185.

totta. 57. Pr. foliis glabris calloſis capituloque ovatis: corollis cylindricis hirtis. *Mant. p.* 191.

hirta. 58. Pr. foliis ovatis glabris, floribus lateralibus, caule villoſo. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron hirtúm. *Mant. p.* 189. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 194.

puber. 59. Pr. foliis ovatis capitulisque terminalibus tomentoſis. *Mant. p.* 192. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 201.

divaricata. 60. Pr. foliis ovatis hirtis capitulis terminalibus, ramis divaricatis. *Mant. p.* 194.

******* *Rotundatae*, foliis ſubrotundis.

ſpatulata. 61. Pr. foliis ſpatulatis ſubcucullatis glabris. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 58. *t.* 5.

cordata. 62. Pr. foliis cordatis. *Thunb. diſſ. de protea. n.* 60. *t.* 5.

cynaroides. 63. Pr. foliis ſubrotundis petiolatis glabris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron cynaroides. *Mant. p.* 190. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 184.

Gaguedi. 64. Pr. foliis lineari-lanceolatis obtuſis, corollulis apice plumoſis. *Bruce trav. in Eg. Ar. Ab. and. Nub.* 5. *app. p.* 52. *icc. an hujus generis, quum triandram pronunciat Bruce?*

ROPALA. *Cal.* o. *Cor.* 4petala, decidua. *Filamenta* breviſſima, petalis inſerta. *Pericarp.* 1loculare, 1ſpermum.

montana. 1. Ropala. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 83. *t.* 32.

112, GLOBULARIA. *Cal. communis*, imbricatus, *proprius* tubulatus 4-5dentatus inferus. *Corollul.* labio ſuperiore 2partito, inferiore 3partito. *Receptac.* paleaceum. *Sem.* 1. ſuperum, nudum.

longifolia. 1. Gl. caule fruticoſo, foliis omnibus lineari-lanceolatis integerrimis, capitulis axillaribus. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 19. *t.* 5. *f.* 3.

Alypum. 2. Gl. caule fruticoſo, foliis lanceolatis tridentatis integrisque. *Magaz. für die Botan. St.* 7. *t.* 1.

bisnagarica. 3. Gl. caule fruticoſo, foliis radicalibus cuneiformibus retuſis: caulinis lanceolatis. *Pluckn. alm. t.* 58. *f.* 5.

vulgaris. 4. Gl. caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis: caulinis lanceolatis. *Cam. hort. t.* 7. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 11.

ſpinoſa. 5. Gl. foliis radicalibus crenato-aculeatis: caulinis integerrimis mucronatis.

cordifolia. 6. Gl. caule ſubnudo, foliis cuneiformibus tricuſpidatis: intermedio minimo. *Jacq. fl. auſtr. t.* 245.

nudicaulis. 7. Gl. caule nudo, foliis integerrimis lanceolatis. *Jacq. fl. auſtr. t.* 230.

orientalis. 8. Gl. caule ſubnudo, capitulis alternis ſeſſilibus, foliis lanceolato-ovatis integris.

1336. STILBE. *Flores* hermaphroditi *et* maſculi in diſtinctis truncis. *Cal. exterior* 3phyllus. *Cor.* infundibuliformis 5fida.

☿. *Cal. interior* 5dentatus cartilagineus. *Sem.* 1. calice interiore tectum.

♂. *Cal. interior* 0.

Pinaſtra. 1. St. ſpicis hirſutis, foliis ſenis linearibus. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 419. Selago pinaſtri. *Berg. fl. cap. t.* 4. *f.* 6.

2. St.

ericoides. 2. St. ſpicis laevibus, foliis quaternis lanceolatis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 419. Selago ericoides. *Mant. p.* 87.

cernua. 3. St. ſpicis cernuis, foliis quaternis. *Suppl. p.* 441.

113. CEPHALANTHUS. *Cal. communis* o. *proprius* ſuperus, infundibuliformis. *Receptac.* globoſum, nudum. *Sem.* 1. lanuginoſum.

occidentalis. 1. CEPHALANTHUS. foliis oppoſitis ternatisque. *Du Hamel arb.* 1. *t.* 54.

114. DIPSACUS. *Cal. communis* polyphyllus: *proprius* ſuperus. *Recept.* paleaceum.

fullonum. 1. D. foliis ſeſſilibus ſerratis, paleis recurvatis. *Regnault. bot. t.* 18.

ſilveſtris. 2. D. foliis connatis integerrimis, paleis rectis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 402.

laciniatus. 3. D. foliis connatis ſinuatis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 403.

piloſus. 4. D. foliis petiolatis appendiculatis. *Jacq. fl. auſtr. t.* 248.

LIDBECKIA. *Cal. communis* imbricatus: foliolis parallelis. *Recept.* nudum. *Cor.* diſci 4fidae, radii ligulatae. *Stil.* articulatus. *Sem.* infimo, ſtili articulo coronata.

capenſis. 1. LIDBECKIA. *Berg. fl. cap. p.* 306.

**115. SCABIOSA.** *Cal. communis* polyphyllus; *proprius* duplex ſuperus. *Receptaculum* paleaceum vel nudum, duplicatum lignoſum ſemen involvens.

* *Corollulis quadrifidis.*

alpina. 1. Sc. corollulis aequalibus, calicibus imbricatis, floribus cernuis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ſerratis. *Besl. h. Eyſt. aeſt.* 122.

rigida. 2. Sc. corollulis ſubradiantibus, calicibus imbricatis obtuſis, foliis lanceolatis ſerratis auriculatis. *Mant. p.* 328. *Comm. h. amſt.* 1. *t.* 93.

tranſylvanica. 3. Sc. corollulis aequalibus, calicibus paleaceis ariſtatis, foliis radicalibus lyratis: caulinis pinnatifidis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 111.

ſcabra. 4. Sc. corollulis aequalibus, calicibus imbricatis obtuſis, foliis ſubbipinnatis ſcabris rigidiuſculis. *Suppl. p.* 118.

ſyriaca. 5. Sc. corollulis aequalibus, calicibus imbricatis paleisque ariſtatis, caule dichotomo, foliis lanceolatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 14. *f.* 14.

leucantha. 6. Sc. corollulis ſubaequalibus, ſquamis calicinis ovatis imbricatis, foliis pinnatifidis.

ſucciſa. 7. Sc. corollulis aequalibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. *Flor. dan. t.* 279.

attenuata. 8. Sc. corollulis aequalibus, foliis linearibus integris bifidisque. *Suppl. p.* 118.

integrifolia. 9. Sc. corollulis radiantibus, foliis indiviſis: radicalibus ovatis ſerratis; rameis lanceolatis, caule herbaceo.

amplexicaulis. 10. Sc. corollulis radiantibus, foliis amplexicaulibus lanceolatis integerrimis: radicalibus trifidis crenatis. *Mant. p.* 195.

tatarica. 11. Sc. corollulis radiantibus, foliis lanceolatis pinnatifidis: lobis ſubimbricatis, caule hiſpido. *Act. upſ.* 1744 *t.* 1.

uralenſis. 12. Sc. corollulis radiantibus, foliis radicalibus ſimplicibus; caulinis decurrenti-pinnatis, paleis aridis apice reflexis. *Murray comm. Goett.* 1782. *t.* 4.

41. Sc.

Trenta. 41. Sc. corollulis radiantibus, calicibus paleaceis mucronato-ariſtatis, foliis inferioribus amplexicaulibus pinnatifidis: ſuperioribus linearibus integerrimis. *Hacq. pl. alp. Carn. t.* 4. *f.* 1.

arvenſis. 13. Sc. corollulis radiantibus, foliis pinnatifidis inciſis, caule hiſpido. *Flor. dan. t.* 447.

ſilvatica. 14. Sc. corollulis radiantibus, foliis omnibus indiviſis ovato-oblongis ſerratis, caule hiſpido. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 362.

crenata. 42. Sc. corollulis ſerratis, foliis radicalibus ſpatulatis tridentatis: caulinis pinnatis; pinnulis plurimis tripartitis. *Cyrill. pl. rar. Neap. faſc.* 1. *t.* 3.

** *corollulis quinquefidis.*

tenuifolia. 15. Sc. corollulis ſubquinquefidis radiantibus, foliis radicalibus bipinnatis anguſtis: caulinis pinnatis linearibus. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 59.

gramuntia. 16. Sc. calicibus breviſſimis, foliis caulinis bipinnatis filiformibus.

cretica. 17. Sc. foliis lanceolatis ſubintegerrimis, caule fruticoſo. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 15. *f.* 31.

heterophyllos. 18. Sc. foliis radicalibus bipinnatifidis. *S. G. Gmel. it.* 1. *t.* 28.

pterocephala. 19. Sc. caule fruticoſo procumbente, foliis laciniatis hirſutis, pappo plumoſo.

pappoſa. 20. Sc. corollulis inaequalibus, caule herbaceo erecto, foliis pinnatifidis, feminibus ariſtatis plumoſoque papposis.

columbaria. 21. Sc. corollulis radiantibus, foliis radicalibus ſimplicibus crenatis; caulinis compoſitis. *Flor. dan. t.* 314.
β) Scabioſa lucida. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 293.

tomentoſa. 43. Sc. corollulis radiantibus, foliis tomentoſis pinnatis, caule unifloro ſubnudo. *Allion. fl. pedem. t.* 25. *f.* 2.

maritima. 22. Sc. corollulis radiantibus calice brevioribus, foliis pinnatis: ſummis linearibus integerrimis.

ſtellata. 23. Sc. corollulis radiantibus, foliis diſſectis, receptaculis florum ſubrotundis. *Mant. p.* 339.

prolifera. 24. Sc. corollulis radiantibus, floribus ſubſeſſilibus, caule prolifero, foliis indiviſis. *Mant. p.* 329. *Herm. parad. bot. t.* 125.

atropurpurea. 25. Sc. corollulis radiantibus, foliis diſſectis, receptaculis florum ſubulatis.

argentea. 26. Sc. corollulis radiantibus, foliis pinnatifidis: laciniis linearibus, pedunculis longiſſimis, caule tereti.

indurata. 27. Sc. corollulis radiantibus, foliis ovato-lanceolatis eroſis baſi dentatis, caule rigente. *Mant. p.* 196.

pumila. 28. Sc. ſubacaulis, corollulis radiantibus, foliis piloſiſſimis: radicalibus lyratis, caulinis pinnatis inciſis. *Mant. p.* 196.

graminifolia. 29. Sc. corollulis radiantibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis, caule herbaceo. *C. Bauh. prodr. th. bot. ic. p.* 127.

palaeſtina. 30. Sc. corollulis radiantibus: laciniis omnibus trifidis, foliis indiviſis ſubſerratis: ſummis baſi pinnatifidis. *Jacq. h. Vind. t.* 96.

iſetenſis. 31. Sc. corollulis radiantibus calice longioribus, foliis bipinnatis linearibus. *Mant. p.* 37. *Gmel. fl. ſib.* 2. *t.* 88. *f.* 1.

ucranica. 32. Sc. corollulis radiantibus, foliis radicalibus pinnatifidis: caulinis linearibus baſi ciliatis. *Gmel. fl. ſib.* 2. *t.* 87.

ochroleuca. 33. Sc. corollulis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 439.

lyrata. 34. Sc. corollulis radiantibus, foliis radicalibus ovatis: caulinis pinnatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 203.

grandiflora. 35. Sc. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus oblongis crenatis: caulinis pinnatis; pinnis lanceolato-linearibus patulis. *Scop. del. inſ.* 3. *p.* 29. *t.* 14.

alba. 36. Sc. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis rameis ſimplicibus linearibus albo-punctulatis, caule ſuffruticoſo. *Scop. del. inſ.* 3. *p.* 33. *t.* 16.

dubia. 37. Sc. corollulis radiantibus, involucro tetraphyllo. *Moench fl. haſſ. n.* 116.

ſicula. 38. Sc. corollulis aequalibus calice brevioribus, foliis lyrato-pinnatifidis. *Mant. p.* 196. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 15.

africana. 39. Sc. corollulis aequalibus, foliis ſimplicibus inciſis, caule fruticoſo. *Herm. par. bot. t.* 219.

β) *Jacq. h. Vind. t.* 185. Scabioſa altiſſima.

monſpelienſis. 40. Sc. corollulis aequalibus calice brevioribus foliis omnibus pinnatis ciliatis. *Jacq. pl. rar. ic. t.* 23.

1161. KNAUTIA. *Cal. communis* oblongus, ſimplex, 5florus; *proprius* ſimplex, ſuperus. *Corollulae* irregulares. *Recept.* nudum.

orientalis. 1. Kn. foliis inciſis, corollulis quinis calice longioribus. *Mant. p.* 329. *Kniph. bot. or. cent.* 7. *n.* 39.

propontica. 2. Kn. foliis ſuperioribus lanceolatis integerrimis, corollulis denis calicem aequantibus. *Sp. pl. p.* 1666. *Tilli h. piſ. t.* 48.

palaeſtina. 3. Kn. foliis integris, calicibus hexaphyllis, ſeminibus papposis. *Mant. p.* 197.

plumoſa. 4. Kn. foliis ſuperioribus pinnatis, calicibus decaphyllis, ſeminibus papposis. *Mant. p.* 197.

CRINITA. *Cal.* comm. imbricatus. *Recept.* ſetoſum. *Perianth.* 4fidum. *Cor. infundibulif.* 4fida. *Stil.* longus. *Stigm.* cuneatum. *Sem.* 1.

capenſis. 1. CRINITA. *Houttuyn Linn. ſyſt.* 5. *p.* 357. *t.* 40. *f.* 1.

EVEA. *Cal.* communis 4phyllus: proprius 4dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 4fida. *Stigma* 2lobum.

gujanenſis. 1. EVEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 100. *t.* 39.

117. ALLIONIA. *Cal. communis* oblongus, ſimplex, 3florus; *proprius* obſoletus, ſuperus. *Corollulae* irregulares. *Recept.* nudum.

violacea. 1. A. foliis cordatis, calicibus quinquefidis.

incarnata. 2. A. foliis oblique ovatis, calicibus triphyllis. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *t.* 31.

albida. 3. A. foliis lanceolatis oppoſitis ſubſcabris, calicibus pedicellatis ſolitariis. *Walt. flor. carol. p.* 84.

118. HEDYOTIS. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Capſ.* 2locularis, polyſperma, infera.

maritima. 1. H. foliis ovalibus obtuſis, floribus oppoſitis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 119.

pumila. 2. H. foliis ovatis acutis, floribus alternis pedunculatis. *Suppl. p.* 119.

fruticoſa. 3. H. foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminalibus involucratis. *Burm. fl. zeyl. t.* 107.

Auricularia. 4. H. foliis lanceolato-ovatis, floribus verticillatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 108. *f.* 1.

herbacea. 5. H. foliis lineari-lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 4.

graminifolia. 6. H. foliis linearibus, caule decumbente, panicula racemoſa ſecunda, pedunculis ſoliſequis. *Suppl. p.* 119.

americana. 7. H. foliis linearibus, floribus axillaribus ſolitariis. *Jacq. ſtirp. amer. ed.* 2. *t.* 18.

umbellata. 8. H. foliis ſublanceolato-ovatis: inferioribus quaternis; ſuperioribus binis oppoſitis, floribus ſubumbellatis. *Walt. flor. car. p.* 85.

rupeſtris. 9. H. foliis quadrifariis ſubulatis canaliculatis, floribus ſeſſilibus axillaribus: corollis villoſis: tubo curvo. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 202. *f.* 1.

hiſpida. 10. H. foliis lineari-lanceolatis, floribus verticillatis. *Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 23.

PERAMA. *Cor.* 1petala 4fida: tubo oblongo. *Cal.* 4partitus.

hirſuta. 1. PERAMA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 54. *t.* 18.

OPERCULARIA. *Cal.* communis 1phyllus dentatus, clauſus receptaculo communi ſupra florifero ſubtus ſeminifero per maturitatem caduco.

umbellata. 1. O. floſculis ternis monandris. *Gaertn. de fruct. et ſem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 4.

2. O.

aſpera. 2. O. capitulis globoſis pedunculatis, calicibus ſulcatis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent. 2. t. 24. f. 4.*

diphylla. 3. O. capitulis globoſis minoribus pedunculatis: calicibus hiſpidis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent. 2. t. 24. f. 4.*

## 124. SCABRITA. *Cor.* 1petala, hypocrateriformis. *Cal.* truncatus. *Sem.* 2, emarginata, ſupera.

ſcabra. 1. Scabrita. *Mant. p. 37. an eadem cum Nyctanthe arbore triſti?*

## 119. SPERMACOCE. *Cor.* 1petala infundibuliformis. *Capſ.* infera, 2locularis. *Sem.* ſolitaria: marginibus in ventrem convolutis.

tenuior. 1. Sp. glabra, foliis linearibus, floribus verticillatis: ſtaminibus incluſis. *Dill. h. elth. t. 277. f. 359. Gaertn. de fr. et ſem. cent. 2. t. 25. f. 9.*

verticillata. 2. Sp. glabra, foliis lanceolatis, verticillis globoſis. *Dill. h. Elth. t. 277. f. 358.*

hirta. 3. Sp. ſcabra, foliis oblongis: ſummis quaternis, floribus verticillatis. *Jacq. coll. 3. p. 199.*

articularis. 4. Sp. foliis ellipticis obtuſiuſculis. *Suppl. p. 119. Rumpf. amb. 6. t. 10.*

ſtricta. 5. Sp. foliis lineari-lanceolatis lineatis. *Suppl. p. 120.*

hiſpida. 6. Sp. hiſpida, foliis obovatis obliquatis. *Mant. p. 558. Murray comm. Goett. 1772. t. 5.*

procumbens. 7. Sp. procumbens, foliis linearibus, corymbis terminalibus pedunculatis.

ſpinoſa. 8. Sp. ſuffruticoſa, foliis linearibus ſpiculis ciliatis.

villoſa. 9. Sp. villoſa ſimplex, foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus; ſummis quaternis, floribus verticillatis: ſtaminibus incluſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p. 29.*

ſumatrenſis. 10. Sp. hiſpida, foliis lanceolatis, corymbis terminalibus dichotomis. *Warnerb. apud Retz. obſ. bot. 4. p. 23.*

latifolia. 11. Sp. caule erecto quadrangulo, floribus axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 55. *t.* 19. *f.* 1.

caeruleſcens. 12. Sp. caule erecto ſimplici, foliis ovatis acutis, floribus axillaribus verticillatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 57. *t.* 19. *f.* 2.

proſtrata. 13. Sp. caulibus decumbentibus ramoſis, foliis ſubſeſſilibus glabris ovatis integerrimis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 58. *t.* 20. *f.* 3.

radicans. 14. Sp. caulibus ramoſis radicantibus, foliis lanceolatis glabris integerrimis, floribus axillaribus integerrimis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 58. *t.* 20. *f.* 4.

longifolia. 15. Sp. caulibus ramoſis flexuoſis tetragonis, foliis ovato-oblongis glabris integerrimis, floribus axillaribus ſeſſilibus congeſtis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 59. *t.* 21.

aſpera. 16. Sp. caulibus tetragonis ramoſis, foliis oblongis acutis, floribus axillaribus ſeſſilibus verticillatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 59. *t.* 22. *f.* 6. *an diſtincta ab hirta?*

alata. 17. Sp. caulibus quadrangulo-alatis ramisque radicantibus, foliis ſeſſilibus ovatis acuminatis, floribus terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 60. *t.* 22. *f.* 7.

ſexangularis. 18. Sp. caulibus hexagonis debilibus, foliis ovatis acuminatis ſeſſilibus, floribus terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 61. *t.* 22. *f.* 8.

ſcandens. 19. Sp. caule volubili, foliis ſubrotundis acuminatis debilibus. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 75. *t.* 28. *f.* 4.

havenenſis. 20. Sp. fruticoſa, ramis ſpinoſis. *Jacq. ſtirp. amer. ed.* 2.

ocymoides. 21. Sp. glabra, foliis ovatis acuminatis. *Burm. ind. t.* 13. *f.* 1.

## 120. SHERARDIA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis, longa. *Semina* 2 nuda, calice coronata.

arvenſis. 1. Sh. foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Flor. dan. t.* 439. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 2.

muralis. 2. Sh. foliis floralibus binis oppoſitis binis floribus. *Buxb. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 2.

fruticoſa. 3. Sh. foliis quaternis aequalibus, caule fruticoſo.

121.

## 121. ASPERULA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Semina* 2 globoſa, ſuberoſa.

odorata. 1. A. foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. *Flor. dan. t.* 562.

arvenſis. 2. A. foliis ſenis, floribus ſeſſilibus terminalibus aggregatis. *Kniph. bot. or. cent.* 9. *n.* 14.

hexaphylla. 11. A. foliis ſenis linearibus, floribus terminalibus umbellatis ſubſeſſilibus. *Allion. flor. pedem. t.* 77. *f.* 3.

taurina. 3. A. foliis quaternis ovato-lanceolatis, floribus faſciculatis terminalibus. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 21. *f.* 1.

craſſifolia. 4. A. foliis quaternis oblongis lateralibus revolutis: obtuſiuſculis pubeſcentibus. *Mant. p.* 37.

calabrica. 5. A. foliis quaternis oblongis obtuſis laevibus. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *t.* 32.

tinctoria. 6. A. foliis linearibus: inferioribus ſenis; intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis. *Theod. Tab. hiſt. pl. ic. p.* 433. *f.* 1.

pyrenaica. 7. A. foliis quaternis lanceolato-linearibus, caule erecto, floribus ſaepius trifidis.

cynanchica. 8. A. foliis quaternis linearibus: ſuperioribus oppoſitis, caule erecto, floribus quadrifidis. *Regn. bot. t.* 22.

ariſtata. 9. A. foliis linearibus ſubcarnoſis: inferioribus quaternis floribus ſubternis ariſtatis. *Suppl. p.* 120.

laevigata. 10. A. foliis quaternis ellipticis enerviis laeviuſculis, pedunculis divaricatis trichotomis, ſeminibus ſcabris. *Mant. p.* 38. 330. *Bocc. muſ. t.* 11. *f.* 5.

*β*) Galium rotundifolium. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 118. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 94.

## 122. DIODIA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Capſ.* infera, 2locularis, 2partibilis. *Semina* ſolitaria, ventre ſulcata.

virginica. 1. D. caule ramoſo procumbente laevi. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 7.

ſimplex. 2. D. caule herbaceo ſimplici erectiuſculo laevi, foliis ovato-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 29.

3. D.

proſtrata. 3. D. caule ſuffruticoſo ſubdiviſo; ramis proſtratis filiformibus, foliis linearibus hirſutiuſculis revolutis. *Loefl. it. p.* 201. Diodioides.

ſcandens. 4. D. caule ſcandente ſuffruticoſo, foliis ovato-lanceolatis rigidis ſcabris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 30.

ſarmentoſa. 5. D. caule flaccido fruticoſo: ramis oppoſitis patentibus, foliis oblongis acutis ſcabriuſculis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 30.

tetragona. 6. D. caule repente tetragono, foliis ſubcordatis, ſtipulis ſubulato-fimbriatis. *Walt. flor. carol. p.* 87.

teres. 7. D. caule repente tereti, foliis lanceolatis, foliis ſetaceo-fimbriatis. *Walt. flor. carol. p.* 87.

## 123. KNOXIA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Calicis* foliolum unicum majus. *Capſ.* infera 2locularis, 2partibilis. *Semina* ſolitaria.

Zeylanica. 1. Kn. ſeminibus ſulcatis. *Burm. fl. ind. t.* 13. *f.* 2.

ſtricta. 2. Kn. ſeminibus glabris. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 8.

## 124. HOUSTONIA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Capſ.* 2locularis, ſupera, 2partibilis. *Sem.* pauca, diſſepimento adhaerentia.

caerulea. 1. H. foliis radicalibus ovatis, caule compoſito, pedunculis primis bifloris. *Moriſ. hiſt. plant.* 3. *t.* 4. *f.* 1.

puſilla. 2. H. foliis ovatis utrinque acutis, caule ſubramoſo pedunculoque terminali tetragonis. *Schoepf it.* 2. *p.* 306.

purpurea. 3. H. foliis ovato-lanceolatis, corymbis terminalibus, floribus ſuperis. *An hujus generis?*

longifolia. 4. H. foliis linearibus. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 49. *f.* 8.

RUS-

RUSSEA. *Cor.* 1petala campanulata, 4fida. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* 4angularis, polyſperma.

ſimplex. 1. Russea. *Smith. pl. ic. ined.* 1. *t.* 6.

125. GALIUM. *Cor.* 1petala, campanulata, brevis. *Sem.* 2 ſubgloboſa, infera, ſuberoſa.

* *fructu glabro.*

rubioides. 1. G. foliis quaternis lanceolato-ovatis aequalibus ſubtus ſcabris, caule erecto.

Walteri. 44. G. foliis quaternis ovatis laevibus, caule ramoſo ſublaevi. *Walt. flor. carol. p.* 87.

paluſtre. 2. G. foliis quaternis obovatis inaequalibus, caulibus diffuſis. *Flor. dan. t.* 423.

trifidum. 3. G. foliis quaternis linearibus, caule procumbente ſcabro, corollis trifidis. *Flor. dan. t.* 48.

montanum. 4. G. foliis ſubquaternis linearibus laevibus, caule debili ſcabro.

paſchale. 5. G. foliis ſubquaternis lineari-lanceolatis margine extrorſum ſcabris mucronatis, caule quadrangulo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 203.

corrudaefolium. 6. G. foliis ſubquaternis rigidis anguſtiſſimis, caule erecto. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 316. *n.* 4.

Juſſieui. 7. G. foliis quinis ſubulatis, caulibus filiformibus proſtratis, floribus ſubumbellatis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 323. *n.* 11. *t.* 7.

tinctorium. 8. G. foliis linearibus caulinis ſenis, ramorum quaternis, caule flaccido, pedunculis ſubbifloris.

uliginoſum. 9. G. foliis ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. *Barrel. pl. rar. ic.* 82.

ſaxatile. 10. G. foliis ſenis obovatis obtuſis, caule ramoſiſſimo procumbente. *Juſſ. act. par.* 1714. *t.* 15.

montium. 11. G. foliis ſenis obovatis mucronatis glabris, caule proſtrato, pedunculis trichotomis. *Hudſ. flor. angl.* 67.

12. G.

pyrenni-cum. 12. G. foliis ſenis; floribus lateralibus oppoſitis ſubſeſſilibus ſolitariis. *Gouan. bot.* 5. *t.* 1. *f.* 4. *Suppl. p.* 121.

tenue. 13. G. foliis ſenis declinatis ſetaceis laevibus, caule aſſurgente filiformi. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 322. *t.* 7.

megalo-ſpermum. 14. G. foliis ſenis ſemiteretibus, caulibus diffuſis. *Allion. fl. pedem. n.* 35. *t.* 79. *f.* 4.

auſtria-cum. 15. G. foliis ſenis linearibus, caulibus filiformibus glabris erectis: ramulis erectis trifloris aphyllis. *Jacq. fl. auſtr. t.* 80.

Bocconi. 16. G. foliis ſenis linearibus mucronatis ſubaſperis, pedunculis ſubtrichotomis, caulibus proſtratis diffuſis quadrangulis ſubulatis ramoſis. *Bocc. muſ. p.* 145. *t.* 101.

elatum. 17. G. foliis ſenis lineari-lanceolatis ſaepe reflexis, caule diffuſo: ramis ternis, floribus ſubumbellatis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 317. *t.* 7.

aniſo-phyllon. 18. G. laeve, caule erecto, foliis ſenis lineari-lanceolatis inaequalibus, petalorum laciniis lanceolatis muticis. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 317. *t.* 7.

cinere-um. 47. G. foliis ſenis oblongo-ellipticis rigidis ſerrato-aculeatis, ſeminibus ovatis, caule ſublignoſo. *Allion. flor. pedem. t.* 77. *f.* 4.

tenuifo-lium. 48. G. foliis ſubſenis ſubrigidis linearibus, caule diffuſo, floribus terminalibus. *Allion. flor. pedem.*

lucidum. 19. G. foliis ſubſenis rigidis, caule erecto: cortice baſi ſecedente emarcido. *Allion. flor. pedem. n.* 21. *t.* 77. *f.* 2.

harcyni-cum. 20. G. foliis ſubſenis obovatis acutis, caule procumbente: ramis confertis elongatis, pedunculis multifloris. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 64.

obli-quum. 21. G. foliis ſubſenis anguſtis: inferioribus cano hirtis obliquis; ſuperioribus glabris, corollis ariſtatis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 320. *t.* 8.

aſperum. 49. G. foliis ſubſeptenis carinatis mucronatis cauleque baſi pubeſcentibus paniculae ramis ſtrictis dichotomis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv. n.* 2715.

linifoli-um. 45. G. foliis ſubſeptenis lineari-lanceolatis laevibus, pedunculis capillaribus, caule erecto tetragono. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 144.

22. G.

minutum. 22. G. foliis octonis lanceolatis mucronatis ſerrato-aculeatis glabris incurvis, fructibus reflexis. *Kniph. bot. orig. cent.* 9. *n.* 39.

puſillum. 23. G. foliis octonis hiſpidis linearibus acuminatis imbricatis, pedunculis dichotomis.

verum. 24. G. foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus. *Blackw. herb. t.* 435. *Regn. bot. t.* 23.

Mollugo. 25. G. foliis octonis ovato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido: ramis patentibus. *Flor. dan. t.* 455.

ſilvaticum. 26. G. foliis octonis laevibus ſubtus ſcabris: floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule laevi. *Bauh. hiſt. pl.* 3. *ic. p.* 716.

ariſtatum. 27. G. foliis octonis lanceolatis laevibus; panicula capillari: petalis ariſtatis. *Spec. pl. p.* 1667. Galium laevigatum. *Bocc. muſ. t.* 75.

ſcabrum. 28. G. foliis ſuboctonis ſcabris mucronatis, ramis floriferis ſubtrichotomis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 422.

ſilveſtre. 29. G. foliis ſuboctonis lineari-lanceolatis ſubaſperis ariſtatis. *Leyſ. fl. Hal. n.* 151.

hieroſolymitanum. 30. G. foliis denis lanceolato-linearibus, umbellis faſtigiatis.

glaucum. 31. G. foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis, caule laevi. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 81.

rigidum. 46. G. foliis verticillatis linearibus ſupra ſcabris, paniculis divaricatis, caule erecto tereti piloſo-ſcabriuſculo. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 144.

purpureum. 32. G. foliis verticillatis lineari-ſetaceis, pedunculis capillaribus folio longioribus.

rubrum. 33. G. foliis verticillatis linearibus patulis, pedunculis breviſſimis.

** *fructu ſcabro.*

ſpurium. 34. G. foliis ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus recurvatis. *Vaill. fl. par. t.* 4. *f.* 3.

*** *fructu hiſpido.*

boreale. 35. G. foliis quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule erecto.

47. G.

piloſum. 47. G. foliis quaternis ſubovalibus enerviis ſeminibusque piloſis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 145.

mariti- mum. 36. G. foliis quaternis hiſpidis, pedunculis unifloris, fructibus villoſis. *Mant. p.* 38.

bermudia- num. 37. G. foliis quaternis linearibus obtuſis, ramis ramoſiſſimis.

Linckii. 38. G. foliis quaternis lanceolato-linearibus obtuſis trinerviis, fructu hirſuto. *An diſtincta hujus tribus ſpecies?*

aperinoi- des. 39. G. foliis ſubquaternis cuneiformibus obtuſis mucronatis retrorſum aculeatis, geniculis aequalibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 30.

graecum. 40. G. hirtum, foliis ſubſenis lineari-lanceolatis, caulibus lignoſis. *Mant. p.* 38. *Pr. Alp. exot. t.* 166.

Aparine. 41. G. foliis octonis lanceolatis: carinis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis villoſis. *Flor. dan. t.* 495. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 1. *β*) Galium ſaccharatum.

pariſien- ſe. 42. G. foliis verticillatis linearibus, pedunculis bifloris. *Raj. angl.* 3. *t.* 9. *f.* 1.

tuneta- num. 43. G. foliis octonis denisve lineari-ſetaceis glabriuſculis margine revolutis, floribus paniculatis; pedunculis germinibusque hirtis. *Poir. voy. en Barbar.* 2. *p.* 110.

## 1151. VALANTIA.

*Flores* mere maſculi hermaphroditis ſaepius interſiti. *Cor.* 1petala, campanulata brevis. *Sem.* 2. ſubgloboſa, infera, ſuberoſa.

muralis. 1. V. floribus maſculis trifidis germini hermaphroditi glabro inſidentibus. *Sabb. h. rom.* 1. *t.* 83.

hiſpida. 2. V. floribus maſculis trifidis, capſulis ſeſſilibus hiſpidis echinatis, foliis cuneiformibus. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 1.

filiformis. 3. V. capſulis pedicello longioribus cylindricis piloſis inermibus, foliis lanceolatis glabris ſubciliatis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 428.

4. V.

*Quibus Valantias et Galia in unum jungere genus placet, equidem non repugnabo.*

Cucullaria. 4. V. fructificationibus ſingulis bractea ovata deflexa obtectis. *Buxb. cent.* 1. *t.* 19. *f.* 2.

Aparine. 5. V. floribus maſculis trifidis pedicellatis hermaphroditi pedunculo inſidentibus. *Vaill. fl. par. t.* 4. *f.* 3.

articulata. 6. V. floribus maſculis quadrifidis: pedunculis dichotomis aphyllis, foliis cordatis.

Cruciata. 7. V. floribus maſculis quadrifidis: pedunculis diphyllis. *Blackw. herb. t.* 76.

glabra. 8. V. floribus maſculis quadrifidis: pedunculis dichotomis aphyllis, foliis ovalibus ciliatis.

hypocarpa. 9. V. floribus omnibus quadrifidis inferis: pedunculis nudis, unifloris.

**126. CRUCIANELLA.** *Cor.* 1petala, infundibuliformis: tubo filiformi; limbo unguiculato. *Cal.* 0. *Involucr.* 2phyllum. *Sem.* 2. linearia, infera, nuda, calva.

anguſtifolia. 1. Cr. erecta, foliis ſenis linearibus, floribus ſpicatis. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 12. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 3.

latifolia. 2. Cr. procumbens, foliis quaternis lanceolatis, floribus ſpicatis.

aegyptiaca. 3. Cr. foliis quaternis ſublinearibus, floribus ſpicatis quinquefidis. *Maut. p.* 38.

patula. 4. Cr. diffuſa, foliis ſenis, floribus ſparſis.

maritima. 5. Cr. procumbens ſuffruticoſa, foliis quaternis mucronatis, floribus oppoſitis quinquefidis. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 13.

monſpeliaca. 6. Cr. procumbens, foliis acutis: caulinis quaternis ovatis; rameis ſubquinatis linearibus, floribus ſpicatis.

herbacea. 7. Cr. procumbens, foliis ſubquaternis linearibus liberis, floribus bracteas aequantibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 30. *an eadem cum aegyptiaca?*

## 119. RUBIA. *Cor.* 1petala, campanulata. *Baccae* 2 1ſpermae.

tinctorum. 1. R. foliis annuis, caule aculeato. *Mant. p.* 330. *Blackw. herb. t.* 26.

peregrina. 2. R. foliis perennibus linearibus, ſupra laevibus. *Mant. p.* 339.

lucida. 3. R. foliis perennibus ſenis ellipticis lucidis, caule laevi. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 732.

anguſtifolia. 4. R. foliis perennibus linearibus ſupra ſcabris. *Mant. p.* 39.

cordifolia. 5. R. foliis perennibus quaternis cordatis. *Mant. p.* 197. *Syſt. nat.* XII. 4. *p.* 229. *Pall. it.* 3. *t.* L. *f.* 1.

fruticoſa. 6. R. foliis perennibus lineari-lanceolatis ad oras retrorſum aculeatiſſimis, caule fruticoſo. *Jacq. coll.* 1. *p.* 71.

Bocconi. 7. R. foliis perennibus quaternis ovatis margine carinaque ſcabris. *Boccon. muſ. t.* 75. *f.* 2. 3.

chilenſis. 8. R. foliis annuis, caule ſubrotundo laevi. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 118.

laevis. 9. R. foliis linearibus ſuperne laevibus ſuboctonis caule laevigato. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 111.

## SIMBULETA. *Cor.* 1petala, campanulata, ringens. *Cal.* 3fidus. *Antherae* cohaerentes.

Forſkålii. 1. SIMBULETA. *Forſk. fl. aeg. ar. p.* 115.

## SIDERODENDRUM. *Cor.* 1petala tubuloſa: tubo incurvo, limbo 4fido. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 2cocca, 2locularis: diſſepimento contrario.

ferreum. 1. SIDERODENDRUM. *Jacq. ſtirp. amer. p.* 19. *t.* 175. *f.* 9.

129. SIPHONANTHUS. *Cor.* 1petala, infundibuliformis, longiſſima, infera. *Baccae* 4 1-ſpermae.

indica. 1. Siphonanthus. *Amm. Act. Petrop.* 1736. *p.* 214. *t.* 15.

130. CATESBAEA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis, ſupera. *Stamina* intra faucem. *Bacca* polyſperma.

longiflora. 1. C. corollis tubo longiſſimo, baccis ovalibus. *Catesb. Carol.* 2. *t.* 100.

parviflora. 2. C. corollis tubo tetragono abbreviato, baccis ſubrotundis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 30.

131. IXORA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis, longa, ſupera. *Stamina* ſupra faucem. *Bacca* 2locularis, 2ſperma.

coccinea. 1. I. foliis ovalibus ſemiamplexicaulibus, floribus faſciculatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 57. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 2.

alba. 2. I. foliis lanceolato-ovatis, floribus faſciculatis. *Rheed. h. malab.* 2. *t.* 14.

alternifolia. 6. I. foliis alternis ovato-lanceolatis integerrimis. *Jacq. ſtirp. amer. ed.* 2. *t.* 16.

americana. 3. I. foliis ternis lanceolato-ovatis, floribus thyrſoideis. *Brown. jam. t.* 6. *f.* 2.

faſciculata. 4. I. foliis ellipticis: ramulorum ſubfaſciculatis, pedunculis filiformibus ſubtrifloris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 30.

multiflora. 5. I. foliis lanceolato-ovatis faſciculatis, pedunculis aggregatis unifloris breviſſimis, baccis monoſpermis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 30. *an hujus generis?*

132. PAVETTA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis, ſupera. *Stigma* curvum. *Bacca* 2locularis, 2ſperma.

foetidiſſima. 1. P. caulibus lignoſis procumbentibus, floribus corymboſis. *Cyrill. plant. ov. Neap. faſc.* 1. *t.* 1.

indica. 2. P. foliis oblongis utrinque acuminatis, umbellis terminalibus faſciculatis, calice brevi acuto. *Suppl. p.* 121. *Burm. fl. ind. t.* 13. *f.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 1.

caffra. 3. P. foliis ovatis integerrimis, capitulis terminalibus ſeſſilibus, calicibus ſetaceis longitudine tubi. *Suppl. p.* 121.

ANTIRHEA. *Cor.* 4loba patens: tubo brevi. *Cal.* minimus 4dentatus. *Antherae* ſubſeſſiles incluſae. *Drupa* ovata. *Nux* 2locularis, 2ſperma.

borbonica. 1. Antirhea. *Juſſieu gen. plant. p.* 204.

ERNODEA. *Cor.* 1petala, hypocrateriformis. *Cal.* 4partitus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* ſolitaria.

littoralis. 1. Ernodea. *Swarts n. pl. gen. et ſp. p.* 29. *Sloane hiſt. jam.* 2. *t.* 189. *f.* 1. 2.

FERNELIA. *Cor.* 1petala, parva, 4loba. *Cal.* 4fidus: laciniis ſubulatis. *Bacca* piſiformis, vix carnoſa, 2locularis, polyſperma.

mauritiana. 1. Fernelia. *Juſſieu gen. plant. p.* 199.

133. PETESIA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Stigma* 2fidum. *Bacca* polyſperma.

ſtipularis. 1. P. foliis lanceolato-ovatis ſubtus tomentoſis, thyrſis lateralibus. *Brown. jam. t.* 2. *f.* 2.

tomentoſa. 2. P. foliis oblongis utrinque tomentoſis.

carnea. 3. P. foliis oblongo-lanceolatis laevibus, cymis terminalibus trifidis. *Forſter fl. auſtr. p.* 10.

RACKA.

RACKA. *Cor.* rotata, 4partita. *Cal.* 4partitus. *Filamenta* 0. *Fructus* - - -

torrida. 1. RACKA. *Bruce trav. in Eg. Ar. Ab. and Nub. 5. app. p. 44. ic. utrum vere diſtincti generis? an ciſſi ſpecies?*

HOFFMANNIA. *Cor.* hypocrateriformis, 4partita. *Cal.* 4dentatus. *Filam.* 0. *Bacca* 2locularis, polyſperma.

pedunculata. 1. HOFFMANNIA. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 30.

CHOMELIA. *Cor.* hypocrateriformis, 4fida: tubo longiſſimo. *Cal.* tubuloſus, 4fidus. *Drupa* ovalis: *nuce* 2loculari: *nucleis* ſolitariis.

ſpinoſa. 1. CHOMELIA. *Jacq. ſtirp. am. p.* 18. *t.* 13.

PETITIA. *Cor.* tubuloſa, 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Drupa* ſubrotunda: *nuce* ovata 2loculari: *nucleis* ſolitariis.

domingenſis. 1. PETITIA. *Jacq. ſtirp. am. p.* 14. *t.* 182. *f.* 6.

134. MITCHELLA. *Cor.* 1petalae, ſuperae, binae, eidem germini. *Stigm.* 4. *Bacca* 2fida, 4ſperma.

repens. 1. MITCHELLA. *Catesb. car.* 1. *t.* 20.

COCCOSIPSILUM. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4partitus, ſuperus. *Bacca* inflata, 2locularis, polyſperma.

repens. 1. COCCOSIPSILUM. *Brown. jam. p.* 144. *t.* 6. *f.* 2.

WALLENIA. *Cor.* tubuloſa, 4fida. *Cal.* 4fidus, inferus. *Bacca* 1ſperma.

laurifolia. 1. WALLENIA. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 145. *f.* 5.

135. CALLICARPA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 4fidus. *Bacca* 4ſperma.

americana. 1. C. foliis ſerratis ſubtus tomentoſis. *Mant. p.* 198. *Catesb. car.* 2. *t.* 47.

ferruginea. 2. C. foliis lato-lanceolatis ſerratis ſubtus ſcabriuſculis, cymis terminalibus axillaribusque. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 31.

japonica. 3. C. foliis ſerratis glabris. *Thunb. fl. jap. p.* 60.

reticulata. 4. C. foliis elliptico-lanceolatis ſubſerratis rugoſis ſubtus tomentoſo-incanis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 31.

integrifolia. 5. C. foliis integerrimis ſubtus leviſſime tomentoſis. *Jacq. ſtirp. amer. ed.* 2. *t.* 259. *f.* 6.

tomentoſa. 6. C. foliis integerrimis lanatis. *Mant. p.* 331. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 125. Tomex tomentoſa.

MYONIMA. *Cor.* tubo brevi: limbo obtuſe 4partito. *Cal.* limbo ſubintegro. *Antherae* exſertae. *Drupa* depreſſa: *Nux* 4locularis 4ſperma.

Borboniae. 1. MYONIMA. *Juſſieu gen. plant. p.* 206.

PYROSTRIA. *Cor.* ſubcampanulata, patens, ſemiquinquefida: fauce tomentoſa. *Cal.* minimus ſubquadridentatus. *Stigma* capitatum. *Drupa* turbinata 8ſtriata: *Nuc.* 8, 1ſpermae.

Commerſoni. 1. PYROSTRIA. *Juſſieu gen. plant. p.* 206.

RELHAMIA. *Cal.* 4partitus. *Drupa* ſupera, ſubrotunda, ſucculenta: nucleo 4-5-loculari.

faginea. 1. RELHAMIA. *Ait. hort. Kew.* 1.

PANZERIA. *Cal.* 4fidus. *Cor.* infundibuliformis: fauce clauſa barba filamentorum. *Bacca* 2locularis.

carolinia-na. 1. PANZERIA. *Walt. flor. carol. p.* 84.

136. AQUARTIA. *Cor.* rotata: laciniis linearibus. *Cal.* campanulatus. *Bacca* polyſperma.

aculeata. 1. AQUARTIA. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 15.

MYRMECIA. *Cor.* 1petala: tubo longo; fauce inflata: limbo 5fido. *Cal.* tubuloſus, 5dentatus. *Germen* baſi glandulis 5 cinctum. *Stigma* 2lamellatum. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, polyſperma.

Tachia. 1. MYRMECIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 75. *t.* 29.

WITHERINGIA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 4dentatus. *Nectarium* 4lobum, corollae adnatum, polymorphum. *Antherae* ad latera dehiſcentes. *Germen* ſuperum. *Bacca* polyſperma.

ſolanacea. 1. WITHERINGIA. *Herit. ſert. angl. p.* 1. *et* 33. *t.* 1.

137. POLYPREMUM. *Cor.* rotata, 4fida: lobis obcordatis. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* compreſſa, emarginata, 2locularis, polyſperma.

procumbens. 1. Polypremum. *Petiv. gaz. t.* 5. *f.* 6. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 62. *f.* 2.

CHAETOCARPUS. *Cor.* 1petala: tubo ovato; limbo 4fido. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* ovata, hiſpida, 4locularis, 4valvis. *Semina* ſolitaria.

Ponteria. 1. Chaetocarpus. *Aubl. pl. jug.* 1. *p.* 85. *t.* 33.

LASIOSTOMA. *Cor.* infundibuliformis, 4fida. *Cal.* breviſſimus, 5partitus, ſquamis 2 acutis. *Capſ.* orbiculata, 1locularis, 2ſperma.

Ruhamon. 1. Lasiostoma. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 93. *t.* 36.

160. BRABEJUM. *Flores* maſculi et hermaphroditi in eodem trunco. *Cor* 4partita. *Cal.* amenti ſquama.

☿. *Cor.* ſuperne revoluta. *Stigm.* 2. *Drupa* ſubrotunda. *Semen* globoſum.

♂. *Ament.* ſquamae 3florae. *Stam.* fauci inſerta. *Stil.* 2fidus, abortiens.

ſtellulifolium. 1. Brabejum. *Mant. p.* 137. 332. *Pluckn. alm. t.* 265. *f.* 3.

## 138. PENAEA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 2phyllus. *Stil.* 4angularis. *Capſ.* 4gona, 4locularis, 8ſperma.

Sarcocolla. 1. P. foliis ovatis planis, calicibus ciliatis folio majoribus. *Pluckn. mant. t.* 44.

mucronata. 2. P. foliis cordatis acuminatis.

marginata. 3. P. foliis cordatis marginatis, floribus lateralibus. *Mant. p.* 199.

tetragona. 4. P. foliis rhombeis quadrifariam imbricatis patentibus. *Berg. flor. cap.*

furcata. 5. P. foliis rhombeo-ovatis, bracteis cuneatis acutis coloratis. *Mant. p.* 199.

ſquamoſa. 6. P. foliis rhombeo-cuneiformibus carnoſis.

fruticuloſa. 7. P. foliis oblongiuſculis obtuſis, bracteis orbicularibus acutis. *Suppl. p.* 121.

myrtoides. 8. P. foliis lanceolatis. *Suppl. p.* 122.

lateriflora. 9. P. foliis ovatis, floribus lateralibus ſeſſilibus. *Suppl. p.* 122.

## 139. BLAERIA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 4partitus. *Stamina* receptaculo inſerta. *Capſ.* 4locularis, polyſperma.

ericoides. 1. Bl. floribus capitatis: corollis campanulatis. *Mant. p.* 331. *Pet. gaz. t.* 2. *f.* 10.

ciliaris. 2. Bl. floribus capitatis: calicibus ciliatis. *Suppl. p.* 122.

articulata. 3. Bl. ſtaminibus exſertis bipartitis, corollis cylindricis. *Mant. p.* 198.

purpurea. 4. Bl. floribus terminalibus aggregatis: pedunculis erectis, corollis oblongis rectis, ſtaminibus incluſis bipartitis. *Suppl. p.* 122.

puſilla. 5. Bl. floribus ſparſis, corollis infundibuliformibus. *Mant. p.* 331.

muſcoſa. 6. Bl. floribus axillaribus: antheris muticis ſubexſertis, corollis campanulatis ſuperne, calicibusque piloſis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 150.

LABATIA. *Cor.* ſubcampanulata, 4fida: laciniis 2 minutis in diviſuris corollae. *Cal.* 4phyllus, inferus. *Capſ.* 4locularis. *Sem.* ſolitaria.

ſeſſiliflora. 1. Labatia. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 32.

140. BUDDLEJA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 4fidus. *Stamina* ex inciſuris. *Capſ.* 2ſulca, 2locularis, polyſperma, ſupera.

americana. 1. B. foliis ovatis oppoſitis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 173. *f.* 1.

incompta. 2. B. foliis faſciculatis ovatis canis, ramis flexuoſis rigidis, racemis terminalibus. *Suppl. p.* 123.

occidentalis. 3. B. foliis lanceolatis, floribus interrupte ſpicatis. *Pluckn. alm. t.* 210. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 49.

globoſa. 4. B. foliis lanceolatis, pedunculis axillaribus multifloris. *Hope act. Haarl.* XX. 2. *p.* 417.

capitata. 5. B. foliis lanceolato-acuminatis crenulatis, pedunculis terminalibus ternis, floribus capitatis. *Jacq. collect.* 2. *p.* 332.

virgata. 6. B. foliis linearibus obtuſis, racemis terminalibus, ramis virgatis erectis. *Suppl. p.* 123.

141. EXACUM. *Cor.* 4fida: tubo globoſo. *Cal.* 4phyllus vel 4partitus. *Capſ.* 2ſulca, 2locularis, polyſperma, apice dehiſcens.

albens. 1. E. foliis ſubdecurrentibus, ſtaminibus exſertis. *Suppl. p.* 123. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 122. Exacum pedunculatum. *Burm. afr. t.* 74. *f.* 4.

aureum. 2. E. foliis ſeſſilibus, ſtaminibus exſertis. *Suppl. p.* 123. *Pluckn. alm. t.* 275. *f.* 3.

cordatum. 3. E. floribus quinquefidis, calicis foliolis cordatis ſtriatis. *Suppl. p.* 124. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 123. Exacum ſeſſile. *Seb. muſ.* 1. *t.* 22. *f.* 7.

punctatum. 4. E. foliis breviſſime petiolatis oblongis trinerviis punctatis, ſtaminibus exſertis. *Suppl. p.* 124.

gujanenſe. 5. E. foliis connatis oblongis acutis, floribus ſolitariis axillaribus pedunculatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 68. *t.* 26. *f.* 1.

tenuifolium. 6. E. foliis linearibus, ſtaminibus exſertis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 70. *t.* 26. *f.* 2.

ſpicatum. 7. E. foliis ſeſſilibus glabris lanceolatis, floribus ſpicatis: calice quadripartito. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 72. *t.* 27.

ramoſum. 8. E. caule ramoſo, foliis anguſtiſſimis, floribus ſolitariis ſubſeſſilibus axillaribus: calice quadripartito. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 74. *t.* 28.

## 1328. LITTORELLA. *Flores* monoici.

♂. *Cor.* 4fida. *Cal.* 4phyllus. *Stamina* longa.
♀. *Cor.* ſubquadrifida. *Cal.* o. *Stilus* longus. *Sem.* nucleus.

lacuſtris. 1. Littorella. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 123. Plantago uniflora *Flor. dan. t.* 170.

## 142. PLANTAGO. *Cor.* perſiſtens 4fida: limbo reflexo. *Cal.* 4fidus. *Stamina* longiſſima. *Capſ.* 2locularis, circumſciſſa, ſupera.

* *ſcapo nudo.*

macrorhiza. 33. Pl. foliis ſpatulatis ſerratis ſubnudis, ſpica cylindrica. *Bocc. ſic. p.* 20. *t.* 15. *f.* 2.

Gouani. 37. Pl. foliis ovatis integerrimis carnoſis puſtilatis baſi lanatis. *Gouan. illuſtr.*

major. 1. Pl. foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Flor. dan. t.* 461. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 51. *f.* 3.

2. Pl.

aſiatica. 2. Pl. foliis ovatis glabris, ſcapo angulato, ſpica floſculis diſtichis. *Gmel. fl. ſib.* 4. *t.* 37?

media. 3. Pl. foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *Flor. dan. t.* 581.

β) Plantago maxima. *Jacq. Collect.* 1.

virginica. 4. Pl. foliis lanceolato-ovatis pubeſcentibus ſubdenticulatis, ſpicis floribus remotis, ſcapo tereti. *Giſeck pl. ic.* 1. *n.* 4.

luſitanica. 5. Pl. foliis lato-lanceolatis trinerviis ſubdentatis, ſubpiloſis, ſpica oblonga hirſuta, ſcapo angulato. *Barr. pl. rar. ic.* 745.

altiſſima. 6. Pl. foliis lanceolatis quinquenerviis dentatis glabris, ſpica oblonga cylindrica, ſcapo ſubangulato. *Jacq. obſ. bot.* 4. *t.* 83.

lanceolata. 7. Pl. foliis lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulato. *Flor. dan. t.* 437.

Lagopus. 8. Pl. foliis lanceolatis ſubdenticulatis, ſpica ovata hirſuta, ſcapo tereti. *Jungh. plant. ic. cent.* 1. *n.* 34.

albicans. 9. Pl. foliis lanceolatis obliquis villoſis, ſpica cylindrica erecta, ſcapo tereti.

dentata. 10. Pl. foliis lanceolatis carnoſis planiuſculis glabris trinerviis hinc inde dentatis: dentibus carnoſis teretiuſculis, ſcapo tereti. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 61.

Serraria. 11. Pl. foliis lanceolatis quinquenerviis dentata ſerratis, ſcapo tereti. *Barr. pl. rar. ic.* 749.

gracilis. 34. Pl. foliis lanceolatis ſerratis ſubnudis, ſpica gracili glaberrima. *Poir. voy. en Barbar.* 2. *p.* 115.

lanata. 35. Pl. foliis lineari-lanceolatis, integerrimis piloſis, ſcapis ſpicisque lanatis, petalis acutiſſimis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 115.

argentea. 12. Pl. foliis lineari-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica ſubrotunda nuda, ſcapo ſubangulato foliis longiore. *Ger. fl. prov. p.* 333. *t.* 12. *an mera lanceolatae varietas?*

minuta. 13. Pl. foliis lineari-lanceolatis integerrimis ſupra glabris, ſcapis hirſutis. *Pallas it.* 3. *p.* 716. *t.* E. *f.* 1.

Bellardi. 38. Pl. foliis ſublinearibus planis petiolatis ſcapoque tereti aequali pubeſcentibus, ſpicis cylindricis. *Allion fl. pedem. t.* 85. *f.* 3.

14. Pl.

decumbens. 14. Pl. foliis linearibus ſuperne hirſutis, ſcapo decumbente villoſo, ſpica ovata erecta. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 30. *an eadem cum cretica?*

cylindrica. 15. Pl. foliis linearibus utrinque hirſutis ſcapo tereti, ſpica cylindrica ſubincurva: corollae laciniis lanceolatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 31.

ovata. 16. Pl. foliis linearibus utrinque hirſutis, ſcapo erecto hirſuto, ſpica ovato-oblonga: corollae laciniis ovatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 21.

alpina. 17. Pl. foliis linearibus planis, ſcapo tereti hirſuto, ſpica oblonga erecta. *Jacq. h. Vindob.* 2. *t.* 125.

cretica. *18. Pl. foliis linearibus, ſcapo tereti breviſſimo lanato, ſpica ſubrotunda nutante.

Loeflingii. 19. Pl. foliis linearibus ſubdentatis, ſcapo tereti, ſpica ovata: bracteis carinatis membranaceis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 126.

coronopifolia. 20. Pl. foliis linearibus dentatis, ſcapo tereti. *Flor. dan. t.* 272.

incurvata. 21. Pl. foliis lineari-ſubulatis canaliculatis recurvatis punctatis denticulatis, ſcapo tereti. *Mant. p.* 198. *Murray Comm. Goett.* 1780. *p.* 19. *t.* 6.

ſubulata. 22. Pl. foliis ſubulatis triquetris ſtriatis ſcabris, ſcapo tereti. *Wulfen apud Jacq. Coll.* 1. *p.* 204. *t.* 10.

ſerpentina. 23. Pl. foliis ſubulatis nudis, ſpica oblonga. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 304.

maritima. 24. Pl. foliis ſemicylindricis integerrimis baſi lanatis, ſcapo tereti. *Flor. dan. t.* 243.

craſſifolia. 25. Pl. foliis carnoſis ſemiteretibus ciliatis baſi nudis, ſcapo tereti villoſo, ſpica cylindrica. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 31.

Cornuti. 26. Pl. foliis pinnatis: pinnis inaequalibus diſtantibus, ſcapo tereti, ſtilis longiſſimis, filamentis breviſſimis. *Jacq. ic. pl. rar. t.* 53.

Columnae. 39. Pl. foliis baſi lanatis bipinnatis: foliolis confluentibus, ſummis auriculatis, ſcapo tereti. *Gouan. illuſtr.*

** *caule ramoſo.*

aegyptiaca. 27. Pl. caule ramoſo herbaceo decumbente, foliis linearibus integerrimis, capitulis longe folioſis laxis. *Jacq. ic. pl. rar. t.* 45. *Murr. comm. Goett.* 1781. *t.* 3.

28. Pl.

Pſyllium. 28. Pl. caule ramoſo herbaceo, foliis ſubdentatis recurvatis, capitulis aphyllis. *Blackw. herb. t.* 412. *Regn. bot. t.* 27.

indica. 29. Pl. caule ramoſo herbaceo, foliis integerrimis reflexis ciliatis, capitulis folioſis. *Murray comm. Goett.* 1778. *p.* 96.

exigua. 30. Pl. caule ramoſo herbaceo, foliis integerrimis ſubulatis capitulis folioſis. *Suppl. p.* 125. Plantago pumila. *Murr. Comm. Goett.* 1778. *t.* 5.

Cynops. 31. Pl. caule ramoſo ſuffruticoſo, foliis integerrimis filiformibus ſtrictis, capitulis ſubfoliatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 17. *f.* 1.

afra. 32. Pl. caule ramoſo fruticoſo, foliis lanceolatis dentatis, capitulis aphyllis. *Bocc. ſic.* 8. *t.* 7. *f.* B.

carolinia-na. 36. Pl. ſpica floribus confertis. *Walt. flor. carol. p.* 85. *an diſtincta vere ſpecies?*

## 143. SCOPARIA. Cor. rotata, 4fida. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, polyſperma.

dulcis. 1. Sc. foliis ternis, floribus pedunculatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 108. *f.* 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 53. *f.* 10.

procum-bens. 2. Sc. foliis quaternis, floribus ſeſſilibus. *Jacq. ſtirp. amer.* 18.

ternata. 3. Sc. foliis verticillatis lanceolatis apice ſerratis, ramis ternatis, nectario villoſo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 31. *nonne eadem cum dulci?*

arborea. 4. Sc. foliis lanceolatis alternis integerrimis, corymbo ſupradecompoſito trichotomo. *Suppl. p.* 125.

## SKIMMIA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 4concava *Bacca* 4ſperma.

japonica. 1. Skimmia. *Thunb. fl. jap. p.* 62.

## MONETIA. *Cal.* 4fidus. *Petala* revoluta. *Germen* ſuperum. *Bacca?* 2locularis. *Sem.* ſolitaria.

barlerioi-des. 1. Monetia. *Herit. ſtirp. nov.* 1. *t.* 1.

144.

144. RHACOMA. *Cal.* 4partitus. *Cor.* 4partita. *Capſ.* 1locularis, 1ſperma.

Croſſopetalum. 1. RHACOMA. *Brown. jam. t. 17. f. 1. an ad Mygindam amandandum.*

OTHERA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 4ovata, plana, *Stigma* ſeſſile. *Capſula?*

japonica. 1. OTHERA. *Thunb. fl. jap. p. 61.*

ORIXA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 4 lanceolata plana. *Stigma* capitatum. *Capſula?*

japonica. 1. ORIXA. *Thunb. fl. jap. p. 61. An ſatis diſtincta ab Othera?*

145. CENTUNCULUS. *Cal.* 4fidus. *Cor.* 4fida. patens. *Stam.* brevia. *Capſula* 1locularis, circumſciſſa.

minimus. 1. CENTUNCULUS. *Flor. dan. t. 177. Gaertn. de fr. et ſem. cent. 3. t. 50. f. 2.*

146. SANGUISORBA. *Cal.* 4phyllus. *Germen* inter calicem et corollam.

officinalis. 1. S. ſpicis ovatis. *Flor. dan. t. 97. Gaertn. de fr. et ſem. cent. 2. t. 32. f. 3.*

media. 2. S. ſpicis cylindricis. *Moriſ. hiſt. pl. 3. t. 18. f. 2.*

canadenſis. 3. S. ſpicis longiſſimis. *Knorr del. hort. t. 1. P. 5.*

147. CISSUS. *Bacca* 1ſperma, cincta *calice corollaque* 4partitis.

vitiginea. 1. C. foliis cordatis ſubquinquelobis tomentoſis. *Pluckn. mant. t. 337. f. 2.*

cordifolia. 2. C. foliis cordatis integerrimis. *Pluckn. ic. 159. f. 3.*

ſicyoides. 3. C. foliis ſubcordatis nudis ſetaceo-ſerratis, ramulis teretibus. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t. 20.*

4. C.

quadrangularis. 4. C. foliis cordatis carnoſis ſerrato-dentatis, caule tetragono tumidiuſculo. *Mant. p.* 39. *Rumpf amb.* 5. *t.* 44. *f.* 2.

acida. 5. C. foliis ternatis obovatis glabris carnoſis inciſis. *Rumpf amb.* 1. *t.* 166. *f.* 2.

trifoliata. 6. C. foliis ternatis ſubrotundis hirſutis ſubdentatis, ramis membranaceo-angulatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 259. *f.* 8.

arborea. 7. C. foliis oblongis integris craſſis glabris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 32.

heptaphylla. 8. C. foliis ſeptenis ſerratis hiſpidis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 22.

ternata. 9. C. foliis ternatis complicatis ſerrato-dentatis. *Forsk fl. aeg. arab. p.* 35. *Saelanthus ternatus.*

digitata. 10. C. foliis petiolatis: inferioribus palmatis quinatis; ſuperioribus ternatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 35. *Saelanthus digitatus.*

glandulosa. 11. C. foliis ſerrato-dentatis, pedicellis et calicis baſi glanduloſis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 34. *Saelanthus glanduloſus.*

## FRASERA. *Cor.* 4petala: petalis intus ad medium barbatis. *Cal.* 4phyllus, perſiſtens. *Sil.* ovata, 1locularis.

caroliniensis. 1. Frasera. *Walt. flor. carol. p.* 87.

## 148. EPIMEDIUM. *Cor.* 4petala. *Nectaria* 4petalis incumbentia. *Cal.* caducus. *Siliqua.*

alpinum. 1. Epimedium. *Kniph. bot. orig. cent.* 10. *n.* 40. *Batſch analyſ. flor.* I. 1. *t.* 4. *f.* 7.

## 149. CORNUS. *Involucrum* ſaepius 4phyllum. *Petala* ſupera 4. *Drupa* ſucculenta infera 2locularis: Oſſicula ſolitaria.

florida. 1. C. arborea, involucro maximo: foliolis obcordatis. *Catesb. car.* 1. *t.* 27.

2. C.

maſcula. 2. C. arborea, umbellis involucrum aequantibus. *Knorr. del. hort.* 1. *t.* Z. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 26. *f.* 4.

japonica. 3. C. arborea, umbellis involucrum ſuperantibus, foliis ſerratis. *Thunb. fl. jap. p.* 63. *an viburni potius ſpecies?*

ſanguinea. 4. C. arborea, cymis nudis, ramis rectis. *Flor. dan. t.* 481. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 26. *f.* 4.

alba. 5. C. arborea, cymis nudis, ramis recurvatis. *Mant. p.* 40. *Mill. ic. t.* 104. *Pallas fl. roſſ. t.* 34.

ſericea. 6. C. arborea, cymis nudis, foliis ſubtus ſericeis. *Mant. p.* 199. *Jungh. plant. ic. cent.* 1. *t.* 23. *Herit. corn. t.* 2.

## 304. CYNANCHUM. Contorta. *Nectarium.* cylindricum, plicato-angulatum, 5dentatum. *Folliculi* 2. receptaculo libero.

* *caule volubili.*

hirtum. 1. C. caule fruticoſo inferne ſuberoſo fiſſo, foliis ovato-cordatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *t.* 3. *f.* 61.

reticulatum. 2. C. caule inferne ſuberoſo rimoſo, foliis ovatis acutis. *Retz. obſ. bot. 2. p.* 15.

cordifolium. 3. C. caule hirto, foliis cordatis utrinque glabris acutis, floribus cymoſis. *Retz. obſ. bot. p.* 15.

arboreum. 4. C. foliis variantibus, corolla rotata. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 53.

capenſe. 5. C. caule undique conformi, foliis ſubcordato-ovatis, pedunculis multifloris. *Suppl. p.* 168.

ſuberoſum. 6. C. caule inferne ſuberoſo fiſſo, foliis cordatis acuminatis. *Dill. h. Elth. t.* 229. *f.* 296.

carolinenſe. 7. C. caule hiſpido, foliis cordato-lanceolatis, cymis axillaribus. *Jacq. coll.* 2. *p.* 288. *pl. rar. ic.* 2. *faſc.* 1. *t.* 9.

obliquum. 8. C. foliis oblique cordatis glabris, cymis axillaribus. *Jacq. pl. rar. ic.* 2. *t.* 8.

parviflorum. 9. C. caule filiformi, foliis ovatis apice ſubulatis, umbellis ſubſeſſilibus. *Plum. ic.* 215. *f.* 1.

criſpiflorum. 10. C. foliis ſubtus villoſis oblongis cordatis: ſinu clauſo, petalis apice criſpis. *Plum. ic.* 216. *f.* 1.

undulatum. 11. C. foliis lanceolato-ovatis glabris, umbellis globoſis. *Mant. p.* 54. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 84.

maritimum. 12. C. foliis cordatis hirſutis ſubtus tomentoſis, pedunculis aggregatis. *Mant. p.* 54. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 82.

racemoſum. 13. C. foliis cordatis glabris acutis, racemis ſimplicibus. *Jacq. ſtirp. am. pict. t.* 80.

planifolium. 14. C. foliis cordatis glabris ſubtus tomentoſis, pedunculis ſubracemoſis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 81.

altiſſimum. 24. C. foliis cordatis utrinque tomentoſis, floribus umbellatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 83.

clauſum. 25. C. foliis lanceolato-oblongis revolutis, floribus umbellatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 87.

leucanthum. 26. C. foliis ovatis acuminatis planis nitidis, umbellis globoſis. *Jacq. ſtirp. pict. t.* 86.

longiflorum. 27. C. foliis obovatis oblongis acutis villoſis, floribus umbellatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 85.

viminale. 15. C. caule perenni aphyllo. *Mant. p.* 394. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 331. Euphorbia viminalis. *Pr. Alp. aeg. p.* 190. *ic.*

acutum. 16. C. caule herbaceo, foliis cordato-oblongis glabris.

monſpeliacum. 17. C. caule herbaceo, foliis reniformi-cordatis acutis. *Kniph. bot. orig. cent.* 3. *n.* 35.

extenſum. 18. C. caule herbaceo, foliis uniformi-cordatis acutis, petalis hirſutis. *Jacq. pl. rar. ic. t.* 47.

obtuſifolium. 19. C. caule herbaceo, foliis oblongis apice rotundatis cum acumine, umbellis lateralibus. *Suppl. p.* 169.

tenellum. 20. C. caule herbaceo ſubvolubili, foliis ovato-oblongis. *Suppl. p.* 168.

** *caule erecto.*

pyrotechnicum. 21. C. caule fruticoſo nudo, pedunculis ſolitariis axillaribus tuberculatis, floribus pedicellatis capitatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 53.

erectum. 22. C. caule divaricato, foliis cordatis glabris. *Jacq. h. Vind.* I. *t.* 38.

filiforme. 23. C. caule ſimpliciſſimo, foliis linearibus, floribus verticillatis axillaribus. *Suppl. p.* 169.

## 305. APOCYNUM. *Cor.* campanulata. *Glandulae* 5 cum ſtaminibus alternae.

ſibiricum. 1. A. caule erecto herbaceo, foliis oblongis umbellis terminalibus. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 66.

androſaemifolium. 2. A. caule rectiuſculo herbaceo, foliis ovatis utrinque glabris, cymis terminalibus. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 3. *f.* 16.

3. A.

cannabinum. 3. A. caule rectiuſculo herbaceo, foliis oblongis, paniculis terminalibus. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 3. *f.* 14.

venatum. 4. A. caule rectiuſculo herbaceo, foliis ovato-lanceolatis.

filiforme. 5. A. caule proſtrato-herbaceo, foliis filiformibus, floribus umbellatis. *Suppl. p.* 169.

minutum. 6. A. caule proſtrato, foliis haſtatis. *Suppl. p.* 169.

fruteſcens. 7. A. caule erecto fruteſcente, foliis lanceolato-ovatis, corollis acutis, fauce villoſis. *Fl. zeyl. t.* 12. *f.* 1.

reticulatum. 8. A. caule volubili perenni, foliis ovatis venoſis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 40.

lineare. 9. A. caule volubili herbaceo, foliis linearibus planis, umbellis axillaribus compoſitis. *Suppl. p.* 169.

triflorum. 10. A. caule volubili herbaceo, foliis lanceolatis, umbellis axillaribus ſubtrifloris. *Suppl. p.* 169.

Acuſi. 11. A. caule volubili, foliis oblongo-ovatis acuminatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 274. *t.* 107.

umbellatum. 12. A. caule volubili, foliis ovato-acuminatis ſubtus tomentoſis, corymbis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 275. *t.* 108.

MATELEA. *Cor.* 5fida: tubo breviſſimo. *Cal.* turbinatus, 5partitus. *Antherae* in capitulum 5gonum conjunctae. *Germen* alterum abortiens. *Stigm.* concava. *Folliculus* 5gonus. *Sem.* margine crenata.

paluſtris. 1. Matelea. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 278. *t.* 109. *f.* 1. *β*) Matelea latifolia. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 278. *t.* 109. *f.* 2.

CYNOCTONUM. Contorta. *Folliculi* 2 ventricoſi baſi coadunati. *Cor.* tubuloſa: fauce villis clauſa.

ſeſſilifolium. 1. C. foliis ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 108.

petiolatum. 2. C. foliis petiolatis. *Walt. flor. carol. p.* 108.

## 306. ASCLEPIAS. Contorta. *Nectaria* 5 ovata, cucullata, corniculum exſerentia. *Folliculi* 2.: receptaculo libero.

* *Foliis oppoſitis planis.*

viminalis. 1. A. caule ſuffruticoſo volubili filiformi, foliis lanceolatis glabris, umbellis lateralibus multifloris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 53.

aſthmatica. 2. A. caule fruticoſo volubili hirſuto, foliis petiolatis cordato-ovatis ſupra glabris integerrimis, umbellis paucifloris. *Suppl. p.* 170.

volubilis. 3. A. caule arboreo volubili, foliis ovatis integerrimis acuminatis, umbellis erectis. *Suppl. p.* 170.

nivalis. 4. A. caule volubili, corolla tortili: petalis linearibus. *Forsk. fl. aeg. ar. p.* 51. *an hujus generis?*

Daemia. 5. A. caule volubili, foliis cordato-acutis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 51. *an diſtincta ſpecies?*

cordata. 6. A. caule fruticoſo ramoſo apice volubili, foliis petiolatis cordato-reniformibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 49.

parviflora. 51. A. caule ſuffruticoſo erecto, foliis lanceolatis acuminatis glabris, umbellis lateralibus ſolitariis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 307.

nigra. 7. A. caule ſuperne ſubvolubili, foliis ovatis baſi barbatis.

glabra. 8. A. caule ſcandente, foliis ovato-acuminatis glaberrimis, umbellis interfoliaceis albis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 51.

decumbens. 9. A. caule decumbente, foliis villoſis.

incarnata. 10. A. caule ſuperne diviſo, foliis lanceolatis, umbellis erectis geminis. *Jacq. h. Vindob.* 2. *t.* 107.

nivea. 11. A. caule ſimplici, foliis ovato-lanceolatis glabriuſculis, umbellis erectis lateralibus ſolitariis. *Dill. h. Elth. t.* 29. *f.* 32.

curaſſavica. 12. A. caule ſimplici, foliis lanceolatis glabris nitidis, umbellis erectis ſolitariis lateralibus. *Dill. h. Elth. t.* 30. *f.* 33.

variegata. 13. A. caule ſimplici, foliis ovatis rugoſis nudis, umbellis ſubſeſſilibus, pedicellis tomentoſis. *Pluckn. alm. t.* 77. *f.* 1.

14. A.

purpuraſcens. 14. A. caule ſimplici, foliis ovatis ſubtus villoſis, umbellis erectis, nectariis reſupinatis. *Dill. h. Elth. t.* 28. *f.* 31.

amoena. 15. A. caule ſimplici, foliis ovatis ſubtus piloſiuſculis, umbellis nectariisque erectis. *Dill. h. Elth. t.* 27. *f.* 30.

ſyriaca. 16. A. caule ſimpliciſſimo, foliis ovalibus ſubtus tomentoſis, umbellis nutantibus. *Regn. bot. t.* 71.

pubeſcens. 17. A. caule fruticoſo pedunculisque villoſis, foliis ovatis venoſis nudis. *Mant. p.* 215. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 3. *f.* 35.

ſpiralis. 18. A. caule fruticoſo, foliis petiolatis ovali-oblongis, floribus ſolitariis axillaribus, petalis linearibus ſpiralibus introrſum hirſutis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 49.

radians. 19. A. caule erecto, foliis petiolatis cordatis acutis undulatis, umbellis terminalibus, corollae limbo erecto ſpirali. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 49.

lactifera. 20. A. caule erecto, foliis ovatis, umbellis proliferis breviſſimis.

Vincetoxicum. 21. A. caule erecto, foliis ovatis baſi barbatis, umbellis proliferis. *Flor. dan. t.* 849.

gigantea. 22. A. foliis amplexicaulibus oblongo-ovatis baſi piloſis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 88.

criſpa. 23. A. foliis cordato-lanceolatis undulatis ſcabris, umbella terminali. *Suppl. p.* 170. *Commel. rar. t.* 17.

undulata. 24. A. foliis ſeſſilibus oblongis lanceolatis undulatis glabris, petalis ciliatis. *Commel. rar. t.* 16.

laniflora. 25. A. foliis lineari-lanceolatis, pedunculis axillaribus apice umbellatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 51.

alexica. 26. A. caule volubili, foliis inferioribus cordatis: ſuperioribus ovatis, umbellis ſeſſilibus. *Jacq. coll.* 1. *p.* 101. *Rheed. h. mal.* 9. *t.* 13.

** *foliis lateribus revolutis, oppoſitis.*

repanda. 27. A. foliis revoluto-repandis piloſis.

citrifolia. 28. A. foliis ovato-lanceolatis petiolatis repando-undulatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 290. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 30.

arboreſcens. 29. A. foliis ovatis, caule fruticoſo ſubvilloſo. *Mant. p.* 216. *Burm. afr. t.* 13. *p.* 3.

fruticoſa. 30. A. foliis lineari-lanceolatis, caule fruticoſo. *Pluckn. alm. t.* 138. *f.* 2. *β)* Aſclepias craſſifolia.

31. A.

ſibirica. 31. A. foliis lineari-lanceolatis oppoſitis ternisque, caule decumbente. *Murray Comm. Goett.* 1779. *t.* 7.

ſetoſa. 32. A. foliis linearibus oppoſitis, caule erecto, umbellis lateralibus terminalibusque. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 51.

verticillata. 33. A. foliis linearibus verticillatis, caule erecto. *Pluckn. mant. t.* 336. *f.* 4. *β?*) Aſclepias quadrifolia. *Jacq. obſ. bot.* 2. *t.* 33.

*** *foliis alternis.*

rubra. 34. A. foliis ovatis, umbellis ex eodem pedunculo communi pluribus.

tuberoſa. 35. A. foliis lanceolatis, caule divaricato piloſo. *Dill. h. Elth. t.* 30. *f.* 34.

**** *dubiae tribus.*

filiformis. 36. A. foliis filiformibus, caule erecto, umbellis lateralibus elongato-pedunculatis. *Suppl. p.* 169.

grandiflora. 37. A. foliis petiolatis oblongis piloſis, caule ſimplici hirto erecto, floribus axillaribus pedunculatis. *Suppl. p.* 170.

carnoſa. 38. A. foliis ovatis carnoſis glaberrimis. *Suppl. p.* 170.

humiſtrata. 39. A. foliis ſeſſilibus cordatis oppoſitis, caule proſtrato, umbellis axillaribus. *Walt. flor. carol. p.* 105.

cordata. 40. A. foliis cordato-lanceolatis ſubſeſſilibus, caule erecto dichotomo, umbellis terminalibus. *Walt. flor. carol. p.* 105.

cinerea. 41. A. caule erecto laevi, foliis ſublinearibus umbella terminali. *Walt. flor. carol. p.* 105.

lanceolata. 42. A. foliis linearibus, caule erecto laevi, umbellis terminalibus. *Walt. flor. carol. p.* 105.

perennis. 43. A. foliis lanceolatis glabris oppoſitis petiolatis, caule ſuffruticoſo, umbellis lateralibus oppoſitis. *Walt. flor. carol. p.* 107.

polyſtachya. 44. A. foliis lanceolatis laevibus oppoſitis petiolatis, caule ſuffruticoſo, umbellis terminalibus lateralibusque. *Walt. flor. carol. p.* 107.

gonocarpos. 45. A. caule volubili, foliis ovato-cordatis oppoſitis, nectario ſtellato, folliculis cernuis. *Walt. flor. carol. p.* 104.

acanthocarpos. 46. A. caule volubili, foliis ſubpiloſis, nectario ſtellato, folliculis cernuis mucronato-ſpinoſis. *Walt. flor. carol. p.* 104.

pedicellata. 47. A. caule brevi, umbella pauciflora, nectario ecorni pedicellato. *Walt. flor. carol. p.* 106.

viridis. 48. A. caule erecto, foliis oblongis obtuſis laevibus petiolatis oppoſitis, umbellis terminalibus, nectariis ecornibus. *Walt. flor. carol. p.* 107.

***** *caule aphyllo.*

aphylla. 49. A. caule volubili, corymbis conjugatis globoſis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 50.

ſtipitacea. 50. A. caulibus fruticoſis articulatis diffuſis, umbellis ramulorum terminalibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 50.

## 307. STAPELIA. Contorta. *Nectarium* duplici ſtellula 5phylla tegente genitalia.

variegata. 1. St. denticulis ramorum patentibus. *Knorr del. hort.* 1. *t.* F. 4.

hirſuta. 2. St. denticulis ramorum erectis. *Roeſ. inſ.* 2. *muſc. t.* 9.

mammillaris. 3. St. denticulis ramorum obtuſis mucronatis. *Mant. p.* 216. *Burm. afr. t.* 11.

pilifera. 4. St. caule tereti mammilloſo-tuberculato: tuberculis apice piliferis. *Suppl. p.* 171.

articulata. 5. St. articulis ramorum teretibus reticulatim obſolete verrucoſis: ſpinulis minutis, floribus ſubſeſſilibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 310.

pulla. 6. St. ſubhexagona erecta, aculeis patentiſſimis, floribus ſeſſilibus aggregatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 310.

incarnata. 7. St. quadrangularis, dentibus horizontali-truncatis calloſis. *Suppl. p.* 171. *Burm. dec. t.* 7. *f.* 1.

quadrangula. 8. St. quadrangularis: angulis ſubdentatis, folliculis ſubulatis conjugatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 52. *an vere nova ſpecies capenſis a Paterſon journeys into Caffraria p.* 60. *memorata, et manu depicta?*

## VILLARSIA. *Cor.* campanulata. *Nectar.* 5 ſtamina mentientia. *Stil.* 0. *Capſ.* ovata, 1locularis polyſperma.

aquatica. 1. VILLARSIA. *Walt. flor. carol. p.* 108. 1208.

1208. LINCONIA. *Petala* 5 foveolae nectarii baſi inſculpta. *Capſula* ſeminifera, 2locularis.

alopecuroidea. 1. Linconia. *Mant. p.* 216. *Herm. afr.* 7.

308. HERNIARIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 5. ſterilia. *Capſ.* 1ſperma.

glabra. 1. H. glabra. *Flor. dan. t.* 529.

hirſuta. 2. H. hirſuta. *Zanich. ic.* 284. *An varietas glabrae?*

fruticoſa. 3. H. caulibus fruticoſis, floribus quadrifidis. *Lob. ic.* 85.

lenticulata. 4. H. ſuffruticoſa, foliis ovato-oblongis piloſis. *Pluckn. alm. t.* 53. *f.* 3.

Payco. 5. H. foliis ſerratis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 126.

309. CHENOPODIUM. *Cal.* 5fidus, 5coſtatus. *Cor.* 0. *Sem.* 1. lenticulare, ſuperum, horizontale, calice connivente tectum.

* *foliis anguloſis.*

Bonus Henricus. 1. Ch. foliis triangulari-ſagittatis integerrimis, ſpicis compoſitis aphyllis axillaribus. *Flor. dan. t.* 579.

urbicum. 2. Ch. foliis triangularibus ſubdentatis, racemis confertis ſtrictiſſimis cauli approximatis longiſſimis. *Buxb. fl. hal. t.* 1.

atriplicis. 3. Ch. foliis deltoideis ſubtus coloratis, caule erecto. *Suppl. p.* 172. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 80.

triangulare. 4. Ch. foliis triangularibus aequilateris poſterius integris, racemis decompoſitis ſubnudis axillaribus terminalibusque. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 205.

rubrum. 5. Ch. foliis cordato-triangularibus obtuſiuſculis dentatis, racemis erectis compoſitis ſubfolioſis caule brevioribus. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 31. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 6.

punctulatum. 6. Ch. foliis albo-punctulatis: imis rhombeo-ovatis ſinuatis: ſupremis ellipticis, racemis lateralibus ſpicatis folioſis. *Scopoli del. inſubr.* 1. *p.* 261. *t.* 11.

7. Ch.

album. 7. Ch. foliis rhomboideo-triangularibus eroſis poſterius integris: ſummis oblongis, racemis erectis. *Curt. flor. Lond. t.* 92.

viride. 8. Ch. foliis rhomboideis dentato-ſinuatis, racemis ramoſis ſubfoliatis. *Curt. flor. Lond. t.* 103.

ſerotinum. 9. Ch. foliis deltoideis ſinuato-dentatis rugoſis glabris uniformibus, racemis terminalibus. *Pet. gaz. t.* 8.

hybridum. 10. Ch. foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramoſis nudis. *Curt. flor. Lond. t.* 248.

multifidum. 11. Ch. foliis multifidis: ſegmentis linearibus, floribus axillaribus ſeſſilibus. *Dill. h. Elth. t.* 66. *f.* 77.

ambroſioides. 12. Ch. foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis ſimplicibus. *Regnault bot. t.* 75.

Botrys. 13. Ch. foliis oblongis ſinuatis, racemis nudis multifidis. *Blackw. herb. t.* 315.

anthelminticum. 14. Ch. foliis ovato-oblongis dentatis, racemis aphyllis. *Dill. h. Elth. t.* 66. *f.* 76.

glaucum. 15. Ch. foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis ſimplicibus glomeratis. *Tabern. Kraeuterb. ic. p.* 427.

murale. 16. Ch. foliis ovatis nitidis dentatis acutis, racemis ramoſis nudis. *J. Bauh. hiſt. pl.* 2. *p.* 975. *ic.*

ſepium. 17. Ch. foliis ovalibus ſinuatis, racemis folioſis ſimplicibus. *J. Mayer Abh. d. boehm. Geſ.* 3. *p.* 320.

guineenſe. 18. Ch. foliis deltoideo-ovatis ſinuato-dentatis, racemis ramoſis: floribus conglomeratis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 346. *pl. rar. ic.* 2. *t.* 56.

** *foliis integris.*

Vulvaria. 19. Ch. foliis integerrimis rhomboideo-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus. *Blackw. herb. t.* 100.

caudatum. 20. Ch. foliis integerrimis rhombeo-ovatis, racemo terminali erecto. *Jacq. coll.* 2. *p.* 325. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 31.

polyſpermum. 21. Ch. foliis integerrimis ovatis, caule ſuberecto, cymis dichotomis, calicibus fructus patulis. *Curt. flor. Lond. t.* 115.

Scoparia. 22. Ch. foliis lineari-lanceolatis planis integerrimis.

ariſtatum. 23. Ch. foliis lanceolatis ſubcarnoſis integerrimis, corymbis dichotomis ariſtatis axillaribus. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 15. *f.* 1.

laterale. 24. Ch. foliis caulinis lanceolatis obtuſis: ramorum oblongis, pedunculis lateralibus ſolitariis unifloris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 313.

oppoſitifolium. 25. Ch. foliis oppoſitis lanceolato-ſubulatis breviſſimis. *Suppl.* *p.* 172. *Pallas it.* 2. *t.* O.

ſericeum. 26. Ch. foliis ſubulatis ſericeis, florum glomerulis geminis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv. n.* 1575.

maritimum. 27. Ch. foliis ſubulatis ſemicylindricis. *Flor. dan. t.* 489.

## 1153. ATRIPLEX. *Cor.* o. *Flores* alii hermaphroditi, alii in eadem planta mere feminei.

☿. *Cal.* 5phyllus. *Sem.* 1. depreſſum; erectum.

♀. *Cal.* 2phyllus. *Sem.* 1. compreſſum.

coriacea. 1. A. caule fruticoſo decumbente, foliis ovatis concavis, farinoſis coriaceis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 175.

Helimus. 2. A. caule fruticoſo, foliis deltoidibus integris.

portulacoides. 3. A. caule fruticoſo, foliis obovatis.

albicans. 17. A. caule fruticoſo erecto, foliis haſtatis integerrimis acutis, ſpicis terminalibus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 430.

glauca. 4. A. caule ſuffruticoſo procumbente, foliis ovatis ſeſſilibus integerrimis: inferioribus ſubdentatis. *Dill. h. Elth. t.* 40. *f.* 46.

roſea. 5. A. caule herbaceo, foliis incanis ſerratis, fructibus quadrangularibus dentatis.

ſibirica. 6. A. caule herbaceo, foliis deltoidibus angulatis, calicibus fructus extus muricatis.

tatarica. 7. A. caule herbaceo, foliis deltoidibus ſinuato-dentatis alternis.

laciniata. 8. A. caule herbaceo, foliis deltoideis dentatis ſubtus argenteis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 32. *f.* 17.

haſtata. 9. A. caule herbaceo, calicis valvis femineis magnis deltoidibus ſinuatis. *Curt. flor. Lond. t.* 118.

10. A.

hortenſis. 10. A. caule herbaceo erecto, foliis triangularibus. *Blackw. herb. t.* 99. *et* 552.

littoralis. 11. A. caule herbaceo erecto, foliis omnibus linearibus integerrimis.

patula. 12. A. caule herbaceo patulo, foliis ſubdeltoideo-lanceolatis, calicibus ſeminum diſco dentatis. *Lob. ic.* 257. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 8.

virgata. 13. A. caule herbaceo: ramis elongatis rarioribus, foliis petiolatis; ſuperioribus lanceolatis, floribus ſummis ſpicatis: calicibus ſeminum diſco tuberculoſis. *Scop. del. inſubr.* 2. *p.* 14. *t.* 7.

alba. 14. A. caule ramoſiſſimo herbaceo, foliis ovatis, floribus axillaribus glomeratis, calicibus fructus angulatis dentatis laevibus. *Scop. del. inſ* 2. §. 16. *t.* 8.

pedunculata. 15. A. caule herbaceo divaricato, foliis lanceolatis obtuſis integris, calicibus femineis pedunculatis. *Spec. pl.* 1675. *Flor. dan. t.* 304.

ſalicina. 16. A. caule herbaceo glabro tereti, foliis lanceolatis inaequaliter ſerratis; radicalibus linearibus integerrimis, ſpica terminali glomerata aphylla. *Pallas it.* 1. *p.* 495. *n.* 113.

## 1116. HUMULUS. *Flores* dioici. *Cor.* o.

♂. *Cal.* 5phyllus.

♀. *Cal.* 1phyllus, oblique patens, integer. *Sem.* 1. intra calicem foliatum.

Lupulus. 1. HUMULUS. *Knorr del. hort.* 2. *t.* L. 5. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 2.

## 310. BETA. *Cal.* 5fidus, 5coſtatus, maturo ſemine connivens. *Cor.* o. *Sem.* reniforme, intra ſubſtantiam baſeos calicis, inferum, horizontale.

vulgaris. 1. B. floribus congeſtis, foliis inferioribus ovatis. *Blackw. t.* 235. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 5.

patula. 2. B. floribus congeſtis, foliis omnibus lineari-lanceolatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 315.

Cicla. 3. B. floribus ternis.

maritima. 4. B. floribus geminis.

MICROTEA. *Cal.* 5phyllus, patens. *Cor.* o. *Drupa* ſicca, echinata.

debilis. 1. MICROTEA. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 53.

311. SALSOLA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1. inferum, calice corticatum.

* *caule herbaceo.*

Kali. 1. S. decumbens, foliis ſubulatis ſpinoſis ſcabris, calicibus marginatis axillaribus. *Flor. dan. t.* 818. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 4.

ſativa. 2. S. diffuſa, foliis teretibus glabris, floribus conglomeratis.

hirſuta. 3. S. diffuſa, foliis teretibus obtuſis tomentoſis. *Flor. dan. t.* 187.

hyſſopifolia. 4. S. diffuſa, foliis alternis planis oblongo-linearibus lanugi-noſis. *Pall. it.* 1. *p.* 492. *t.* H. *f.* 1.

Soda. 5. S. patula, foliis inermibus. *Mant. p.* 347. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 68.

caroliniana. 29. S. decumbens, foliis lato-ſubulatis ſpinoſis laevibus, calicibus axillaribus ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 111.

Tragus. 6. S. erecta, foliis ſubulatis ſpinoſis laevibus, calicibus ovatis; *an mera Kali varietas? an ob corticis in ſemine defectum, cum Kali et roſacea diſtincti generis?*

altiſſima. 7. S. erecta ramoſiſſima, foliis filiformibus acutiuſculis, baſi pedunculiferis. *Buxb. cent.* 1. *t.* 31. *f.* 2.

ſalſa. 8. S. erectiuſcula, foliis linearibus ſubcarnoſis muticis, calicibus ſucculentis diaphanis. *Mant. p.* 347. *Jacq. hort. Vind.* 3. *t.* 83.

roſacea. 9. S. foliis ſubulatis mucronatis, calicibus explanatis. *Buxb. cent.* 1. *t.* 14 *f.* 2.

monandra. 10. S. erecta, floribus monandris. *Pall. it.* 3. *p.* 724. *t.* M. *f.* 1. A. B. c. D. d.

** *caule lignoſo.*

polyclonos. 11. S. ſublignoſa diffuſa, foliis oblongis, calicibus marginatis glomeratis coloratis. *Mant. p.* 54. *Barr. rar. pl. ic. t.* 275.

12. S.

orientalis. 12. S. ſuffruticoſa erecta ramoſa villoſa, foliis imbricatis ſubrotundis. *S. G. Gmelin it.* 4. *p.* 47. *t.* 5.

laniflora. 13. S. ſuffruticoſa erecta, foliis obtuſis carnoſis, antheris coloratis. *Pallas it.* 2. *t.* P.

proſtrata. 14. S. fruteſcens, foliis linearibus piloſis inermibus. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 294.

vermiculata. 15. S. fruteſcens, foliis ovatis acutis carnoſis. *Barr. pl. rar. ic. t.* 215.

arboreſcens. 16. S. fruteſcens, foliis ſemicylindricis; inferioribus conjugatis. *Suppl. p.* 173.

monobractea. 17. S. fruteſcens diffuſa, foliis linearibus piloſis inermibus, calice ſeta in ſpinam transeunte. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 55.

tetrandra. 18. S. fruticoſa decumbens inermis, floribus brachiatim oppoſitis tetrandris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 58. *an hujus generis?*

fruticoſa. 19. S. fruticoſa erecta, foliis filiformibus obtuſiuſculis. *Mant. p.* 347. *Du Hamel arbr.* 1. *t.* 62. *an ob ſemina plana nitida cum ſalſa et altiſſima diſtincti generis?*

muricata. 20. S. fruticoſa patula, ramulis hirſutis, calicibus ſpinoſis. *Mant. p.* 54. 512. *Pallas it.* 3. *t.* M. *f.* 3.

arbuſcula. 21. S. fruticoſa diffuſa ramoſiſſima, ramulis rigido-patentibus, bracteis alternis gibbis, foliis teretibus obtuſis. *Pallas it.* 1. *p.* 487. *t.* G. *f.* 1.

imbricata. 22. S. fruticoſa diffuſa inermis, ramis villoſis, ramulis imbricatis, bracteis obtuſis nudis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 57.

mucronata. 23. S. fruticoſa, ramulis mucronatis, foliis ſubulatis inermibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 56.

longifolia. 24. S. fruticoſa proſtrata, foliis inermibus, teretibus glabris farinoſis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 55.

aphylla. 25. S. fruticoſa ſubaphylla, ramis floſculorum rudimento coopertis. *Suppl. p.* 173.

articulata. 26. S. fruticoſa decumbens aphylla, ramis floriferis articulatis, floribus oppoſitis ad apices articulorum. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 55.

inermis. 27. S. fruticoſa aphylla, ramis inermibus, bracteis farinoſo-villoſis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 57.

coquimbana. 28. S. aphylla, calicibus ſucculentis diaphanis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 136.

ANREDERA. *Cal.* 2partitus: laciniis dorſo carinatis. *Sem.* 1 tectum calice membranaceo, compreſſo, 2alato.

ſpicata. 1. Anredera. *Juſſieu gen. plant. p.* 84.

312. ANABASIS. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 5petala. *Bacca* aquoſa, 1ſperma, calice cincta.

aphylla. 1. A. aphylla, articulis emarginatis. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 18. β) Anabaſis cretacea. *Pall. it.* 1. *p.* 493. *t.* 12. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 77. *f.* 4.

folioſa. 2. A. foliis ſubclavatis. *Buxb. cent.* 1. *t.* 19. *f.* 1.

tamariſcifolia. 3. A. foliis ſubulatis, pericarpiis exſuccis.

ſpinoſiſſima. 4. A. fruteſcens, ramis nudis ſpinoſiſſimis. *Suppl. p.* 173.

313. CRESSA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* hypocrateriformis. *Filamenta* tubo inſidentia. *Capſ.* 2valvis, 1ſperma.

cretica. 1. Cr. caule herbaceo. *Pluckn. alm. t.* 43. *f.* 6.

arabica. 2. Cr. caule fruticoſo. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 54.

1254. STERIS. *Cal.* 5partitus. *Cor.* rotata. *Bacca* 1locularis, polyſperma.

javana. 1. Steris. *Mant. p.* 54.

314. GOMPHRENA. *Cal.* coloratus: exterior 3phyllus: foliolis 2 conniventibus carinatis. *Petala* 5 rudia, villoſa. *Nectar.* cylindricum, 5dentatum. *Stil.* ſemibifidus. *Capſ.* 1ſperma.

globoſa. 1. G. caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, capitulis ſolitariis, pedunculis diphyllis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 100.

braſilienſis. 2. G. caule erecto, foliis ovato-oblongis, capitulis pedunculatis globoſis aphyllis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 10.

hiſpida. 3. G. caule erecto, foliis crenatis, capitulis diphyllis. *Rheed. h. mal.* 9. *t.* 72.

interrupta. 4. G. caule erecto, ſpica interrupta.

ſerrata. 5. G. caule erecto brachiato, capitulis ſolitariis terminalibus ſeſſilibus, calicibus ſerratis.

perennis. 6. G. foliis lanceolatis, capitulis diphyllis: floſculis perianthio proprio diſtinctis. *Dill. h. Elth. t.* 20. *f.* 22.

flava. 7. G. pedunculis oppoſitis bifidis tricapitatis: capitulo intermedio ſeſſili.

arboreſcens. 8. G. arboreſcens piloſa ſubvolubilis. *Suppl. p.* 173.

ROCAMA. *Cal.* 1phyllus, corniculatus. *Cor.* 0. *Capſ.* 2locularis, 2ſperma.

arabica. 1. Rocama. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 71.

315. BOSEA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 0. *Drupa* baccata, 1locularis, 1ſperma.

Yervamora. 1. Bosea. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 158. *f.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 77. *f.* 6.

## 316. ULMUS. *Cal.* 5fidus. *Cor.* o. *Capſ.* ſupera, 1locularis, foliaceo-compreſſa. *Sem.* ſolitarium.

campeſtris. 1. U. foliis duplicato-ſerratis baſi inaequalibus, floribus ſubſeſſilibus conglomeratis. *Flor. dan. t.* 632. *Regn. bot. t.* 332.

effuſa. 2. U. foliis duplicato-ſerratis baſi inaequalibus, floribus longe pedunculatis effuſis. *Willden. prodr. fl. berol. n.* 296. *Fouge roux de Bondar. act. Pariſ.* 1784. *t.* 2.

americana. 3. U. foliis aequaliter ſerratis baſi inaequalibus. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 49. *f.* 5.

pumila. 4. U. foliis aequaliter ſerratis baſi aequalibus. *Pallas flor. roſſ. t.* 48.

hollandica. 5. U. foliis ovatis acuminatis rugoſis inaequaliter ſerratis, cortice fungoſo. *du Roi herb. Baumz.* 1. *p.* 505.

pubeſcens. 6. U. foliis baſi aequalibus oblongo-cordatis ſetaceo-ſerratis pubeſcentibus. *Walt. flor. carol. p.* 112.

nemoralis. 7. U. foliis oblongis glabriuſculis aequaliter ſerratis baſi ſubaequalibus, floribus ſeſſilibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 320.

## 1143. CELTIS. *Flores* maſculi in eadem planta cum hermaphroditis. *Cor.* o.
☿. *Cal.* 5partitus. *Drupa* 1locularis, 1ſperma, clauſa.
♂. *Cal.* 6partitus. *Stamina* 6.

auſtralis. 1. C. foliis ovato-lanceolatis ſcabris. *Lob. ic.* 186. *Scop. del. auſtr.* 2. *t.* 18.

Lima. 2. C. foliis ovato-lanceolatis acuminatis oblique cordatis ſerratis ſuperne ſcaberrimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 53.

occidentalis. 3. C. foliis oblique ovatis acuminatis. *du Hamel arbr.* 1. *t.* 53.

orientalis. 4. C. foliis oblique cordatis ſerratis ſubtus villoſis. *Pluckn. alm. t.* 221. *f.* 4.

1108. **PISTACIA.** *Flores* dioici. *Cor.* o.
♂. Ament. *Cal.* 5fidus.
♀. Diſtincta. *Cal.* 3fidus. *Drupa* 1pyrena, 1locularis, ſuperne clauſa.

trifolia. 1. P. foliis ſubternatis ſimplicibusque. *Bocc. muſ.* 2. *t.* 93.

narbonenſis. 2. P. foliis pinnatis ternatisque ſuborbiculatis.

vera. 3. P. foliis impari-pinnatis: foliolis ſubovatis recurvis. *Regn. bot. t.* 282.

Terebinthus. 4. P. foliis impari-pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis. *Regn. bot. t.* 412.

Lentiſcus. 5. P. foliis abrupte pinnatis: foliolis lanceolatis. *Blackw. herb. t.* 195.

1115. **CANNABIS.** *Flores* dioici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 5partitus.
♀. *Cal.* 1phyllus, integer, latere hians. *Nucula* 2valvis intra calicem clauſum.

ſativa. 1. Cannabis. *Blackw. herb. t.* 322. a. b. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 75. *f.* 1.

317. **NAMA.** *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5partita. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, ſupera, polyſperma.

zeylanica. 1. N. caule erecto glabro, foliis linearibus, floribus racemoſis. *Fl. zeylan. t.* 2.

jamaicenſis. 2. N. caule decumbente, foliis ovatis, floribus ſolitariis. *Brown. jam. t.* 18. *f.* 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 8.

**DICHONDRA.** *Cal.* 5phyllus. *Cor.* rotata, 5partita. *Capſ.* 2cocca.

repens. 1. D. caule repente, foliis reniformibus integerrimis. *Forſt. char. gen. p.* 20. *t.* 20. *Smith plant. ic. ined. t.* 20.

ſericea. 2. D. foliis ſubtus ſericeis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 54. *an diſtincta ſpecies?*

318. HYDROLEA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* rotata, campanulata. *Filamenta* baſi cordata. *Capſ.* 2locularis, 2valvis. *Receptaculum* maximum. *Semina* parva.

ſpinoſa. 1. H. floribus terminalibus. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 55. *f.* 9. *Aubl. pl. guj.* 1. *t.* 110.

trigyna. 2. H. floribus axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 54.

quadrivalvis. 3. H. ſpinis pedunculisque axillaribus. *Walt. flor. carol. p.* 110.

DEMIDOFIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* tubuloſa, 5fida. *Anth.* 2dymae. *Germ.* globoſa. *Stigm.* peltata. *Nuc.* 2 coadunatae 1loculares.

repens. 1. Demidofia. *Walt. flor. carol. p.* 110.

319. SCHREBERA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* infundibuliformis. *Filamenta* in fauce corollae ſquamis totidem baſeos.

Schinoides. 1. Schrebera. *Sp. pl.* 1662. *Nov. act. Upſ.* 1. *t.* 5. *f.* 1. *an vere diſtincti generis planta?*

ROCHEFORTIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* infundibuliformis: fauce aperta. *Pericarp.* 2loculare, polyſpermum.

cuneata. 1. R. foliis cuneiformibus obovatis integris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 54.

ovata. 2. R. foliis ovatis emarginatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 54.

320.

320. HEUCHERA. *Petala* 5. *Capſ.* infera 2roſtris, 2locularis, calice corticata, inter ſtilos hians.

americana. 1. H. ſcapis ſubnudis, thyrſo elongato, foliis radicalibus longe petiolatis ſeptemlobis bis acute crenatis. *Pluckn. alm. t.* 58. *f.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 36. *f.* 2.

dichotoma. 2. H. caule ramoſo, pedunculis bifloris axillaribus, foliis lineari-lanceolatis oppoſitis integris caulinis. *Murr. Comm. Goett.* 1772. *p.* 64. *t.* 1.

447. VELEZIA. *Cor.* 5petala, parva. *Cal.* filiformis, 5dentatus. *Capſ.* 1locularis. *Sem.* plurima, ſerie ſimplici.

rigida. 1. Velezia. *Buxb. cent.* 2. *t.* 47.

321. SWERTIA. *Cor.* rotata: laciniae ad baſin poris *nectari*feris. *Capſ.* 1locularis, 2valvis.

* *corollis quinquefidis.*

perennis. 1. Sw. foliis radicalibus ovalibus. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 243.

difformis. 2. Sw. pedunculis longiſſimis, corolla terminali ſexfida, foliis linearibus.

rotata. 3. Sw. foliis lanceolato-linearibus. *Gmel. fl. ſib.* 4. *t.* 53. *f.* 1.

carinthiaca. 4. Sw. caulibus unifloris baſi foliolofis. *Jacq. miſc. auſtr.* 2. *p.* 23. *t.* 6.

** *corollis quadrifidis.*

corniculata. 5. Sw. corollis quadricornibus. *Gmel. flor. ſibir.* 4. *t.* 53. *f.* 3.

dichotoma. 6. Sw. corollis ecornibus. *Gmel. flor. ſibir.* 4. *t.* 53. *f.* 2.

## 322. GENTIANA. Cor. 1petala. *Receptacula* 2 longitudinalia. *Capſ.* 2valvis, 1locularis.

* *corolla decemfida.*

pyrenaica. 1. G. corolla infundibuliformi aequali: laciniis exterioribus rudioribus. *Mant. p.* 55. *Gouan ill. t.* 2. *f.* 2.

** *corollis ſeptemfidis.*

campanulata. 2. G. corollis campanulatis ſtriatis immaculatis, calicibus ſeptemfidis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 29.

pannonica. 3. G. corollis ſubſeptemfidis campanulatis punctatis, calicibus ſubſexfidis, foliis caulinis lanceolatis acuminatis. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 136.

*** *corollis ſubquinquefidis.*

purpurea. 4. G. corollis campanulatis verticillatis, calicibus truncatis. *Flor. dan. t.* 50.

punctata. 5. G. corollis campanulatis punctatis, calicibus quinquedentatis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 28. *β)* Gentiana albiflora? *Pallas it.* 3. *p.* 724. *t.* L. *f.* 2.

lutea. 6. G. corollis rotatis verticillatis, calicibus ſpathaceis. *Sabbat. h. rom.* 1. *t.* 13.

campeſtris. 7. G. corollis fauce barbatis, calicis laciniis duabus majoribus. *Flor. dan. t.* 367. *β)* Gentiana tenella? *Flor. dan. t.* 318.

**** *corollis quinquefidis.*
† *campanulatis.*

aſclepiadea. 8. G. floribus oppoſitis ſeſſilibus, foliis amplexicaulibus. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 328.

Pneumonanthe. 9. G. floribus oppoſitis pedunculatis, foliis linearibus. *Flor. dan. t.* 269.

Saponaria. 10. G. corollis ventricoſis verticillatis, foliis trinerviis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 70.

villoſa. 11. G. corollis ventricoſis, foliis villoſis.

acaulis. 12. G. corolla caulem excedente. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 135. *Flores monadelphi. β)* Gentiana anguſtifolia. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 526. *γ)* Gentiana alpina. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 526. *t.* 10.

13. G.

nana. 13. G. corolla fauce barbata, foliis caulinis ovatis. *Jacq. miſc. auſtr.* 1. *t.* 18. *f.* 3. *β?) Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 1. *n.* 652.

exaltata. 14. G. corollis coronatis crenatis, pedunculo longiſſimo dichotomo terminali. *Plum. ic.* 81. *f.* 1.

decumbens. 15. G. foliis radicalibus lanceolatis longiſſimis, caule decumbente. *Suppl. p.* 174. *Gmel. fl. ſibir.* 4. *t.* 51. *f.* A.

montana. 16. G. foliis cordatis ſeſſilibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 21.

ſaxoſa. 17. G. foliis ſpatulatis. *Suppl. p.* 175. *Forſt. act. Stockh.* 1777. *t.* 5.

Catesbaei. 18. G. foliis lanceolatis remotis. *Walt. flor. carol. p.* 109.

frigida. 19. G. floribus terminalibus ſeſſilibus, foliis obtuſis radicalibus lineari-oblongis; caulinis lanceolatis, caule ſubbifloro. *Haëncke ap. Jacq. collect.* 2. *p.* 13.

viſcoſa. 48. G. foliis oblongis trinerviis, paniculis trichotomis, floribus monogynis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 321.

†† *corollis infundibuliformibus.*

verna. 20. G. corolla caulem excedente, foliis radicalibus confertis majoribus. *Renealm. ſpec. t.* 68. *β)* Gentiana brachyphylla. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 528. *γ)* Gentiana terglovenſis. *Hacq. pl. alp. carn. t.* 2. *f.* 3.

pumila. 21. G. corolla ſubſerrata, foliis lanceolato-linearibus. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 302.

bavarica. 22. G. corolla ſerrata, foliis ovatis obtuſis. *Jacq. obſ. bot.* 2. *t.* 71.

aurea. 23. G. corollis acuminatiſſimis: fauce imberbi muticaque, ramis oppoſitis. *Barrel. pl. rar. ic.* 3. *t.* 104. *f.* 1.

nivalis. 24. G. ramis unifloris alternis axillaribus, calicibus carinato-quinquangulis. *Flor. dan. t.* 17. *β)* Gentiana minima *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 528.

aquatica. 25. G. floribus terminalibus ſeſſilibus, foliis margine membranaceis. *Gmel. fl. ſibir.* 4. *t.* 53. *f.* 1.

Centaurium. 26. G. caule dichotomo, piſtillo ſimplici. *Flor. dan. t.* 617. *β)* Gentiana ramoſiſſima. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 530.

pulchella. 27. G. corollae tubo elongato, ſtilo ſimplici, caule ſimpliciſſimo. *Swartz nov. act. Stockh.* 1783. *p.* 83. *t.* 3. *f.* 8. 9.

maritima. 28. G. caule dichotomo paucifloro, ſtilis geminis. *Mant. p.* 55. *Barr. pl. rar. ic.* 468 469.

ſpicata. 29. G. floribus alternis ſeſſilibus. *C. Bauh. prodr. p.* 130. *ic.*

verticillaris. 30. G. floribus verticillatis octonis, caule ramoſo. *Suppl. p.* 174.

verticillata. 31. G. floribus verticillatis, caule ſimpliciſſimo. *Pluckn. ic.* 81. *f.* 2.

quinquefolia. 32. G. caule acutangulo, foliis ovatis amplexicaulibus. *β*) *Flor. dan. t.* 344.

elongata. 33. G. caule elongato filiformi ſubnudo unifloro: calice oblongo aequali, foliis radicalibus aggregatis. *Jacq. collect.* 2. *p.* 88. *t.* 17. *f.* 3.

proſtrata. 34. G. caulibus unifloris proſtratis, foliis obtuſis ſubimbricatis. *Jacq. collect.* 2. *p.* 66. *t.* 17. *f.* 2.

porphyrio. 37. G. caule ſimplici, foliis linearibus. *Walt. flor. carol. p.* 109.

ſcilloides. 35. G. caule unifloro proſtrato ramoſo, foliis obovatis obtuſis trinerviis, floribus bibracteatis. *Suppl. p.* 175.

Cachanlahuan. 36. G. ramis oppoſitis patulis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 124.

††† *corollis hypocrateriformibus.*

utriculoſa. 38. G. calicibus plicato-carinatis. *Barrel. pl. rar. ic. t.* 48.

exacoides. 39. G. calicibus membranaceo-carinatis, caule dichotomo, foliis cordatis. *Burm. afr. t.* 74. *f.* 5.

aphylla. 40. G. caule aphyllo. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 89.

Amarella. 41. G. corollis fauce barbatis. *Flor. dan. t.* 328.

***** *corollis quadrifidis.*

tetragona. 42. G. corollis imberbibus, pedunculis tetragonis. *Flor. dan. t.* 318.

ciliata. 43. G. corollis margine ciliatis. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 113. *β*) Gentiana detonſa. *Fr. Rottb. act. Hafn.* 10. *t.* 1. *f.* 3.

Cruciata. 44. G. floribus verticillatis ſeſſilibus: corollis imberbibus. *Mant. p.* 349. *Jacq fl. auſtr.* 4. *t.* 372.

ſeſſilis. 45. G. floribus acaulibus, foliis ovatis. *Feuill. peruv.* 3. *t.* 14.

filiformis. 46. G. corollis imberbibus, caule dichotomo filiformi. *Flor. dan. t.* 324.

heteroclita. 47. G. floribus irregularibus, caule brachiato. *Mant. p.* 560.

VAH-

VAHLIA. π) *Flores* caliculati, ſparſi. *Capſula.*

capenſis. 1. VAHLIA. *Thunb. nov. pl. gen. p.* 36. *ic.*

1376. RUSSELIA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5, ſupera. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

capenſis. RUSSELIA. *Suppl. p.* 175.

BUMALDA. *Cor.* 5petala. *Stili* villoſi. *Capſ.* 2locularis. 2roſtris.

trifolia. 1. BUMALDA. *Thunb. fl. jap. p.* 114.

1113. IRESINE. *Flores* dioici. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala.
♂. *Nectaria* 7.
♀. *Stigmata* ſeſſilia. *Capſ.* ſeminibus tomentoſis.

Celoſia. 1. IRESINE. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 90.

1059. IVA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* communis, 1-3phyllus. *Cor.* diſci 1petalae, 5fidae. *Receptac.* pilis diſtinctum.
♀. *Cal.* floſculi radii 2-5. *Cor.* o. *Stili* longi. *Sem.* nudum, obtuſum.

annua. 1. I. foliis lanceolato-ovatis, caule herbaceo.

fruteſcens. 2. I. foliis lanceolatis ſerratis, caule fruticoſo. *Pluckn. alm. t.* 27. *f.* 1.

imbricata. 3. I. foliis lanceolatis integris, calice imbricato tubuloſo, floſculis femineis binis. *Walt. flor. carol. p.* 232.

monophylla. 4. I. foliis infimis bipinnatifidis, calice monophyllo, floſculis femineis apetalis. *Walt. flor. carol. p.* 232.

1056.

---

π) *An diſtincta ſpecies Gentiana islandica, Flor. dan. t.* 343.

1056. XANTHIUM. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* 1petalae, 5fidae, infundibuliformes. *Receptaculum* paleaceum.
♀. *Cal.* involucrum 2phyllum, 2florum. *Cor.* o. *Capſ.* duplicata muricata, 2fida: *Nucleus* 2locularis.

ſtrumarium. 1. X. caule inermi, foliis cordatis trinervatis. *Blackw. herb. t.* 444.

orientale. 2. X. caule inermi, foliis cuneiformi-ovatis ſubtrilobis. *Linn. dec.* 33. *t.* 17.

echinatum. 3. X. caule inermi, fructu ovali aculeato: aculeis uncinatis confertis baſi echinatis. *Murray comm. Goetting.* 1784. *cum ic.*

ſpinoſum. 4. X. ſpinis ternatis, foliis trilobis. *Pluckn. alm. t.* 239. *f.* 1.

fruticoſum. 5. X. foliis pinnatifidis: laciniis inciſis, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 418. *an diſtincti generis?*

americanum. 6. X. foliis cuſpidatis trilobis ſerratis trinerviis, paleis flores maſculos aequantibus, involucris trifloris. *Walt. flor. carol. p.* 231.

1277. NEPHELIUM. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 5dentatus.
♀. *Cal.* 4fidus. *Drupae* 2 ſiccae, muricatae, 1ſpermae.

lappaceum. 1. Nephelium.

223. PHYLLIS. *Fructif.* ſparſae. *Stigmata* hiſpida. *Capſ.* infera, 2locularis, 2partibilis, 2ſperma.

nobla. 1. Phyllis. *Stipulae dentatae. Dill. h. Elth. t.* 299. *f.* 386. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 10.

* UMBELLATAE.

1332.

1332. HERMAS. *Umbellae* in eadem planta hermaphroditae, terminalis et mere maſculae laterales, utraeque involucro univerſali partialibusque.

☿. *Umbellatae* radiis truncatis: centrali florifero. *Stamina* ſterilia. *Sem.* 2ſuborbiculata.

♂. *Umbellulae* multiflorae.

depauperata. 1. H. fruteſcens, foliis amplexicaulibus dentatis ſubtus villoſis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 204. Bupleurum villoſum. *Burm. afr. t.* 71. *f.* 2.

gigantea. 2. H. foliis lanceolato-ovatis ſupra lanuginoſis ſubtus tomentoſis integris. *Suppl. p.* 435.

capitata. 3. H. caule tomentoſo, foliis ſubcordatis ſerratis, umbellis capitatis. *Suppl. p.* 435.

quinquedentata. 4. H. caule glabro, foliis ovatis quinquedentatis ſubtus tomentoſis, umbella ſolitaria. *Suppl. p.* 436.

ciliata. 5. H. caule glabro, foliis ovatis ciliatis ſubtus tomentoſis, umbellis pluribus. *Suppl. p.* 436.

1165. ARCTOPUS. *Umbellae* in alia planta mere maſculae, in alia ex floſculis maſculis et femineis conflatae.

♂. *Umbella* compoſita. *Involucr.* 5phylla. *Piſtill.* 2. abortientia.

*Androg.* *Umbella* ſimplex. *Involucr.* 4partitum, ſpinoſum, maximum.

♂. plurimi in diſco.

♀. 4 in radio. *Sem.* 1 inferum, 2loculare.

echinatus. 1. Arctopus. *Burm. afr. t.* 1.

1166. PANAX. *Umbellae* in alia planta hermaphroditae, in alia mere maſculae.
♂. *Cal.* integer.
☿. *Cal.* 5dentatus, ſuperus. *Bacca* 2ſperma.

ſimplex. 1. P. foliis alternis lanceolatis ſerratis, umbellis compoſitis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 75.

trifolia. 2. P. foliis ternis ternatis. *Trew. Ehret. t.* 6. *f.* 2.

quinquefolia. 3. P. foliis ternis quinatis. *Catesb. Car.* 3. *t.* 16.

attenuata. 4. P. foliis ternatis quinatisve, foliolis ovatis attenuatis crenatis, caudice arboreſcente. *Swarts nov. pl. gen. et. ſp. p.* 54.

ſpinoſa. 5. P. foliis quinatis alternis, ſpinis infrarameis ſolitariis, umbellis lateralibus. *Suppl. p.* 441.

arborea. 6. P. foliis ſeptenatis, umbellis compoſitis. *Suppl. p.* 441.

Morototoni. 7. P. foliis octonatis lanceolatis undulatis ſubtus ferrugineis, floribus paniculatis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 949. *t.* 360.

fruticoſa. 8. P. folis ſupradecompoſitis dentato-ciliatis, caule fruticoſo. *Rumpf amb.* 4. *t.* 33.

324. ERYNGIUM. *Flores* capitati. *Involucrum* univerſale polyphyllum. *Receptaculum* paleaceum. *Semina* ſquamulis flexilibus aſpera.

foetidum. 1. E. foliis radicalibus lanceolatis ſerratis: floralibus multifidis, caule dichotomo. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 156. *f.* 3. 4.

aquaticum. 2. E. foliis gladiatis ſerrato-ſpinoſis: floralibus indiviſis. *Pluckn. alm. t.* 175. *f.* 4.

planum. 3. E. foliis radicalibus ovalibus planis crenatis, capitulis pedunculatis. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 391.

puſillum. 4. E. foliis radicalibus oblongis inciſis, caule dichotomo, capitulis ſeſſilibus.

tricuſpidatum. 5. E. foliis radicalibus cordatis: caulinis palmatis; auriculis retroflexis, paleis tricuſpidatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 37. *f.* 13.

6. E.

maritimum. 6. E. foliis radicalibus ſubrotundis plicatis ſpinoſis, capitulis pedunculatis: paleis tricuſpidatis. *Flor. dan. t.* 875.

campeſtre. 7. E. foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 155. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 20. *f.* 1.

amethyſtinum. 8. E. foliis radicalibus trifidis baſi ſubpinnatis. *Besl. h. Eyſt.* o. 11. *t.* 8. *f.* 4.

Bourgati. 9. E. foliis omnibus digitatis, laciniatis ſuborbiculatis, capitulis ſubrotundis, paleis ſubulatis integris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 326. *Gouan. ill. t.* 3.

alpinum. 10. E. foliis caulinis digitatis, laciniatis, radicalibus cordatis, capitulo oblongo polyphyllo: paleis ſetaceis trifidis. *Mant. p.* 349. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 94. *An diſtincta hujus generis ſpecies Eryngium albo-villoſum Forsk. fl. aeg. arab. p.* XIII?

americanum. 11. E. foliis integris: radicalibus rotundatis; caulinis ovato-lanceolatis, ſummis trifidis, caule procumbente. *Walt. flor. carol. p.* 112.

## 325. HYDROCOTYLE. *Umbella* ſimplex pedicellata. *Involucro* 2-4-phyllo. *Petala* integra. *Fructus* compreſſus, gibbus, 2-partibilis.

vulgaris. 1. H. foliis emarginatis peltatis, umbellis quinquefloris. *Flor. dan. t.* 90.

natans. 17. H. foliis reniformibus repando-crenatis natantibus. *Cyrill. pl. rar. Neap. faſc.* 1. *t.* VI. B.

umbellata. 2. H. foliis peltatis, umbellis multifloris.

americana. 3. H. foliis reniformibus ſublobatis crenatis, umbellis quinquefloris.

aſiatica. 4. H. foliis reniformibus dentato-crenatis. *Rheed. h. malab.* 10. *t.* 46. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 5.

hirſuta. 5. H. hirſuta, foliis reniformibus lobatis crenatis, floribus verticillatis: verticillis quadrifloris. *Swartz nov. pl. gen. et. ſp. p.* 54.

moſchata. 6. H. foliis reniformibus ſeptemlobatis ſerratis villoſis, umbellis multifloris. *Forſt. fl. auſtr. p.* 22.

renifor-mis. 15. H. foliis reniformibus dentatis erectis. *Walt. flor. carol. p.* 113.

ranuncu-loides. 7. H. foliis quinquepartitis inciſis. *Suppl. p.* 177.

cordata. 16. H. foliis cordatis integris erectis. *Walt. flor. carol. p.* 113.

erecta. 8. H. foliis cordatis crenatis, ſcapis paucifloris longitudine petiolorum. *Suppl. p.* 177.

villoſa. 9. H. tomentoſa, foliis cordatis integerrimis tomentoſis. *Suppl. p.* 175. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 620. Centella villoſa. *Mant. p.* 298. Mercurialis afra.

glabrata. 10. H. glaberrima, foliis ovatis vel lanceolatis acutis trinerviis glaberrimis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 620. Centella glabrata.

Solandra. 11. H. tomentoſa, foliis cuneiformibus ovatis retuſis ſeptemdentatis. *Suppl. p.* 176. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 627. Solandra capenſis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 5.

tridenta-ta. 12. H. tomentoſa, foliis lineari-cuneiformibus apice tridentatis. *Suppl. p.* 176.

ſinenſis. 13. H. foliis linearibus, umbellis multifloris.

virgata. 14. H. virgata, foliis ſemiteretibus linearibus ſulco exaratis internodio longioribus. *Suppl. p.* 176.

## 326. SANICULA. *Umbellae* confertae, ſubcapitatae. *Flores* diſci abortientes. *Fructus* aculeis hamatis muricatus.

europaea. 1. S. foliis radicalibus orbicularibus quinquelobis, floſculis omnibus ſeſſilibus. *Flor. dan. t.* 283.

canadenſis. 2. S. foliis radicalibus compoſitis: foliolis ovatis.

marilan-dica. 3. S. floſculis maſculis pedunculatis hermaphroditis ſeſſilibus. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 11. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 20. *f.* 3.

237. ASTRANTIA. *Involucra partialia* lanceolata, patentia, aequalia, longiora, colorata. *Flores* plurimi abortientes. *Capſ.* coſtis 5rotundatis transverſim rugoſis, 1ſpermae, clauſae.

major. 1. A. foliis quinquelobis: lobis trifidis. *Blackw. herb. t.* 470. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 20. *f.* 2.

carniolica. 2. A. foliis quinquelobis: lobis indiviſis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 10.

Epipactis. 3. A. foliis quinquepartitis obtuſis ſerratis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 11.

minor. 4. A. foliis digitatis ſerratis. *Scopol. fl. carn. ed.* 2. *t.* 7.

328. BUPLEURUM. *Involucra* umbellulae majora 5phylla. *Petala* involuta. *Fructus* ovatus gibbus parvus, apice non coronatus.

* *herbacea.*

rotundifolium. 1. B. involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Blackw. herb. t.* 95. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 7.

ſtellatum. 2. B. involucro univerſali triphyllo, partialibus coadunatis. *Hall. ſtirp. Helv. n.* 771. *t.* 18.

anguloſum. 3. B. involucro univerſali triphyllo ovato: partialibus orbiculatis, foliis amplexicaulibus cordato-lanceolatis. β) Bupleurum Vapincenſe. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 574

odontites. 4. B. involucro univerſali triphyllo: partialibus acutis, floſculo centrali altiore, ramis divaricatis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 91. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 7.

ranunculoides. 5. B. involucro univerſali triphyllo; partialibus lanceolatis longioribus, foliis caulinis lanceolatis. *Mant. p.* 349. *Park. theat. t.* 338. β) Bupleurum anguloſum. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 574. γ) Bupleurum gramineum. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 575.

rigidum. 6. B. involucro univerſali triphyllo: partialibus minimis acutis, caule dichotomo ſubnudo.

tenuiſſimum. 7. B. involucro univerſali triphyllo, umbellis ſimplicibus alternis paucifloris, foliis lineari-lanceolatis, caule proſtrato. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 14. *f.* 4. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 7.

pyrenaeum. 20. B. involucro univerſali triphyllo aurito connato, involucellis obovatis emarginatis inaequalibus, foliis lanceolatis. *Gouan. illuſtr. t.* 4. *f.* 12.

junceum. 8. B. involucro univerſali ſubtriphyllo; umbellis compoſitis, foliis linearibus, caule erecto paniculato.

baldenſe. 21. B. involucro univerſali tetraphyllo, partialibus pentaphyllis acuminatis, ramis foliisque alternis. *Turro giorn. di Venez. t.* 1.

longifolium. 9. B. involucro univerſali ſubpentaphyllo: partialibus ovatis, foliis amplexicaulibus. *Camerar. hort. t.* 38.

falcatum. 10. B. involucro univerſali ſubpentaphyllo: partialibus acutis, foliis lanceolatis, caule flexuoſo. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 128.

petraeum. 11. B. involucro univerſali pentaphyllo: partialibus coadunatis.

Gerardi. 12. B. involucro univerſali pentaphyllo, foliis lanceolato-linearibus, caule erecto paniculato. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 256.

flavum. 13. B. involucro univerſali pentaphyllo, foliis radicalibus linearibus, caule ſubnudo dichotomo erecto. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 205.

ſemicompoſitum. 14. B. umbellis compoſitis ſimulque ſimplicibus.

nudum. 15. B. involucris involucellisque lanceolato-oblongis, caule ramoſo aphyllo, foliis radicalibus decompoſitis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 331.

** *fruteſcentia.*

recurvata. 8. T. foliis ſubulatis ſcabris reclinatis, culmis unifloris, gluma biflora. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 121. *f.* 1.

monoſtachya. 9. T. foliis linearibus canaliculatis reclinatis, ſcapo ſimplici imbricato, ſpica ſimplici. *Plum. ic.* 238. *f.* 1.

caneſcens. 10. T. foliis linearibus erectis caulem aequantibus incanis, ſpicis ſubternis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 57.

anguſtifolia. 11. T. foliis lineari-lanceolatis rectis glabris, caulem ſuperantibus, ſpicis ſparſis faſciculatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 57.

lingulata. 12. T. foliis lanceolato-lingulatis integerrimis baſi ventricoſis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 92.

decumbens. 13. T. foliis ovato-lanceolatis, caule decumbente. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 72.

ſerrata. 14. T. foliis ſuperne ſerrato-ſpinoſis, ſpica comoſa. *Plum. ic.* 75. *f.* 1.

paniculata. 15. T. foliis radicalibus breviſſimis, caule ſubnudo, ramis ſubdiviſis adſcendentibus. *Plum. ic.* 237.

HEPETIS. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala. *Capſ.* ſemiſupera, 3locularis. *Semina* mutica.

anguſtifolia. 1. Hepetis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 56.

397. BURMANNIA. *Cal.* priſmaticus, coloratus, 3fidus: angulis membranaceis. *Petala* 3. *Capſ.* 3locularis, recta. *Semina* minuta.

diſticha. 1. B. ſpica gemina. *Burm. zeyl. t.* 20. *f.* 1.

biflora. 2. B. flore gemino.

## LACHENALIA. *Cal.* o. *Cor.* 6petala, receptaculo inſerta.

tricolor. 1. L. floribus cylindricis racemoſis nutantibus. *Jacq. coll.* 2. *p.* 323. *pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 3. *Linn. ſuppl. p.* 205. *Phormicum aloides.*

pendula. 2. L. floribus cylindricis racemoſis terminalibus pendulis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 239.

mediana. 3. L. floribus racemoſis pedicellatis erectis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 242.

orchioides. 4. L. floribus campanulatis ſubſeſſilibus erectiuſculis: ſummis abortientibus. *Suppl. p.* 204. Phormium hyacinthoides. *Syſt. nat* XII. 2. *p.* 248. Hyacinthus orchioides. *Jacq. hort. Vind.* 2. *t.* 148.

orthopetala. 5. L. floribus ſpicatis terminalibus numeroſis erectis pedicellatis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 240.

puſtulata. 6. L. floribus ſpicatis terminalibus numeroſis ſubſeſſilibus: ſupremis abortientibus. *Jacq. collect.* 3. *p.* 244.

pallida. 7. L. floribus campanulatis ſubpedunculatis horizontalibus, foliis lineari-oblongis, ſcapo longioribus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 460.

contaminata. 8. L. floribus campanulatis pedunculatis, foliis lineari-ſubulatis canaliculatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 460.

## 398. TRADESCANTIA. *Cal.* 3phyllus. *Petala* 3. *Filamenta* villis articulatis. *Capſ.* 3locularis, ſupera.

virginica. 1. Tr. erecta laevis, floribus congeſtis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 2. *f.* 4. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 2.

malabarica. 2. Tr. erecta laevis, pedunculis ſolitariis longiſſimis. *Rheede h. mal.* 9. *t.* 63.

nervoſa. 3. Tr. ſcapo unifloro. *Mant. p.* 223.

geniculata. 4. Tr. procumbens hirſuta. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 95.

monandra. 5. Tr. diffuſa, foliis ovatis acuminatis, floribus monandris umbellulatis, involucello tetraphyllo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 57.

6. Tr.

multiflora. 6. Tr. erecta ramoſa, foliis cordatis margine vaginisque ciliatis, pedunculis congeſtis, floribus umbellatis triandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 57. *Jacq. coll.* 3. *p.* 226.

cordifolia. 7. Tr. repens laevis, foliis cordatis, pedunculis elongatis multifloris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 57.

criſtata. 8. Tr. repens laevis, ſpathis diphyllis imbricatis. *Sp. pl.* 64. Commelina criſtata. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 137.

papilionacea. 9. Tr. repens laevis, ſpathis triphyllis imbricatis. *Mant. p.* 61. 513. *Burm. ind. t.* 7. *f.* 11.

ſpathacea. 10. Tr. acaulis, foliis ſeſſilibus, ſcapis radicalibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 57.

ſpecioſa. 11. Tr. foliis oppoſitis connatis. *Suppl. p.* 192.

axillaris. 12. Tr. caule ramoſo, floribus ſeſſilibus lateralibus. *Mant. p.* 321. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 79. Commelina axillaris.

diſcolor. 13. Tr. ſpatha triphylla compreſſa, floribus ſubexſertis, foliis lanceolatis ſubtus violaceis. *Herit ſert. angl. p.* 8. *t.* 12.

Aubleti. 14. Tr. racemis terminalibus: corollis inaequalibus, foliis ſubpetiolatis ovatis integerrimis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 35. *t.* 12.

## MNASIUM.

*Cal.* 1phyllus, 3partitus. *Cor.* 1petala, 3partita; tubo breviſſimo. *Antherae* 4gonae, foliolo ovato terminatae. *Germen* 3lobum. *Stigm.* 3 ſpiralia.

paludoſum. 1. Mnasium. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 305. *t.* 118.

## 399. PONTEDERIA.

*Cor.* 1petala, 6fida, 2labiata. *Stamina* 3 apici, 3 tubo corollae inſerta. *Capſ.* 3locularis.

ovata. 1. P. foliis ovatis, floribus capitatis. *Rheed. h. malab.* 11. *t.* 34.

azurea. 2. P. foliis ſubrotundo-ellipticis baſi incraſſatis, floribus ſpicatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 57.

rotundifolia. 3. P. foliis orbiculato-cordatis. *Suppl. p.* 192.

vaginalis. 4. P. foliis cordatis, racemo cernuo. *Mant. p.* 222. *Rumpf amb.* 6. *t.* 75. *f.* 1.

cordata. 5. P. foliis cordatis, floribus ſpicatis. *Pet. gaz.* 1. *t.* 1. *f.* 12.

limoſa. 6. P. foliis cordato-ovatis, ſpathis lateralibus unifloris, floribus triandris. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 149. *f.* 1.

haſtata. 7. P. foliis haſtatis, floribus umbellatis. *Rheede h. malab.* 11. *t.* 44.

## 400. HAEMANTHUS. *Involucrum* 6phyllum, multiflorum, terminale. *Cor.* 6partita, ſupera. *Bacca* 3locularis.

pubeſcens. 1. H. foliis linguiformibus villoſis. *Suppl. p.* 193.

coccineus. 2. H. foliis linguiformibus planis laevibus. *Comm. h. amſt.* 2. *t.* 64.

puniceus. 3. H. foliis lanceolato-ovatis undulatis erectis. *Trew. Ehret. t.* 44. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 11. *f.* 3.

carinatus. 4. H. foliis linearibus carinatis.

## 401. GALANTHUS. *Petala* 3 concava. *Nectarium* ex petalis 3 parvis emarginatis. *Stigma* ſimplex.

nivalis. 1. Galanthus. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 313.

## 402. LEUCOIUM. *Cor.* campanulata, 6partita, apicibus incraſſata. *Stigma* ſimplex.

vernum. 1. L. ſpatha uniflora, ſtilo clavato. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 312.

aeſtivum. 2. L. ſpatha multiflora, ſtilo clavato. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 203.

auctumnale. 3. L. ſpatha multiflora, ſtilo filiformi. *Renealm. ſpec. t.* 100.

1300. TULBAGIA. *Cor.* infundibuliformis: limbo 6fido. *Nectarium* coronans faucem, 3phyllum: foliolis 2fidis magnitudine limbi. *Capſ.* ſupera 3locularis.

alliacea. 1. T. foliis ſubfiliformibus. *Suppl. p.* 193. *Gaertn. de fr. et ſem. cent* 1. *t.* 16. *f.* 3. *an vere diverſa a capenſi?*

cepacea. 2. T. foliis lanceolato-linearibus. *Mant. p.* 223. *Suppl. p.* 194. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 115.

403. NARCISSUS. *Cor.* ſupera, 6petala, aequalis: *Nectario* (ſaepe) infundibuliformi, 1phyllo extra ſtamina.

poëticus. 1. N. ſpatha uniflora, nectario rotato breviſſimo ſcarioſo crenulato. *Knorr del. hort.* 1. *t.* N. 4.

Pſeudo-narciſſus. 2. N. ſpatha uniflora, nectario campanulato erecto criſpo aequante petala ovata. *Bulliard. herb. Franc. t.* 399.

bicolor. 3. N. ſpatha uniflora, nectario campanulato: margine patulo criſpo aequante petala. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 71. *f.* 9.

minor. 4. N. ſpatha uniflora, nectario obconico erecto criſpo ſexfido aequante petala lanceolata. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 72. *f.* 11.

moſchata. 5. N. ſpatha uniflora, nectario cylindrico truncato ſubrepando, aequante petala oblonga. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 69. *f.* 6. *et p.* 73. *f.* 15. 16.

Bulbocodium. 6. N. ſpatha uniflora, nectario turbinato petalis majore, genitalibus declinatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 75. *f.* 5. 7.

ſerotinus. 7. N. ſpatha uniflora, nectario ſexpartito breviſſimo, foliis ſubulatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 64. *f.* 8.

triandrus. 8. N. ſpatha ſubuniflora, nectario campanulato crenato dimidio petalis breviore, ſtaminibus ternis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 72. *f.* 12.

odorus. 9. N. ſpatha ſubbiflora, nectario campanulato ſexfido laevi dimidio petalis breviore, foliis ſemicylindricis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 60. *f.* 7.

orientalis. 10. N. ſpatha ſubbiflora, nectario campanulato trifido emarginato petalis triplo breviore. *Mant. p.* 62. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 52. *f.* 2. *β*) *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 54. *f.* 5. *γ*) *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 50. *f.* 1.

trilobus. 11. N. ſpatha ſubmultiflora, nectario campanulato ſubtrifido integerrimo petalis dimidio breviore. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 61. *f.* 3.

calathinus. 12. N. ſpatha multiflora, nectario campanulato ſubaequante petala, foliis planis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 60. *f.* 5.

Tazetha. 13. N. ſpatha multiflora, nectario campanulato plicato truncato triplo breviore petalis, foliis planis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* N. 3.

dubius. 14. N. ſpatha multiflora: petalis ovatis, nectario campanulato integerrimo petalis triplo breviore. *Gouan. ill. t.* 51. *f.* 2.

Jonquilla. 15. N. ſpatha multiflora, nectario campanulato brevi, foliis ſubulatis. *Bulliard herb. Franc. t.* 334.

hiſpanicus. 16. N. ſcapo ancipiti unifloro, nectario petalo ſexfido: lobis dentatis. *Gouan. illuſtr.*

## 404. PANCRATIUM. *Petala* 6: *Nectario* 12fido. *Stamina* nectario impoſita.

maximum. 1. P. ſpatha uniflora, petalis patentibus, nectario pedali. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 72.

zeylanicum. 2. P. ſpatha uniflora; petalis reflexis. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 38.

mexicanum. 3. P. ſpatha biflora. *Dill. h. Elth. t.* 222. *f.* 289.

caribaeum. 4. P. ſpatha multiflora, foliis lanceolatis. *Mart. cent. t.* 27.

maritimum. 5. P. ſpatha multiflora, petalis planis, foliis lingulatis. *Mill. dict. t.* 197.

declinatum. 6. P. ſpatha multiflora, ſcapo compreſſo ancipiti, corollae laciniis tubum ſubexcedentibus, foliis lingulatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 102.

carolinianum. 7. P. ſpatha multiflora, foliis linearibus, ſtaminibus nectarii longitudine. *Cateſb. carol.* 3. *t.* 5.

8. P.

verecundum. 8. P. ſpatha multiflora, foliis linearibus, ſinubus laciniarum nectarii ſtaminiferis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 412.

illyricum. 9. P. ſpatha multiflora, foliis enſiformibus, ſtaminibus nectario longioribus. *Trew. Ehret. t.* 27.

littorale. 10. P. ſpatha multiflora, ſcapo compreſſo ancipiti, corollae laciniis tubo duplo brevioribus, foliis enſiformibus. *Jacq. ſtirp. amer pict. t.* 101.

amboinenſe. 11. P. ſpatha multiflora, foliis ovatis nervoſis petiolatis. *Commel. h. Amſt.* 1. *t.* 39. *β) Trew. Ehret. t.* 28.

## 1381. MASSONIA. *Nectarium* inferum. *Cor.* 6petala, nectario inſerta.

latifolia. 1. M. foliis orbiculatis glabris. *Suppl. p.* 193. *Ait. hort. Kew.* 1. *t.* 3.

undulata. 2. M. foliis lanceolatis undulatis glabris. *Thunb. nov. pl. gen. p.* 41.

anguſtifolia. 3. M. foliis lanceolato-oblongis glabris. *Suppl. p.* 193. *Ait. hort. Kew.* 1. *t.* 4.

echinata. 4. M. foliis ovatis muricatis piloſis. *Suppl. p.* 193.

## 405. CRINUM. *Cor.* (ſaepe) infundibuliformis, 1petala, 6partita: laciniis 3alternis uncinatis. *Germen* fundo corollae tectum. *Stamina* diſtantia.

latifolium. 1. Cr. foliis ovato-lanceolatis acuminatis ſeſſilibus planis. *Rheed. h. mal.* 11. *t.* 39. *an ad Amaryllidem potius ſpectat?*

obliquum. 2. Cr. foliis lanceolatis obliquis, laciniis corollae alternis extus glanduloſis. *Suppl. p.* 195. *Herit. ſert. angl. t.* 15. *an potius Amaryllis?*

africanum. 3. Cr. foliis ſublanceolatis planis, corollis obtuſis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* L. 10. *an diſtincti generis?*

aſiaticum. 4. Cr. foliis carinatis. *Rheed. h. malab.* 11. *t.* 38. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 13. *f.* 5. *Diſtincti generis.*

zeylanicum. 5. Cr. foliis ſcabro-dentatis, ſcapo compreſſiuſculo. *Sp. pl. p.* 321. Amaryllis zeylanica. *Trew. Ehret. t.* 13. *an potius Amaryllis?*

falcatum. 6. Cr. foliis linearibus falcatis ad oras cartilagineis ſcabris. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 60.

anguſtifolium. 7. Cr. foliis linearibus obtuſis, corollis cylindricis: laciniis alternis interglanduloſis. *Suppl. p.* 195. *an ad Amaryllidem amandandum?*

lineare. 8. Cr. foliis linearibus, corollis campanulatis: laciniis duabus anguſtioribus. *Suppl. p.* 195.

tenellum. 9. Cr. ſpatha multiflora corollis aequalibus, foliis filiformibus *Suppl. p.* 194. *Ait. hort. Kew.* 1. *t.* 5. *an Amaryllidis aut Leucoji ſpecies?*

ſpecioſum. 10. Cr. foliis enſiformibus, corollis campanulatis: tribus laciniis alternis calloſo-unguiculatis. *Suppl. p.* 195. *an Amaryllidi accenſendum?*

americanum. 11. Cr. corollarum apicibus introrſum uncinatis. *Dill. h. Elth. t.* 161. *f.* 195.

caſpium. 12. Cr. foliis radicalibus lanceolatis undulatis. *Pall. it.* 2. *p.* 736. *t.* Q.

nervoſum. 13. Cr. foliis ſubrotundis nervoſis, filamentis baſi dilatatis. *Herit. ſert. angl. p.* 8. *Rumpf amb.* 6. *t.* 70. *f.* 1.

## TIMMIA. *Cor.* tubuloſa clavata curva, 6fida, laciniis ovato-oblongis.

anguſtifolia. 1. T. foliis obtuſe carinatis rectis, floribus cernuis. *Ait. hort. Kew.* 1.

obliqua. 2. T. foliis planis obliquis, floribus pendulis. *Herit. ſert. angl. t.* 16. Amaryllis umbella.

## 406. AMARYLLIS. *Cor.* 6petala, campanulata. *Stigma* 3fidum.

* *ſpatha uniflora.*

capenſis. 1. A. ſpatha remotiſſima, corolla aequali, ſtaminibus piſtilloque rectis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 23. *f.* 9. *an eadem cum hypoxi ſtellata?*

lutea. 2. A. ſpatha indiviſa, corolla aequali ſeſſili, ſtigmate ſimplici. *Weinm. phyt.* 3. *t.* 652. *f.* C.

tubiſpatha. 3. A. ſpatha monophylla tubuloſa bifida, pedunculo duplo breviore. *Herit. ſert. angl. p.* 9.

4. A.

tubiflora. 4. A. ſpatha diphylla corolla infundibuliformi: tubo longiſſimo. *Feuill. par.* 3. *t.* 20.

Atamaſco. 5. A. corolla ſubaequali, genitalibus declinatis, ſpatha bifida. *Catesb Car.* 3. *t.* 12.

maculata. 6. A. ſpathe diphylla lineari: flore pedunculato; genitalibus declinatis. *Herit. ſert. angl. p.* 10.

clavata. 7. A. ſpatha diphylla ſubulata: corolla clavata. *Herit ſert. angl. p.* 11.

pumilio. 27. A. ſpatha diphylla, corolla infundibuliformi aequali: laciniis revolutis, ſtaminibus inclinatis: alternis brevioribus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 415.

formoſiſſima. 8. A. ſpatha indiviſa, corolla bilabiata ſexpartita: petalis inferioribus genitalibusque declinatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* N.

chilenſis. 9. A. ſpatha ſubbiflora ſubdiphylla: floribus pedunculatis, foliis linearibus. *Feuill. per.* 3. *t.* 21.

reginae. 10. A. ſpatha ſubbiflora, corollis baſi tubuloſis campanulatis quinquepartitis; fauce tubi hirſuta. *Mill. ic. t.* 24.

ſpiralis. 11. A. ſpatha diphylla pauciflora, pedunculis filiformibus longiſſimis, foliis ſubulatis. *Herit. ſert. angl. p.* 10. *t.* 13.

reticulata. 12. A. ſpatha ſubmultiflora: corollis nutantibus baſi tubuloſis limbo reticulatis, foliis oblongis. *Herit. ſert. angl. p.* 12. *t.* 14.

vittata. 13. A. floribus ſubhexapetalis pedunculatis: petalis exterioribus margine liberis. *Herit. ſert. angl. p.* 13. *t.* 15.

** *ſpatha multiflora.*

Belladonna. 14. A. floribus umbellatis pedunculatis ſubhexapetalis, foliis canaliculatis. *Mill. illuſtr. ic.*

longifolia. 15. A. floribus umbellatis pedunculatis baſi tubuloſis ſexpartitis, foliis ſcapo duplo longioribus. *Ehret. pict. t.* 13.

revoluta. 16. A. corollis breviter pedicellatis baſi tubuloſis reclinatis: laciniis revolutis, foliis linearibus. *Herit. ſert. angl. p.* 14.

aurea. 17. A. corollis baſi tubuloſis ſexpartitis: laciniis linearibus undulatis, genitalibus corolla brevioribus. *Herit. ſert. angl. p.* 14. *t.* 15.

orientalis. 18. A. corollis longiſſime pedunculatis ſexpartitis, geminibus cuneiformibus triangularibus, foliis ovatis. *Brunsvigia Heiſt. monogr. c. ic.*

19. A.

ciliaris. 19. A. corolla ſexpartita reflexa, foliis ciliatis. *Suppl. p.* 195. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 234. Haemanthus ciliaris *et p.* 237. Amaryllis guttata. *Breyn cent. t.* 39.

ſamienſis. 20. A. corollis revolutis, radiatis ſubhexapetalis lineari-lanceolatis, genitalibus erectis. *Ehret. ſelect. t.* 9. *f.* 3.

radiata. 21. A. corollis ſubhexapetalis linearibus undulatis revolutis, genitalibus deflexis divergentibus, corolla duplo longioribus. *Herit. ſert. angl. p.* 16.

cinnamomea. 22. A. corollis ſubhexapetalis lanceolatis undulatis, genitalibus erectis corolla brevioribus. *Herit. ſert. angl. p.* 16. *t.* 17.

undulata. 23. A. corollis ſubhexapetalis: petalis linearibus canaliculatis undulatis, genitalibus deflexis, corolla brevioribus. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 13.

tatarica. 24. A. ſpatha biflora: petalis tribus apice reflexis, ſtaminibus tribus longioribus. *Pall. it.* 3. *p.* 727. *t.* D. *f.* 1. *an hujus generis?*

diſticha. 25. A. corollis aequalibus, foliis diſtichis incumbenti-patentibus. *Suppl. p.* 195. *Paterſon journeys, into the country of the Hottentotts and Caffraria. p.* 51. *ic.*

alba. 26. A. floribus declinatis, foliis lineari-lanceolatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 209.

## 407. BULBOCODIUM. *Cor.* infundibuliformis, 6-petala: unguibus anguſtis ſtaminiferis. *Capſ.* ſupera.

vernum. 1. Bulbocodium. *Retz. obſ. bot.* 2. *t.* 1. *Junghans pl. ic. cent.* 1. *t.* 1.

## 408. APHYLLANTHES. *Cor.* 6petala. *Glumae* calicinae 1valves imbricatae. *Filamenta* fauci corollae inſerta. *Capſ.* ſupera.

monſpelienſis. 1. Aphyllanthes. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 25. *f.* 12.

409.

409. ALLIUM. *Cor.* 6petala, patens. *Spatha* multiflora, arida. *Umbella* congeſta. *Capſ.* ſupera, 3locularis.

* *foliis caulinis.*

† *planis.*

⊢ *umbella capſulifera.*

Ampeloprasum. 1. A. umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis, petalis carina ſcabris.

lineare. 2. A. umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis, corolla duplo longioribus. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 13. 14. *f.* 1.

rotundum. 3. A. umbella ſubgloboſa, floribus lateralibus nutantibus; ſtaminibus tricuſpidatis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 2.

Pomum. 4. A. ſtaminibus tricuſpidatis radice tunicata. *Blackw. herb. t.* 421.

Victorialis. 5. A. umbella rotundata, ſtaminibus lanceolatis corolla longioribus, foliis ellipticis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 216. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 2.

ſubhirſutum. 6. A. ſtaminibus ſubulatis, foliis inferioribus hirſutis.

ramoſum. 7. A. umbella globoſa, ſtaminibus ſubulatis longioribus, foliis linearibus ſubconvexis. *Jacq. ic. pl. rar. cent.* 2. *t.* 21.

obliquum. 8. A. ſtaminibus filiformibus flore triplo longioribus, foliis obliquis. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 9.

magicum. 9. A. ſtaminibus ſimplicibus, ramulo bulbifero.

roſeum. 10. A. umbella faſtigiata, ſtaminibus ſimplicibus breviſſimis, petalis emarginatis. *Magnol. fl. monſp. t.* 10.

tataricum. 11. A. umbella plana, ſtaminibus ſimplicibus, foliis ſemicylindricis. *Suppl. p.* 196.

caeruleum. 12. A. umbella globoſa, ſtaminibus ſimplicibus, foliis linearibus: vaginis ſpinuloſis. *Pallas it.* 2. *p.* 737. *t.* R.

ſuaveolens. 13. A. umbella ſubrotunda ſtaminibus ſubulatis, foliis linearibus canaliculatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 305. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 33.

⊢⊢ *um-*

†† *umbella bulbifera.*

ſativum. 14. A. bulbo compoſito, ſtaminibus tricuſpidatis.

Scorodopraſum. 15. A. ſtaminibus tricuſpidatis, foliis crenulatis: vaginis ancipitibus. *An in duas ſpecies dirimendum?*

arenarium. 16. A. ſpatha mutica, ſtaminibus tricuſpidatis, vaginis teretibus. *Flor. dan. t.* 290.

carinatum. 17. A. ſpatha longiſſima, ſtaminibus ſubulatis. *Hall. all. t.* 2. *f.* 2.

†† *foliis teretibus.*

† *umbella capſulifera.*

Pallaſii. 18. A. caule ſubteretifolio, umbella difformi, ſtaminibus ſimplicibus corollam aequantibus, ſtilo breviſſimo. *Murray comm. Goett.* 1775. *t.* 3.

parviflorum. 19. A. caule ſubteretifolio, umbella globoſa: ſpatha ſubulata, ſtaminibus ſimplicibus corolla longioribus.

pallens. 20. A. caule ſubteretifolio, floribus pendulis truncatis, ſtaminibus ſimplicibus corollam aequantibus. *Columm. ecphr.* 2. *t.* 7. *f.* 2.

moſchatum. 21. A. umbella faſtigiata ſubſexflora, petalis acutis, ſtaminibus ſimplicibus, foliis ſetaceis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 166. *f.* 14.

flavum. 22. A. floribus pendulis: petalis ovatis, ſtaminibus corolla longioribus. *Mant. p.* 363. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 141. *an mera moſchati varietas?*

deſertorum. 23. A. ſtaminibus ſubulatis, petalis linea media obſcuriore. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 72. *an diſtincta ſpecies?*

paniculatum. 24. A. caule ſubteretifolio, pedunculis capillaribus effuſis, ſtaminibus ſubulatis, ſpatha longiſſima. *Haller. opuſc. p.* 386. *ic. Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 2. *an diſtinctum ſatis a pallente?*

deſcendens. 25. A. caule ſubteretifolio; pedunculis exterioribus brevioribus, ſtaminibus tricuſpidatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 160. *f.* 20.

ſphaerocephala. 26. A. ſtaminibus tricuſpidatis corolla longioribus; foliis ſemiteretibus. *Mich. gen. t.* 24. *f.* 2.

†† *umbella bulbifera.*

vineale. 27. A. ſtaminibus tricuſpidatis. *Lob. ic.* 156.

oleraceum. 28. A. ſtaminibus ſimplicibus, foliis ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis. *Hall. all. n.* 26. *f.* 2.

** *fo-*

** *foliis radicalibus, ſcapo nudo.*

nutans. 29. A. ſcapo ancipiti, foliis linearibus planis, ſtaminibus tricuſpidatis. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 12.

ſeneſcens. 30. A. ſcapo ancipiti, foliis linearibus ſubtus convexis laevibus, umbella ſubrotunda, ſtaminibus ſubulatis. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 11. *f.* 2.

anguloſum. 31. A. ſcapo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis ſubtus ſubangulatis, umbella faſtigiata. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 423. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 2.

neapolitanum. 50. A. ſcapo ancipiti, foliis lanceolatis canaliculatis, umbella ſparſa. *Cyrill. pl. rar. Neap. faſc.* 1. *t.* 4.

odorum. 32. A. ſcapo teretiuſculo, foliis linearibus canaliculatis ſubtus angulatis, umbella faſtigiata. *Mant. p.* 62.

aſcalonium. 33. A. ſcapo tereti, foliis ſubulatis, umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 14. *f.* 3.

nigrum. 34. A. ſcapo tereti, foliis linearibus, umbella hemiſphaerica, petalis erectis, ſpatha mucronata bifida. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 160. *f.* 21.

canadenſe. 35. A. ſcapo tereti, foliis linearibus, capitulo bulbifero.

multibulbotum. 36. A. ſcapo tereti, foliis lanceolato-elongatis ſeſſilibus, umbella faſtigiata, petalis omnibus patentiſſimis. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 10. *an idem cum nigro?*

fiſtuloſum. 37. A. ſcapo adaequante folia teretia ventricoſa. *Regn. bot. t.* 365.

Cepa. 38. A. ſcapo inferne ventricoſo longiore foliis teretibus.

Schoenopraſum. 39. A. ſcapo adaequante folia teretia ſubulato-filiformia. *β*) *Murray comm. Goett.* 1775. *t.* 4.

ſibiricum. 40. A. ſcapo tereti, foliis ſemicylindricis, ſtaminibus ſubulatis. *Mant. p.* 562.

narciſſiflorum. 41. A. ſcapo tereti, umbella terminali inclinata, petalis lanceolatis, ſtaminibus ſimplicibus brevioribus. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 259. *t.* 6.

monſpeſſulanum. 42. A. ſcapo tereti, umbella faſtigiata, petalis linearibus, ſtaminibus ſubulatis, foliis lanceolatis. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 15. *Gouan. ill. t.* 16.

tenuiſſimum. 43. A. ſcapo tereti inani, foliis ſubulatis filiformibus, capitulis laxis paucifloris. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 15. *f.* 2. 3.

altaicum. 44. A. ſcapo tereti inani, foliis ventricoſis ſurſum attenuatis, capitulis parvis conferciſſimis. *Pall. it.* 2. *p.* 737. *t.* R.

ornithogaloides. 49. A. ſcapo tereti umbellifero paucifloro, foliis ſubulatis planis. *Walt. flor. carol. p.* 121.

illyricum. 50. A. ſcapo tereti inferne ſubangulato, foliis ſublinearibus acutis, umbella faſtigiata multiflora. *Jacq. coll.* 3. *p.* 273.

gracile. 51. A. ſcapo tereti longiſſimo, foliis linearibus canaliculatis, ſtaminibus ſubulatis baſi connatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 429.

tricoccum. 52. A. ſcapo ſemitereti, foliis lanceolato-oblongis planis glabris, umbella globoſa, ſeminibus ſolitariis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 428.

inodorum. 53. A. ſcapo ſubtriquetro, foliis linearibus planis ſubtus carinatis, umbella faſtigiata florifera: ſtaminibus ſimplicibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 427.

Moly. 45. A. ſcapo ſubcylindrico, foliis lanceolatis ſeſſilibus, umbella faſtigiata. *Swert. flor.* 1. *t.* 60. *f.* 2.

urſinum. 46. A. ſcapo triquetro, foliis lanceolatis petiolatis, umbella faſtigiata. *Fl. dan. t.* 757.

triquetrum. 47. A. ſcapo foliisque triquetris, ſtaminibus ſimplicibus. *Sp. pl. p.* 1680. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 159. *f.* 16.

Chamaemoly. 48. A. ſcapo ſubnullo, capſulis cernuis, foliis planis ciliatis, *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 166. *f.* 15.

## 410. LILIUM. *Cor.* 6petala, campanulata: linea longitudinali nectarifera. *Capſ.* valvis pilo cancellato connexis.

* *foliis ſparſis.*

candidum. 1. L. corollis intus glabris. *Knorr del. hort.* 1. *t.* L.

bulbiferum. 2. L. corollis erectis intus ſcabris. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 226.

pomponium. 3. L. foliis ſubulatis, floribus reflexis: corollis revolutis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. 4.

chalcedonicum. 4. L. foliis lanceolatis, floribus reflexis: corollis revolutis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 20. *β)* Lilium pyrenaicum. *Gouan. illuſtr.*

5. L.

Superbum. 5. L. foliis lanceolatis, floribus reflexis ramoſo-pyramidatis; corollis revolutis. *Trew. Ehret.* 2. *t.* 11.

japonicum. 6. L. foliis lanceolatis, corollis cernuis ſubcampanulatis. *Thunb. fl. jap. p.* 133.

Catesbaei. 11. L. caule unifloro, petalis erectis unguiculatis. *Walt. flor. carol. p.* 123.

** *foliis verticillatis.*

Martagon. 7. L. floribus reflexis: corollis revolutis. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 351.

canadenſe. 8. L. floribus reflexis: corollis revoluto-campanulatis. *Mant. p.* 364. *Catesb. carol.* 3. *t.* 11.

camtſchatcenſe. 9. L. flore erecto: corolla campanulata; petalis ſeſſilibus.

philadelphicum. 10. L. floribus erectis: petalis unguiculatis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 58.

## 411. FRITILLARIA.

*Cor.* 6petala, aut 6partita, campanulata, ſupra ungues cavitate nectarifera. *Stamina* longitudine corollae. *Stigma* 3fidum. *Capſ.* ſupera, 3locularis.

* *corolla 6petala.*

imperialis. 1. Fr. racemo comoſo inferne nudo, foliis integerrimis. *Knorr. del. hort.* 1. *t.* K. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 1.

perſica. 2. Fr. racemo nudiuſculo, foliis obliquis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 183. *f.* 1.

pyrenaica. 3. Fr. foliis infimis oppoſitis, floribus nonnullis folio interjectis.

Meleagris. 4. Fr. foliis omnibus alternis, caule unifloro. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 32.

** *corolla ſexpartita*: Eucomis.

punctata. 5. Fr. maculata, ſcapo cylindrico elongato laxifloro, foliis enſiformibus canaliculatis. *Herit. ſert. angl. p.* 18. *t.* 18.

regia. 6. Fr. ſcapo cylindrico, coma maxima folioſa, foliis undulatis. *Dill. h. Elth. t.* 93. *f.* 109.

nana. 7. Fr. ſcapo clavato, floribus confertiſſimis. *Pet. gaz. t.* 85. *f.* 6.

## 412. UVULARIA. *Cor.* 6petala, erecta. *Nectarii* fovea baſeos petali. *Filamenta* breviſſima.

amplexifolia. 1. U. foliis amplexicaulibus mollibus, caule glabro. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 4. *f.* 11.

hirta. 2. U. foliis amplexicaulibus hirtis, caule villoſo. *Thunb. fl. jap. p.* 136.

lanceolata. 3. U. foliis perfoliatis ovato-lanceolatis acuminatis. *Corn. canad. t.* 41.

perfoliata. 4. U. foliis perfoliatis ovatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *t.* 4. *f.* 12.

ſeſſilifolia. 5. U. foliis ſeſſilibus absque cirrhis.

cirrhoſa. 6. U. foliis ſeſſilibus cirrhoſis. *Thunb. fl. jap. p.* 136.

## 413. GLORIOSA. *Cor.* 6petala undulata reflexa. *Stilus* obliquus. *Capſ.* ſupera, compoſita, 3loba. *Sem.* baccata.

ſuperba. 1. Gl. foliis cirrhiferis. *Mant. p.* 364. *Pluckn. alm. t.* 116. *f.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 18. *f.* 1.

ſimplex. 2. Gl. foliis acuminatis. *Mant. p.* 62.

## 414. ERYTHRONIUM. *Cor.* 6petala, campanulata. *Nectario* tuberculis 2 petalorum alternorum baſi adnatis.

Dens canis. 1. E. foliis oppoſitis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 9.

carolinianum. 2. E. foliis alternis. *Walt. flor. carol. p.* 122.

415. TULIPA. *Cor.* 6petala, campanulata. *Stilus* o. *Capſ.* ſupera, 3locularis.

ſilveſtris. 1. T. flore ſubnutante, foliis lanceolatis. *Flor. dan. t.* 375.

Gesneriana. 2. T. flore erecto, foliis ovato-lanceolatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. T. 1. T. 2. T. 3.

biflora. 3. T. caule ſubtrifloro diphyllo, foliis lineari ſubulatis, floribus erectis planiuſculis. *Suppl. p.* 196. *Falck it.* 2. *t.* 6.

Breyniana. 4. T. caule multifloro polyantho, foliis linearibus. *Breyn. cent. t.* 36.

ENARGEA. *Cor.* 6petala: petalis oblongo-ovatis, concavis, acutis, infra medium maculis 2 viridibus notatis, 3 exterioribus. *Bacca* 3locularis. *Sem.* pauca.

marginata. 1. ENARGEA. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 59. *f.* 3.

416. ALBUCA. *Cor.* infera 6petala: petalis interioribus conniventibus, exterioribus patulis. *Stamina* 6: tribus interdum caſtratis. *Stigma* cinctum cuſpidibus 3.

* *ſtaminibus caſtratis tribus.*

major. 1. A. petalis interioribus apice glanduloſis inflexis, foliis lineari-lanceolatis planiuſculis. *Cornut. canad. p.* 160. 161. *ic.*

minor. 2. A. petalis interioribus apice glanduloſis inflexis, foliis lineari-ſubulatis canaliculatis. *Herm. parad. Lugdb. p.* 209. *ic.*

ſaltiſſima. 3. A. petalis interioribus apice glanduloſis inflexis, foliis ſubulatis canaliculato-convolutis. *Dryand. n. act. Stockh.* 1784. *p.* 293.

coarctata. 4. A. petalis interioribus apice fornicatis, foliis glabris, pedunculis longitudine bractearum. *Dryand. n. act. Stockh.* 1784. *p.* 297.

abyſſinica. 5. A. foliis linearibus canaliculatis glabris. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 64.

ſpiralis. 6. A. foliis ſpiralibus, floribus nutantibus. *Suppl. p.* 196.

** *ſtaminibus omnibus fertilibus.*

faſtigiata. 7. A. petalis interioribus apice fornicatis, foliis glabris, pedunculis longiſſimis. *Dryand. nov. act. Stockh.* 1784. *p.* 297.

viſcoſa. 8. A. petalis interioribus apice fornicatis, foliis piloſo-glanduloſis. *Suppl. p.* 196.

## 417. HYPOXIS. Cor. 6partita, perſiſtens, ſupera. *Cal.* Gluma 2valvis. *Capſ.* baſi anguſtior, evalvis, 3locularis.

faſcicularis. 1. H. tubis florum longiſſimis. *Ruſſel. alap. t.* 2.

erecta. 2. H. piloſa, capſulis ovatis. *Plukn. alm. t.* 350. *f.* 12.

decumbens. 3. H. piloſa, capſulis clavatis. *Mill. dict. t.* 39. *f.* 2.

ſeſſilis. 4. H. piloſa acaulis fructificationibus ſubradicalibus. *Dill. h. Elth. t.* 220. *f.* 287.

ſpicata. 5. H. erecta, foliis enſiformibus ſulcatis glabris, floribus ſpicatis. *Thunb. fl. jap. p.* 136.

aquatica. 6. H. foliis linearibus, ſcapis umbelliferis ſ. unifloris. *Suppl. p.* 197.

minuta. 7. H. foliis triquetris carnoſis glabris, ſcapis bifidis. *Suppl. p.* 197. *Mant. p.* 225. Helonias minuta.

alba. 8. H. foliis teretibus glabris, ſcapis ſubbifidis, petalis immaculatis. *Suppl. p.* 198.

plicata. 9. H. ſcapo unifloro triquetro, foliis lanceolatis plicatis villoſis. *Suppl. p.* 197.

ſtellata. 10. H. ſcapo unifloro, foliis linearibus ſtriatis, petalis maculatis. *Suppl. p.* 197.

ſerrata. 11. H. foliis canaliculatis glabris ciliato-ſerratis, ſcapis unifloris. *Suppl. p.* 197.

ovata. 12. H. foliis ovato-lanceolatis integris glabris, ſcapis unifloris. *Suppl. p.* 197.

13. H.

villoſa. 13. H. foliis lineari-enſiformibus villoſis, ſtigmate triplici trigono acuto. *Suppl. p.* 198. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 11. *f.* 6.

violacea. 14. H. floribus racemoſis: pedicellis ſquamatis, germinibus margine ſexlobis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 74. *an hujus generis?*

1383. EHRHARTA. *Cor.* infera, glumacea, duplex. *Nectarium* pateriforme.

capenſis. 1. E. floribus monogynis. *Suppl. p.* 209. *Thunb. act. Stockh.* 1779. *p.* 216. *t.* 8.

panicea. 2. E. floribus digynis corollae gluma exteriori laevi. *Smith pl. ic. ined.* 1. *t.* 9.

Bankſii. 3. E. floribus digynis corollae gluma exteriori exterius hiſpida. *Smith pl. ic. ined. p.* 9.

418. ORNITHOGALUM. *Cor.* 6petala erecta, perſiſtens, ſupra medium patens. *Filamenta* alterna baſi dilatata. *Capſ.* ſupera, 3locularis.

* *ſtaminibus omnibus integerrimis.*

uniflorum. 1. O. ſcapo diphyllo, pedunculo unifloro. *Mant. p.* 62. *Laxman nov. act. Petrop.* 18. *t.* 6. *f.* 3.

luteum. 2. O. ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplicibus. *Flor. dan. t.* 378.

minimum. 3. O. ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ramoſis. *Flor. dan. t.* 612.

reticulatum. 4. O. ſcapo nudo, floribus ternis terminalibus: involucro triphyllo. *Pall. it.* 3. *p.* 727. *t.* D. *f.* 2.

pyrenaicum. 5. O. racemo longiſſimo, filamentis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus aequalibus, fructiferis ſcapo approximatis. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 103.

narbonenſe. 6. O. racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis floriferis patentibus. β) Ornithogalum lacteum. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 272. *an varietas pyrenaici?*

latifolium. 7. O. racemo longiſſimo, bracteis pedunculos aequantibus, foliis lanceolato-enſiformibus. *Suppl. p.* 200.

longibracteatum. 8. O. racemo longiſſimo, bracteis pedunculis fere duplo longioribus, foliis lanceolato-enſiformibus. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 29.

comoſum. 9. O. racemo breviſſimo: bracteis lanceolatis longitudine florum, petalis obtuſis, filamentis ſubulatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 135. *f.* 1.

pyramidale. 10. O. racemo conico: floribus numeroſis adſcendentibus. *Besl. h. Eyſt. vern. t.* 14. *f.* 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 3.

conicum. 11. O. racemo conico: floribus erectis numeroſis; filamentis alternis baſi ſubauriculatis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 232.

caudatum. 12. O. racemo erecto patentiſſimo: bracteis pedunculo duplo brevioribus, petalis obtuſis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 315.

ſuaveolens. 13. O. racemo paucifloro, bracteis longitudine pedunculorum, petalis obtuſis, filamentis lanceolatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 316.

tenellum. 14. O. racemo laxo patulo, petalis lanceolatis, filamentis ſubulatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 316.

niveum. 34. O. racemo paucifloro, petalis lanceolatis, foliis filiformibus canaliculatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 440.

maculatum. 15. O. racemo paucifloro, petalis lanceolatis, filamentis ſubulatis, corolla duplo brevioribus. *Jacq. coll.* 2. *p.* 368.

bohemicum. 16. O. floribus axillaribus pedunculatis erectis: ſtaminibus ſubulatis, caule folioſo. *Zauſchner Abh. Privatg. Boehm.* 2. 1776. *p.* 121. *an vere diſtincta ſpecies?*

umbellatum. 17. O. floribus corymboſis, pedunculis ſcapo altioribus. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 343.

flaveſcens. 18. O. racemo corymboſo multifloro: bracteis acutis pedunculis ſubduplo longioribus, filamentis alternis baſi utrinque alatis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 233.

miniatum. 19. O. racemis corymboſis: bracteis pedunculo duplo brevioribus, filamentis alternis baſi utrinque alatis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 233.

35. O.

Malſonii. 35. O. racemo longiſſimo, foliis lanceolato-linearibus, corollis patulis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 442.

** *ſtaminibus alternis emarginatis.*

thyrſoides. 20. O. floribus racemoſis confertiſſimis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 28.

arabicum. 21. O. floribus corymboſis, pedunculis ſcapo humilioribus, filamentis ſubemarginatis. *Besl. h. Eyſt. vern. t.* 12. *f.* 1.

nutans. 22. O. floribus ſecundis pendulis, nectario ſtamineo campanulato. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 301.

capenſe. 23. O. foliis cordato-ovatis. *Commel. h. amſt.* 2. *t.* 88.

*** *tribus incertae.*

ciliatum. 24. O. foliis ovatis acutis ciliatis, floribus racemoſis. *Suppl. p.* 199.

crenulatum. 25. O. foliis oblongis obtuſis ciliatis, floribus racemoſis erectis. *Suppl. p.* 198.

altiſſimum. 26. O. foliis oblongis obtuſis glabris, racemo quadrupedali. *Suppl. p.* 199.

piloſum. 27. O. foliis lineari-enſiformibus ciliatis, floribus racemoſis: pedunculis incurvis. *Suppl. p.* 199.

circinatum. 28. O. hirſutum, foliis linearibus recurvatis canaliculatis: radicali ſolitario; caulinis tribus, caule ſubquadrifloro. *Suppl. p.* 199. *Pallas it.* 3. *t.* D. *f.* 2.

flavum. 29. O. foliis linearibus plano-complicatis, floribus flavis racemoſis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 209.

rupeſtre. 30. O. foliis filiformibus carnoſis, ſcapo paucifloro. *Suppl. p.* 199.

japonicum. 31. O. racemo ſpicato cylindrico longiſſimo, ſcapo ſtriato. *Thunb. fl. jap. p.* 137.

bulbiferum. 32. O. bulbis axillaribus, caule polyphyllo unifloro. *Suppl. p.* 199. *Pallas it.* 2. *t.* Q.

unifolium. 33. O. folio radicali ſolitario carnoſo oblongo, ciliato, ſcapo nudo, racemo brevi. *Retz. obſ. bot.* 1. *p.* 17.

## 419. SCILLA. *Cor.* 6petala, patens, decidua. *Filamenta* filiformia.

maritima. 1. Sc. nudiflora, bracteis refractis. *Blackw. herb. t.* 591. *β*) *Seb. muſ.* 1. *t.* 44. *f.* 4. 5.

Lilio-Hyacinthus. 2. Sc. radice ſquamata.

italica. 3. Sc. racemo conico oblongo, petalis laeviſſimis. *Mant. p.* 364. *Besl. h. Eyſt. vern.* 42. *f.* 1.

luſitanica. 4. Sc. racemo oblongo conico, petalis lineatis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 34. *f.* 4.

hyacinthoides. 5. Sc. racemo longiſſimo: floribus ſubverticillatis; pedunculis patentibus. *Suppl. p.* 201.

autumnalis. 6. Sc. foliis filiformibus linearibus, floribus corymboſis: pedunculis nudis adſcendentibus longitudine floris.

peruviana. 7. Sc. corymbo conferto conico. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 37. *f.* 1.

japonica. 8. Sc. florum umbella terminali faſtigiata. *Thunb. fl. jap. p.* 137.

tetraphylla. 9. Sc. acaulis, floribus faſciculatis, foliis quaternis ovato-lanceolatis. *Suppl. p.* 200.

unifolia. 10. Sc. folio teretiuſculo, latere ſubſpicato.

amoena. 11. Sc. floribus lateralibus alternis ſubnutantibus, ſcapo angulato. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 218.

bifolia. 12. Sc. floribus erectiuſculis paucioribus. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 117.

Jacquini. 13. Sc. floribus nutantibus racemoſis, bracteis geminis inaequalibus, petalis alternis anguſtioribus. *Jacq. collect.* 1. *p.* 61.

obtuſifolia. 14. Sc. foliis ovato-oblongis obtuſis, racemo longiſſimo; floribus pedunculo brevioribus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 149.

anthericoides. 15. Sc. racemo longo ſpicato, floribus pedunculos aequantibus baſi bracteatis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 149.

numidica. 16. Sc. foliis linearibus planis, floribus racemoſis: pedunculis flore longioribus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 150.

lingulata. 17. Sc. foliis lineari-lingulatis, floribus ſpicatis, bracteis pedunculo longioribus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 151.

18. Sc.

verna. 18. Sc. racemo paucifloro bracteato, corollis campanulatis, foliis radicalibus linearibus canaliculatis, bulbo tunicato. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 445.

420. CYANELLA. *Cor.* 6petala: petalis 3 inferioribus propendentibus. *Stamen* infimum declinatum, longius. *Capſ.* ſupera, 3-locularis.

lutea. 1. C. foliis enſiformibus, ramis erectis. *Suppl. p.* 201.

capenſis. 2. C. foliis undulatis, ramis patentiſſimis. *Suppl. p.* 201. *Jacq. h. Vind* 3. *t.* 35. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 7.

alba. 3. C. foliis lineari-filiformibus. *Suppl. p.* 201.

PUYA. *Cor.* infera, 6petala inaequalis: petalis 3 majoribus fornicatis. *Cal.* et *Stil.* o. *Capſ.* 3locularis.

chilenſis. 1. Puya. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 136.

421. ASPHODELUS. *Cor.* 6partita. *Filamenta* baſi dilatata. *Theca* baccans ſupera, 3locularis.

luteus. 1. A. caule folioſo, foliis triquetris ſtriatis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 77.

ramoſus. 2. A. caule nudo, foliis enſiformibus carinatis laevibus. *Murray comm. Goett.* 1776. *p.* 37. *t.* 7.

fiſtuloſus. 3. A. caule nudo, foliis ſtrictis ſubulatis ſtriatis ſubfiſtuloſis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 6.

altaicus. 4. A. ſcapo nudo ſimpliciſſimo, foliis triquetro-carinatis laevibus. *Pallas act. petrop.* 1779. 2. *p.* 258. *t.* 10.

liburnicus. 5. A. foliis ſetaceis. *Scop. fl. carn. t.* 12.

## 422. ANTHERICUM. *Cor.* 6petala, patens. *Capſ.* oblonga, ſupera, 3locularis.

* *capſula ſexangulari.*

oſſifragum. 1. A. foliis enſiformibus, filamentis lanatis. *Flor. dan. t.* 42.

** *capſula ovata.*

⊢ *foliis enſiformibus*, Narthecia.

caliculatum. 2. A. perianthiis trilobis, filamentis glabris, floribus trigynis. *Flor. dan. t.* 36. *an diſtincti generis?*

japonicum. 3. A. foliis convolutis glabris: ſcapo ramoſo angulato, foliis racemoſis cernuis. *Thunb. fl. jap. p.* 138.

contortum. 4. A. foliis planis, caule ramoſo, floribus remotiſſimis. *Suppl. p.* 202.

falcatum. 5. A. foliis carnoſis falcatis glabris, caule ramoſo racemoſo. *Suppl. p.* 202.

ciliatum. 6. A. foliis carnoſo-ſubtriquetris ciliatis, ſcapo ſimplici, racemo longiſſimo. *Suppl. p.* 202.

Cauda felis. 7. A. foliis canaliculato-enſiformibus, ſcapo ſimplici, racemo oblongo. *Suppl. p.* 202.

ſubtrigynum. 30. A. foliis canaliculato-enſiformibus caule erecto brevioribus, floribus racemoſis terminalibus erectis ſubtrigynis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 273.

latifolium. 8. A. foliis carnoſis lato-enſiformibus glabris, racemo longiſſimo, caule ſimplici. *Suppl. p.* 202. *Jacq. coll.* 3. *p.* 249.

Adenanthera. 9. A. foliis lineari-enſiformibus baſi connatis, glandula inter filamentum et antheram. *Forſt. fl. auſtr. p.* 24.

⊢⊢ *foliis carnoſis*, Bulbine.

fruteſcens. 10. A. foliis teretibus, caule fruticoſo. *Dill. h. Elth. t.* 231. *f.* 298. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 1.

filiforme. 31. A. foliis filiformibus teretiuſculis ſcabridis, filamentis glabris, petalis lanceolatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 451.

alooides. 11. A. foliis ſubulatis planiuſculis. *Dill. elth. t.* 232. *f.* 300.

aſphodeloides. 12. A. foliis ſubulatis ſemiteretibus ſtrictis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 181.

annuum. 13. A. foliis ſubulatis teretiuſculis, ſcapo ſubracemoſo.

flexifolium. 14. A. foliis ſubulatis glabris flexuoſis, caule ramoſo. *Suppl. p.* 201.

muricatum. 15. A. foliis compreſſis muricatis ſtriatis. *Suppl. p.* 202.

hiſpidum. 16. A. foliis compreſſis hiſpidis.

⊢⊢⊢ *foliis triquetris.*

ſcabrum. 17. A. foliis ſerrulatis, caule ramoſo ſcabro, pedunculis fructiferis recurvis. *Suppl. p.* 202.

triquetrum. 18. A. foliis filiformibus ſcapo ſimplici brevioribus, racemo ovato. *Suppl. p.* 202.

revolutum. 19. A. foliis ſcabris, ſcapo ramoſo, corollis revolutis. *Commel. h. Amſt.* 1. *t.* 34.

⊢⊢⊢⊢ *foliis planis.*

† *filamentis glabris.*

ſerotinum. 20. A. foliis planiuſculis, ſcapo unifloro. *Mant. p.* 365. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 38.

Liliaſtrum. 21. A. ſcapo ſimpliciſſimo, corollis campanulatis, ſtaminibus declinatis. *Kniph. bot. orig. cent.* 7. *n.* 30.

Liliago. 22. A. ſcapo ſimpliciſſimo corollis planis, piſtillo declinato. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 83. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 1.

graecum. 23. A. ſcapo ſimplici, floribus corymboſis. *Mant. p.* 365.

floribundum. 32. A. foliis glabris lineari-lanceolatis acutis, ſcapo ſimplici, racemo multifloro cylindrico compacto. *Ait. hort. Kew. p.* 447.

ramoſum. 24. A. ſcapo ramoſo, corollis planis, piſtillo recto. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 161.

†† *filamentis lanatis.*

planifolium. 25. A. ſcapo lanato. *Mant. p.* 224.

cirratum. 26. A. ſcapo paniculato, foliis lanceolatis, filamentis bicirratis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 24.

⊢⊢⊢⊢⊢ *foliis nullis.*

ſquameum. 27. A. ſcapo ſquamis membranaceis tumidis imbricato, foliis radicalibus gramineis. *Suppl. p.* 202.

28. A.

ſpirale. 28. A. ſcapo ſpirali. *Mant. p.* 224.

aphyllum. 29. A. radice bulboſa. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 209.

## 423. LEONTICE.

*Cor.* (utplurimum) 6petala. *Nectarium* 6phyllum, unguibus corollae inſidens, limbo patens. *Cal.* 6phyllus, deciduus.

Chryſogonum. 1. L. foliis pinnatis: petiolo communi ſimplici. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 5. *f.* 3.

Leontopetalon. 2. L. foliis decompoſitis: petiolo communi trifido. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 15. *f.* 6.

thalictroides. 3. L. folio caulino triternato: florali biternato.

altaica. 4. L. foliis ternis quinatis: radicalibus terno-quinatis, racemo laxo ſeſſili. *Pallas act. Petrop.* 1779. 2. *p.* 257. *t.* 9. *f.* 1-3.

leontopetaloides. 6. L. foliis ſimplicibus tripartito-multifidis, corollis monopetalis caliculatis. *Amm. act.* 8. *t.* 113. *an hujus generis?*

veſicaria. 5. L. radice tuberoſa; foliis ternatis: foliolis lobatis, capſulis inflatis. *Pallas it.* 3. *p.* 726. *t.* 5. *f.* 3. *act. Petrop.* 1779. 2. *t.* 9. *f.* 4.

## POLLIA.

*Cor.* 6petala: petalis 3exterioribus majoribus concavis, 3interioribus inflexis. *Bacca* polyſperma.

japonica. 1. POLLIA. *Thunb. fl. jap. p.* 138.

## CALLIXENE.

*Cor.* 6partita aequalis, laciniis alternis baſi 2glanduloſis. *Stigma* 3gonum. *Bacca* 3locularis: loculis ſaepe 3ſpermis.

magellanica. 1. CALLIXENE. *Juſſieu gen. plant. p.* 41.

## 424. ASPARAGUS. *Cor.* 6partita erecta: petalis 3 interioribus apice reflexis. *Bacca* ſupera 3locularis. *Semina* bina.

officinalis. 1. A. caule herbaceo tereti erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus, floribus ſaepius dioicis. *Flor. dan. t.* 805. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 5.

declinatus. 2. A. caule inermi tereti, ramis declinatis, foliis ſetaceis.

ſtipularis. 3. A. foliis ſimplicibus ſubulatis ſtipularumque baſi mucronatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 72.

acutifolius. 4. A. caule inermi angulato-fruticoſo, foliis aciformibus rigidulis perennantibus mucronatis aequalibus.

aphyllus. 5. A. caule inermi angulato fruticoſo, foliis ſubulatis ſtriatis inaequalibus divergentibus. *Sabbat. h. rom.* 4. *t.* 53.

verticillaris. 6. A. foliis verticillatis. *Buxb. cent.* 5. *app. t.* 37.

albus. 7. A. aculeis ſolitariis, ramis angulatis flexuoſis, foliis faſciculatis triquetris muticis deciduis.

retrofractus. 8. A. aculeis ſolitariis, ramis teretibus reflexis retrofractisque, foliis ſetaceis faſciculatis. *Pluckn. amalth. t.* 375. *f.* 3.

aſiaticus. 9. A. aculeis ſolitariis, caule erecto, ramis filiformibus, foliis faſciculatis ſetaceis. *Pluckn. alm. t.* 14. *f.* 4.

aethiopicus. 10. A. aculeis ſolitariis reverſis, ramis angulatis, foliis lanceolato-linearibus. *Mant. p.* 63.

falcatus. 11. A. aculeis ſolitariis reverſis, ramis teretibus, foliis enſiformibus falcatis. *Burm. zeyl. t.* 13. *f.* 2.

horridus. 12. A. aphyllus fruticoſus pentagonus, aculeis tetragonis compreſſis ſtriatis.

capenſis. 13. A. ſpinis quaternis, ramis aggregatis teretibus, foliis ſetaceis. *Pluckn. alm. t.* 78. *f.* 3.

ſarmentoſus. 14. A. foliis ſolitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoſo, aculeis recurvis. *Herm. par. lugdb. t.* 650.

1256. DRACAENA. *Cor.* 6partita, erecta. *Filamenta* medio ſubcraſſiora. *Bacca* 3locularis, 1ſperma, ſupera.

Draco. 1. Dr. arborea, foliis ſubcarnoſis apice ſpinoſis. *Blackw. herb. t.* 358.

ferrea. 2. Dr. arborea, foliis lanceolatis acutis. *Syſt. nat.* X. *p.* 984. Convallaria fruticoſa.

indiviſa. 3. Dr. arborea, foliis enſiformibus acutis, racemo compoſito. *Forſter. pl. eſcul. p.* 33. *et fl. auſtr. p.* 24.

auſtralis. 4. Dr. arborea, foliis enſiformibus acutis, racemo terminali erecto ſupradecompoſito. *Forſt. fl. auſtr. p.* 24.

marginata. 5. Dr. fruticoſa, foliis dentato-ſpinoſis, racemis axillaribus, baccis polyſpermis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 454.

ſtriata. 6. Dr. fruteſcens cauleſcens erecta, foliis lanceolatis oblique falcatis ſtrictis, caule flexuoſo. *Suppl. p.* 204.

terminalis. 7. Dr. cauleſcens, foliis lanceolatis, racemo terminali decompoſito. *Sp. pl.* 450. Aſparagus terminalis. *Rumpf amb.* 4. *t.* 34.

borealis. 8. Dr. herbacea ſubcauleſcens, foliis ellipticis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 454. *t.* 6.

erecta. 9. Dr. herbacea cauleſcens erecta, foliis lanceolato-ſubulatis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 204.

undulata. 10. Dr. herbacea cauleſcens erecta, foliis ovato-acutis multinerviis, floribus axillaribus pedunculatis. *Suppl. p.* 203.

enſifolia. 11. Dr. herbacea ſubcauleſcens, foliis enſiformibus. *Mant. p.* 63. *Rumpf amb.* 5. *t.* 73. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 4.

medeoloides. 12. Dr. herbacea volubilis, foliis ovatis nervoſis. *Suppl. p.* 203. *an eadem cum medeola aſparagoide?*

volubilis. 13. Dr. herbacea volubilis, foliis lanceolatis. *Suppl. p.* 204.

graminifolia. 14. Dr. herbacea acaulis, foliis linearibus. *Spec. pl. p.* 450. Aſparagus graminifolius.

425. CONVALLARIA. *Cor.* 6fida. *Bacca* 3locularis ſupera: *Semina* bina.

* *corollis campanulatis*, Lilium convallium.

majalis. 1. C. ſcapo nudo, floribus ſpicatis nutantibus. *Fl. dan. t.* 854. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 6.

japonica. 2. C. ſcapo nudo ancipiti, racemo cernuo. *Suppl. p.* 204. *Thunb. fl. jap. p.* 139.

ſpicata. 3. C. ſcapo nudo ſtriato, racemo ſpicato, floribus aggregatis. *Tunb. fl. jap. p.* 141.

** *corollis infundibuliformibus*, Polygonatum.

verticillata. 4. C. foliis verticillatis. *Flor. dan. t.* 86.

multiflora. 5. C. foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. *Flor. dan. t.* 152.

Polygonatum. 6. C. foliis alternis amplexicaulibus, caule aucipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. *Flor. dan. t.* 377.

latifolia. 7. C. foliis alternis amplexicaulibus acuminatis, caule angulato, pedunculis axillaribus multifloris. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 232.

biflora. 8. C. foliis ſemiamplexicaulibus alternis, caule tereti, pedunculis axillaribus bifloris ſolitariis. *Walt. flor. carol. p.* 122.

** *corollis rotatis.* Smilax.

racemoſa. 9. C. foliis ſeſſilibus, racemo terminali compoſito. *Pluckn. alm. t.* 311. *f.* 2.

ſtellata. 10. C. foliis amplexicaulibus plurimis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 4. *f.* 7.

trifolia. 11. C. foliis amplexicaulibus ternis, racemo terminali ſimplici. *Gmel. flor. ſib.* 1. *t.* 6.

426. POLYANTHES. *Cor.* infundibuliformis, incurva, aequalis. *Filamenta* corollae fauci inſerta. *Germen* in fundo corollae.

tuberoſa. 1. Polyanthes. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. 12.

ARGO-

**ARGOLASIA.** *Cor.* ſupera, exterius hirſuta, 6fida, aequalis. *Antherae* baſi 2fidae. *Capſ.* hirſuta, 3locularis: loculis 2-3ſpermis.

capenſis. 1. ARGOLASIA. *Juſſieu gen. plant. p.* 60.

## 427. HYACINTHUS. *Cor.* campanulata: Pori 3-melliferi germinis.

non ſcriptus. 1. H. corollis campanulatis ſexpartitis, apice revolutis. *Bull. herb. Franc. t.* 353.

cernuus. 2. H. corollis campanulatis ſexpartitis, racemo cernuo.

revolutus. 3. H. corollis campanulatis ſexpartitis revolutis, foliis oblongis undulatis. *Suppl. p.* 204.

romanus. 4. H. corollis campanulatis ſemiſexfidis racemoſis, ſtaminibus membranaceis. *Mant. p.* 224.

amethyſtinus. 5. H. corollis campanulatis ſemiſexfidis baſi cylindricis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 27. *f.* 8.

viridis. 6. H. corollarum exterioribus laciniis ſubulatis longiſſimis. *Murray comm. Goett.* 1781. *t.* 5. *an Lachenaliae adſcribendus?*

ſerotinus. 7. H. petalis exterioribus ſubdiſtinctis: interioribus coadunatis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 12. *f.* 4.

corymboſus. 8. H. corollis infundibuliformibus corymboſis erectis, ſcapo foliis breviore. *Mant. p.* 223. *Jacq. collect.* 3. *t.* 19. *f.* 2.

orientalis. 9. H. corollis infundibuliformibus ſemiſexfidis: baſi ventricoſis. *Kniph. bot. orig. cent.* 1. *n.* 43.

Muſcari. 10. H. corollis ovatis: omnibus aequalibus. *Kniph. bot. orig. cent.* 10. *n.* 52.

convallarioides. 11. H. corollis ovatis pendulis, ſcapo capillari. *Suppl. p.* 204.

racemoſus. 12. H. corollis ovatis: ſummis ſeſſilibus, foliis laxis. *Mant. p.* 367. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 187.

monſtroſus. 13. H. corollis ſubovatis. *Col. ecphr.* 2. *t.* 12.

botryoides. 14. H. corollis globoſis uniformibus, foliis canaliculato-cylindricis ſtrictis. *Mant. p.* 366. *Lob. ic.* 108.

15. H.

comoſus. 15. H. corollis angulato-cylindricis: ſummis ſterilibus longius pedicellatis. *Mant. p.* 366. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 126.

lanatus. 16. H. corollis lanatis caule ramoſo. *utrum hujus generis? an diſtincti?*

1382. PHORMIUM. *Cor.* infundibuliformis, 6partita: tubi fundo urceolato. *Capſ.* ſupera, 3locularis. *Sem.* bracteata.

tenax. 1. Ph. caule foliofo. *Suppl. p.* 204. *Cook it.* 2. *t.* 96. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 18. *f.* 3.

bulbiferum. 2. Ph. ſcapo racemoſo ſimplici: floribus nutantibus. *Cyrill. pl. rar. Neap. faſc.* 1. *t.* 12.

428. ALETRIS. *Cor.* infundibuliformis. *Stamina* inſerta laciniarum baſi. *Bacca* ſupera 3locularis.

* *fructu baccato*, Sanſeverina.

fragrans. 1. A. cauleſcens, foliis lanceolatis laxis. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 49. *et* 2. *t.* 4.

guineenſis. 2. A. acaulis, foliis omnibus lanceolatis carnoſis, floribus geminatis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 84.

** *fructu capſulari.*

hyacinthoides. 3. A. acaulis, foliis carnoſis lanceolatis et ſubulatis compreſſis, floribus geminatis. *Commel. h. amſt.* 2. *t.* 21. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 6.

capenſis. 4. A. acaulis, foliis lanceolatis undulatis, ſpica ovata, floribus nutantibus. *Murray act. Stockh.* 1770. *t.* 5.

farinoſa. 5. A. acaulis, foliis lanceolatis membranaceis, floribus alternis. *Pluckn. amalth. t.* 437. *f.* 2.

Uvaria. 6. A. foliis enſiformibus canaliculatis carinatis ſcapo brevioribus. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 249. Aloë Uvaria. *Knorr. del. hort.* 1. *t.* A. 13.

pumila. 7. A. acaulis foliis linearibus acute carinatis ſcapo longioribus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 464.

japonica. 8. A. acaulis, foliis petiolatis ovato-lanceolatis ſeptemnerviis, floribus ſpicatis. *Thunb. nov. act. Upſ.* 3. *p.* 208.

aurea. 9. A. *Walt. flor. carol. p.* 121.

## 429. YUCCA. *Cor.* campanulato-patens. *Stilus* o. *Capſ.* 3locularis.

Glorioſa. 1. Y. foliis integerrimis. *Barr. pl. rar. ic. t.* 1194.

aloifolia. 2. Y. foliis crenulatis ſtrictis. *Dill. h. Elth. t.* 323. *f.* 416.

Draconis. 3. Y. foliis crenatis nutantibus. *Dill. h. Elth. t.* 324. *f.* 417.

filamentoſa. 4. Y. foliis ſerrato-filiferis. *Trew. Ehret. t.* 37.

## 430. ALOË. *Cor.* tubuloſa 6fida erecta: ore patulo, fundo nectarifero. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Capſ.* ſupera, 3locularis.

perfoliata. 1. A. cauleſcens, floribus racemoſis reflexis cylindricis, foliis enſiformibus dentatis erectis. *Rheed. h. malab.* 11. *t.* 3. *Commel. praelud. t.* 17-22.

picta. 2. A. cauleſcens, floribus racemoſis reflexis cylindricis, foliis enſiformibus dentatis pictis patentibus. *Commel. h. amſt.* 2. *t.* 5.

humilis. 3. A. acaulis, floribus racemoſis reflexis cylindricis, foliis trigonis ſubulatis aculeatis. *Commel. praelud. t.* 26.

maculata. 4. A. acaulis, floribus racemoſis cernuis curvatis, foliis linguiformibus glabris pictis. *Thunb. diſſ. de aloë. Upſ.* 1785. *p.* 8.

variegata. 5. A. ſubacaulis, floribus racemoſis cylindricis, foliis trifariis pictis canaliculatis: angulis cartilagineis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 7.

pendens. 6. A. pedunculis racemoſis aſſurgentibus, racemis pendulis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 74. *an diſtincta ſpecies?*

linguaeformis. 7. A. ſubacaulis, floribus racemoſis erectis cylindricis, foliis linguaeformibus denticulatis glabris. *Suppl. p.* 206.

diſticha. 8. A. acaulis, floribus racemoſis reflexis clavatis, foliis enſiformibus acutis papilloſis diſtichis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 12. *et* A. 14.

9. A.

ſinuata. 9. A. cauleſcens, floribus racemoſis erectis cylindricis, foliis enſiformibus ſinuato-ſerratis reflexis.

ſpiralis. 10. A. ſubcauleſcens, floribus racemoſis recurvis, foliis imbricatis octofariis ovatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 6.

retuſa. 11. A. acaulis, floribus ſpicatis triquetris bilabiatis: labio inferiori revoluto, foliis quinquefariis deltoideis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 10. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 5.

viſcoſa. 12. A. ſubcauleſcens, floribus racemoſis cernuis cylindricis, foliis imbricatis trifariis ovatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 10.

pumila. 13. A. acaulis, floribus racemoſis cernuis cylindricis, floribus trigonis cuſpidatis papilloſis. *Commel. h. amſt.* 2. *t.* 10. 11. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 5.

arachnoidea. 14. A. acaulis, floribus ſubſpicatis erectis cylindricis, foliis trigonis cuſpidatis ciliatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 11.

ſpicata. 15. A. cauleſcens, floribus ſpicatis horizontalibus campanulatis, foliis planis enſiformibus dentatis. *Suppl. p.* 205.

dichotoma. 16. A. ramoſa, ramis dichotomis, foliis enſiformibus ſerratis. *Suppl. p.* 206. *Paterſon journeys into Caffraria. p.* 56. *ic.*

## 431. AGAVE. *Cor.* erecta, ſupera. *Filamenta* corolla longiora, erecta.

americana. 1. A. acaulis, foliis dentato-ſpinoſis, ſcapo ramoſo.

virginica. 2. A. acaulis, foliis dentato-ſpinoſis, ſcapo ſimpliciſſimo. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 12.

vivipara. 3. A. acaulis, foliis dentatis, ſtaminibus corollam aequantibus. *Rumpf amb.* 5. *t.* 94.

lurida. 4. A. ſubcauleſcens, foliis dentato-ſpinoſis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 472.

cubenſis. 5. A. foliis ciliato-ſpinoſis, corolla hexapetala. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 25.

tuberoſa. 6. A. cauleſcens, foliis dentato-ſpinoſis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 472.

foetida. 7. A. cauleſcens, foliis integerrimis. *Comm. h. amſt.* 2. *t.* 18.



*Binae ſpecies a* Forskaehlio *flor. aeg. arab. p.* 74. *dictae, altera foliis dentato-ſpinoſis, altera inermibus margine ſubcartilagineis vix videntur diſtinctae hujus generis ſpecies.*

432. ALSTROEMERIA. *Cor.* 6petala, ſubbilabiata: *petalis* alternis minoribus, 2 inferioribus baſi tubuloſis. *Stamina* declinata.

* *caule erecto.*

peregrina. 1. A. corollis campanulatis rectis, foliis lineari-lanceolatis ſeſſilibus. *Jacq. hort. Vind.* 1. *t.* 50. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 13. *f.* 4.

pulchella. 2. A. corollis reflexo-patentibus acutis, foliis ſeſſilibus, pedicellis involucro brevioribus. *Suppl. p.* 206.

Ligta. 3. A. foliis ſpatulato-oblongis, pedunculis umbellae involucro longioribus, corolla bilabiata. *Suppl. p.* 207. *Mill. ill. en var. ſubj. t.* 2. *f.* 1-5.

** *caule volubili.*

Salſilla. 4. A. foliis petiolatis lanceolatis acuminatis, umbella ramoſa, pedunculis involucro longioribus bracteatis laxis. *Suppl. p.* 206. *Banks ic. t.* 2.

multiflora. 5. A. foliis petiolatis lanceolatis acuminatis, umbella ſimplici, pedunculis bracteis brevioribus, petalis alternis truncatis. *Suppl. p.* 207. *Banks ic. t.* 1.

590. GETHYLLIS. *Cor.* 6partita. *Cal.* o. *Bacca* clavata, radicalis, 1locularis.

villoſa. 1. G. foliis filiformibus ſpiralibus villoſis, limbi laciniis ovato-oblongis. *Suppl. p.* 198. *Thunb. act. Lund.* I. 2. *n.* 12. *p.* 111. Papiria villoſa.

ciliaris. 2. G. foliis linearibus ſpiralibus ciliatis, limbi laciniis ovato-oblongis. *Suppl. p.* 198. *Thunb. act. Lund.* I. 2. *p.* 111. Papiria ciliaris.

ſpiralis. 3. G. foliis linearibus ſpiralibus glabris, limbi laciniis oblongis. *Suppl. p.* 198. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 325. Gethyllis afra.

lanceolata. 4. G. foliis lanceolatis planis, limbi laciniis lanceolatis. *Suppl. p.* 198. *Thunb. act. Lund.* I. 2. *p.* 112. Papiria lanceolata.

433. HEMEROCALLIS. *Cor.* campanulata: tubo cylindrico. *Stamina* declinata.

flava. 1. H. foliis lineari-ſubulatis carinatis, corollis flavis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 139.

fulva. 2. H. foliis lineari-ſubulatis carinatis, corollis fulvis. *Beſl. h. Eyſt. vern. t.* 6. *f.* 1.

japonica. 3. H. foliis petiolatis ovato-lanceolatis ſeptemnerviis. *Thunb. fl. jap. p.* 142.

cordata. 4. H. foliis cordatis venoſis. *Thunb. fl. jap. p.* 143.

1023. PISTIA. *Cor.* lingulata, 1petala, integra. *Cal.* o. *Antherae* filamento inſidentes. *Capſ.* 1locularis, in fundo corollae.

Stratiotes. 1. Pistia. foliis obcordatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 225.

LINDERA. *Cor.* 6petala. *Capſula.*

umbellata. 1. Lindera. *Thunb. nov. pl. gen. p.* 64. *ic.*

ADENIA. *Cor.* 6petala. *Cal.* longiſſimus, 6fidus, inferus. *Nectarium* ſquamae 6lineares.

venenata. 1. Adenia. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 77. *Folia palmata. Flores ſpicati.*

PEUMUS. *Cor.* 6petala. *Cal.* 6fidus inferus. *Drupa* 1ſperma.

rubra. 1. P. foliis alternis petiolatis ovalibus integerrimis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 160.

alba. 2. P. foliis alternis petiolatis ovalibus dentatis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 160.

mammoſa. 3. P. foliis alternis ſeſſilibus cordatis integerrimis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 160.

Boldus. 4. P. foliis oppoſitis petiolatis ovalibus ſubtus villoſis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 160.

SILIQUARIA. *Cor.* 4petala ad latus ſuperius *calicis* 4phylli. *Siliqua* polyſperma.

glanduloſa. 1. SILIQUARIA. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 78.

1159. GLEDITSCHIA. *Flores* polygami, dioici.
☿. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4fidus. *Legumen.*
♂. *Cor.* 3petala. *Cal.* 3phyllus.
♀. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Legumen.*

triacantha. 1. Gl. caule ſpinis triplicibus axillaribus. *Du Hamel. arbr.* 1. *t.* 352. *f.* 1. *β*) *Catesb. car.* 1. *t.* 43. *γ*) Gleditſia Meliloba. *Walt. flor. carol. p.* 254. *δ*) Gleditſia monoſperma. *Walt. flor. carol. p.* 254.

inermis. 2. Gl. caule inermi. *Mill. ic. t.* 5. *an mimoſae ſpecies?*

1064. GUETTARDA. *Flores* monoici. *Cal.* cylindricus. *Cor.* 7fida, infundibuliformis.
♀. *Drupa* ſicco-baccata, infera.

ſpecioſa. 1. G. foliis cordatis lato ovatis ſubſericeis, floribus heptandris: tubo elongato. *Brown. jam. t.* 20. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 36. *f.* 5.

rugoſa. 2. G. foliis ſubcordatis ovatis acutis ſubtus tomentoſis ſupra ſcabris, floribus hexandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 59.

elliptica. 3. G. foliis ellipticis pubeſcentibus, floribus tetrandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 59.

membranacea. 4. G. foliis ovatis acuminatis membranaceis ſubhiſpido-ſcabris, floribus tetrandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 59.

ISER-

ISERTIA. *Cal.* coloratus, 4-6dentatus. *Cor.* 6fida infundibuliformis. *Pomum* ſubgloboſum, 6loculare, polyſpermum.

coccinea. 1. Isertia. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 317. *t.* 123.

LEAEBA. *Flores* dioici. *Cor.* 3petala. *Cal.* 5phyllus. *Nectarium* ſquamae 6.

dubia. 1. Leaeba. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 172.

RAVENALA. *Spatha* communis, multiflora, 1phylla. *Involucrum* partiale 2phyllum. *Cor.* tripetala. *Nectar.* 2. phyllum. *Capſ.* 3gona, 3locularis, polyſperma.

madagaſcarienſis. 1. Ravenala. *Sonner. it. ind.* 2. *p.* 223. *t.* 124-126.

1141. MUSA. *Spatha* ſupera. *Cor.* 2petala: petalo altero erecto 5dentato, altero nectarifero, concavo, breviori. *Filamenta* 6, quorum *nunc* 1, nunc 5perfecta. *Germen* in multis abortiens. *Bacca* oblonga, 3quetra, infera, polyſperma.

paradiſiaca. 1. M. ſpadice nutante, floribus abortientibus perſiſtentibus. *Trew. Ehret. t.* 18-20. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 11.

ſapientum. 2. M. ſpadice nutante, floribus abortientibus terminalibus deciduis. *Trew. Ehret. t.* 21-23.

Enſete. 3. M. ſpadice nutante, bracteis terminalibus. *Bruce trav. in Eg. Ar. Ab. and Nub.* 5. *app. p.* 36. *icc.*

Troglodytarum. 4. M. ſpadice erecto, ſpathis deciduis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 61. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 11. *f.* 1. *an forte Ravenalae ſpecies?*

humilis. 5. M. ſpadice ſubſexfloro, bacca violacea. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 931. *an diſtincta ſpecies?*

434. ACORUS. *Spadix* cylindricus, tectus floſculis. *Cor.* 6petalae nudae. *Stilus* o. *Capſ.* 3locularis.

Calamus. 1. A. ſcapi mucrone longiſſimo foliaceo. *Blackw. herb. t.* 466. *β) Rheede h. malab.* 11. *t.* 60.

gramineus. 2. A. ſcapi mucrone ſpadicem vix excedente. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 474.

435. ORONTIUM. *Spadix* cylindricus, tectus floſculis. *Cor.* 6petalae, nudae. *Stil.* o. *Folliculi* 1ſpermi.

aquaticum. 1. O. foliis lanceolato-ovatis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 82.

japonicum. 2. O. foliis enſiformibus venoſis. *Thunb. fl. jap. p.* 144.

1436. MAURITIA. *Amentum* oblongum, ſeſſile. *Cor.* 1petala: tubo brevi; limbo 3partito. *Cal.* 1phyllus, cyathiformis, integer.

flexuoſa. 1. Mauritia. *Suppl. p.* 454.

RHAPIS. *Flores* hermaphroditi et maſculi. *Cal.* 3fidus. *Cor.* 3fida.

flabelliformis. 1. Rh. frondibus palmatis plicatis: plicis marginibusque aculeato-denticulatis. *l'Herit. ſtirp. nov. t.* 2. *t.* 100.

arundinacea. 2. Rh. frondibus bipartitis: lobis acutis plicatis; plicis ſcabriuſculis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 474.

1284. ELAEIS. *Flores* dioici. *Cor.* 6fida. *Cal.* 6phyllus.

♀. *Stigm.* 3. *Drupa* fibroſa. *Nux* 1 3valvis.

guineenſis. 1. E. frondibus pinnatis: ſtipitibus dentato-ſpinoſis divergentibus: denticulis ſupremis recurvatis. *Mant. p.* 137. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 257. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 6. *f.* 2. *β)* Elaeis melanococca. *Gaertn.* l. m. c.

1223. COCOS. *Flores* monoici. *Cor.* o. *Cal.* 6-phyllus.
♀. *Germen* 3loculare. *Stigm.* 3. *Drupa* ſupera, baccata, 1locularis.

nucifera. 1. C. inermis, frondibus pinnatis: foliolis replicatis enſiformibus, drupa utrinque umbilicata. *Jacq. ſtirp. amer. t.* 169. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 4. 5.

butyracea. 2. C. inermis, frondibus pinnatis: foliolis ſimplicibus, ſpadicibus ſolitariis. *Suppl. p.* 454. *Piſ. braſ. p.* 62. *ic.*

chilenſis. 3. C. inermis, frondibus pinnatis: foliolis complicatis enſiformibus, ſpadicibus quaternis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 155.

maldioica. 4. C. inermis, foliis bipinnatis: foliolis bifidis. *Sonner. it. nov. Guin. p.* 4. *t.* 3-7.

guineenſis. 5. C. tota aculeata, frondibus diſtantibus, radice repente. *Mant. p.* 137. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 256. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 9. *f.* 1. *vix hujus generis.*

aculeata. 6. C. aculeato-ſpinoſa, caudice fuſiformi, frondibus pinnatis, ſtipitibus ſpathisque ſpinoſis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 119. *t.* 214.

lapidea. 7. C. drupa in proceſſum mammillarem producta; baſi tribus foraminibus pertuſa. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 6. *f.* 1.

1221. CORYPHA. *Cor.* o. *Cal.* 6phyllus. *Bacca* ſupera 1ſperma.

umbraculifera. 1. C. frondibus pinnato-palmatis plicatis filoque interjectis, ſtipitibus ciliato-ſpinoſis. *Rheed. h. mal.* 1. *t.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 7. *f.* 1.

ſeribus. 2. C. foliis radiatim plicatilibus palmato-peltatis, ſtipitibus ſpinuloſis. *Juſſieu gen. plant. p.* 39.

Palmetto. 3. C. frondibus medio conniventibus margine expanſis. *Walt. flor. carol. p.* 119.

minor. 4. C. frondibus palmatis flabelliformibus plicatis ſubtrifidis, filis interjectis paucis, ſtipitibus inermibus. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 8. *an eadem cum Euterpe Gaertneri? et pumila Walt. flor. carol. p.* 119?

METROXYLON. *Cal.* 3phyllus lignoſus patens. *Cor.* 3petala, lignoſa glabra. *Nux* ſubrotunda: nucleo duro utrinque ſulcato.

Sagu. 1. METROXYLON. *Fr. Rottböll n. art. dan.* 2. *p.* 527. *t.* 1.

THRINAX. *Cal.* 6dentatus. *Cor.* o. *Stigma* emarginatum. *Bacca* 1ſperma.

parviflora. 1. THRINAX. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 57.

1119. TAMUS. *Flores* dioici. *Cal.* 6partitus. *Cor.* o. ♀. *Stil.* 3fidus. *Bacca* 3locularis, infera. *Sem.* 2.

communis. 1. T. foliis cordatis indiviſis. *Blackw. herb. t.* 457.

cretica. 2. T. foliis trilobis. *An mera communis varietas?*

elephantipes. 3. T. foliis reniformibus integris. *Herit. ſert. angl. p.* 29. *t.* 40.

TONINA. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 3lobus. *Piſtill.* ſterile.
♀. *Cal* o. *Germ.* 3ſtriatum. *Stigm.* 3. *Capſ.* 3valvis, 1locularis, 1ſperma.

fluviatilis. 1. TONINA. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 856. *t.* 330.

VIROLA. *Flores* dioici. *Cor.* o. *Cal.* turbinatus, 3dentatus.
♀. *Drupa* exſucca, 2valvis, 1locularis. *Nux* fibris reticulatis tecta.

ſetifera. 1. VIROLA. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 904. *t.* 345.

439. CALAMUS. *Cal.* 6phyllus. *Cor.* o. *Bacca* exarida, 1ſperma, retrorſum imbricata.

Rotang. 1. CALAMUS. *Plukn. alm. t.* 106. *f.* 1. 2. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 51-58. *f.* 1.

437.

437. JUNCUS. *Gluma* floralis 2phylla. *Cal.* 6phyllus, perſiſtens. *Cor.* o. *Capſ.* ſupera 3locularis, 3valvis, polyſperma, aut 1locularis 3ſperma.

* *culmis nudis.*

trifidus. 1. J. foliis floribusque tribus terminalibus. *Flor. dan. t.* 107.

conglomeratus. 2. J. culmo ſtricto, capitulo laterali: floribus triandris ovatis obtuſis. *Leers fl. herb. t.* 13. *f.* 1.

effuſus. 3. J. culmo ſtricto, panicula laterali laxa, floribus triandris ovatis obtuſis. *Leers fl. herb. t.* 13. *f.* 2.

inflexus. 4. J. culmo ſtricto apice incurvo ſubmembranaceo, panicula laterali ſparſa: floribus ovato-acuminatis. *Leers fl. herb. t.* 13. *f.* 3.

filiformis. 5. J. culmo incurvo filiformi, panicula laterali pauciflora ſimplici. *Leers fl. herb. t.* 13. *f.* 4.

gracilis. 6. J. culmo filiformi ſimpliciſſimo, foliis filiformibus ſemicylindricis canaliculatis, capitulo terminali, involucro ſubpentaphyllo. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 155.

ſquarroſus. 7. J. culmo rigido, foliis ſetaceis, panicula terminali aphylla. *Flor. dan. t.* 430.

punctorius. 8. J. culmo tereti, folio tereti articulato mucronato, panicula glomerata. *Suppl. p.* 208.

acutus. 9. J. culmo ſubnudo tereti mucronato, panicula terminali: involucro diphyllo ſpinoſo. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 15.

** *culmis folioſis.*

nodoſus. 10. J. foliis nodoſo-articulatis, petalis mucronatis. *Pluckn. alm. t.* 92. *f.* 9.

aquaticus. 11. J. culmo decumbente, foliis articulato-nodoſis ſubcompreſſis linearibus, panicula terminali compoſita. *Leers fl. herb. t.* 13. *f.* 6. *β)* Juncus viviparus. *Scheuchz. gram. t.* 7. *f.* 10.

ſylvaticus. 12. J. culmo erecto, foliis teretibus articulato-nodoſis, panicula terminali ſupradecompoſita diffuſa. *Roth. fl. germ. p.* 155.

uliginoſus. 13. J. culmo repente ad florum glomerulos prolifero, foliis ſetaceis ſubarticulato-nodoſis. *Roth. fl. germ. p.* 155.

14. J.

alpinus. 14. J. radice repente, foliis ſubarticulatis, panicula terminali ſimplici, glumis ariſtatis, capſulis obtuſis. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 233. *n.* 10.

bulboſus. 15. J. culmo indiviſo ſubcompreſſo, foliis linearibus canaliculatis, panicula terminali bractea ſua breviori, calicibus capſulisque obtuſis. *Flor. dan. t.* 431.

bufonius. 16. J. culmo dichotomo, floribus ſolitariis ſeſſilibus, calicis foliolis lanceolatis mucronatis capſula ovata longioribus. *Leers fl. herborn. t.* 13. *f.* 8. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 5.

Tenageia. 17. J. culmo dichotomo, floribus ſolitariis ſeſſilibus, calicis foliolis ovato-lanceolatis acuminatis capſulam globoſam aequantibus. *Suppl. p.* 208.

ſupinus. 18. J. culmis ceſpitoſis ſubdichotomis, foliis filiformibus canaliculatis, capitulis triphyllis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 156.

ſtygius. 19. J. foliis ſetaceis depreſſiuſculis, pedunculis geminis terminalibus, glumis ſolitariis ſubbifloris.

ſubverticillatus. 36. J. culmo ſubdichotomo, foliis ſubulato ſubſetaceis, floribus faſciculato ſubverticillatis. *Scheuchz. agroſt. p.* 330. *n.* 5. *t.* 7. *f.* 10.

grandiflorus. 20. J. folio tereti, culmo unifloro, flore erecto ſingulari nudo. *Suppl. p.* 209.

Jacquini. 21. folio ſubulato, capitulo ſubquadrifloro terminali. *Mant. p.* 63. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 221.

biglumis. 22. J. folio ſubulato, gluma biflora terminali. *Flor. dan. t.* 120.

triglumis. 23. J. foliis fiſtuloſis ſubulatis, gluma ſubtriflora terminali. *Flor. dan. t.* 132.

piloſus. 24. J. foliis planis piloſis, corymbo ramoſo. *Flor. dan. t.* 441. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 5.

maximus. 25. J. foliis planis piloſis, panicula terminali ramoſiſſima: floribus faſciculatis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 157.

luzulinus. 26. J. foliis piloſis ſtrictis, floribus rotundis ſolitariis. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 235. *Tabern. Kraeuterb. p.* 227.

ſpadiceus. 27. J. foliis planis ex vagina piloſis, floribus minimis corymboſis ſolitariis ſubariſtatis. *Allion. fl. pedem. n.* 2083. *Vill. pl. Delph.* 2. *t.* 6.

pediformis. 28. J. foliis plano-carinatis piloſis, floribus oblongis in ſpica lobata nutantibus. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 238. *t.* 6.

29. J.

niveus. 29. J. foliis planis ſubpiloſis, corymbis folio brevioribus: floribus faſciculatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 9. *f.* 39.

campeſtris. 30. J. foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque. *Curt. flor. Lond. t.* 140.

luteus. 31. J. foliis planis laevibus, panicula nitente, floribus obtuſis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv. n.* 1329. *Vill. pl. Delph.* 2. *t.* 6.

ſpicatus. 32. J. foliis planis, ſpica racemoſa nutante. *Flor. dan. t.* 270.

ſerratus. 33. J. foliis enſiformibus planis ſerratis ſubtus canis, paniculae vaginis ſubulatis perfoliatis. *Suppl. p.* 208.

*** *incertae tribus.*

ſubulatus. 34. J. foliis ſubulatis, paniculis terminalibus: involucro diphyllo ſubulato. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 75.

ſpinoſus. 35. J. paniculae infimae involucris pungentibus, ſuperioris ſetiferis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 75.

## 439. RICHARDIA. *Cal.* 6-8partitus. *Cor.* 1petala, ſubcylindrica. *Fructus* inferus 3partibilis. *Sem.* ſolitaria.

ſcabra. 1. Richardia. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 11.

## 438. ACHRAS. *Cal.* 6phyllus. *Cor.* ovata, 6fida: ſquamis totidem alternis interioribus. *Pomum* 10loculare. *Sem.* ſolitaria hilo marginali apiceque unguiculato.

diſſecta. 1. A. floribus ſolitariis, foliis cuneiformibus emarginato-retuſis. *Suppl. p.* 210. *Rheed. h. malab.* 3. *t.* 25.

mammoſa. 2. A. floribus ſolitariis, foliis cuneiformi-lanceolatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 59.

Sapota. 3. A. floribus ſolitariis, foliis lanceolato-ovatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 60.

ſalicifolia. 4. A. floribus confertis, foliis lanceolato-ovatis. *Brown. jam. t.* 17. *f.* 4.

Balata. 5. A. foliis ovato-oblongis ſubtus incanis, pomo oblongo-ovato. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 308. *Rheed. h. malab.* 4. *t.* 25.

GUAPIRA. Cor. tubuloſa, 4-5dentata. *Cal.* 4-5-phyllus. *Filament.* 3 reliquis longiora. *Stigma* 5-6fidum. *Drupa* ovata, 6ſtriata, 1ſperma.

gujanenſis. 1. Guapira. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 308. *t.* 119.

AJOVEA. *Cal.* 1phyllus, 3dentatus. *Cor.* 3petala. *Filamenta* glandulis 2 terminata. *Anther.* foveis 2 excavatae. *Stigm.* 6fidum. *Bacca* ſubrotunda, 1locularis, 1ſperma.

gujanenſis. 1. Ajovea. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 310. *t.* 120. *an forſan huic quoque generi accenſenda Licaria. Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 313. *t.* 121.

441. PRINOS. *Cal.* 6fidus. *Cor.* 1petala, rotata. *Bacca* 6ſperma.

verticillatus. 1. Pr. foliis longitudinaliter ſerratis. *Du Hamel arbr.* 1. *t.* 23. *Stamina* 6-8. *Flores interdum* dioici.

glaber. 2. Pr. foliis apice ſerratis. *Mill. dict. t.* 83. *f.* 2.

lucidus. 3. Pr. foliis ellipticis acuminatis laevibus apice ſubſerratis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 478.

montanus. 4. Pr. foliis ovatis ſerratis, pedunculis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 58.

ſideroxyloides. 5. Pr. foliis ſubrotundis integerrimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 58.

1384. DUROIA. *Cal.* cylindricus, truncatus. *Cor.* 6partita. *Filamenta* 10. *Pomum* hiſpidum.

Eriopila. 1. Duroia. *Suppl. p.* 209. *Merian. ſurinam. t.* 43.

440. BURSERA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 3petala. *Capſ.* carnoſa, 3valvis, 1ſperma.

gummifera. 1. Bursera. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 96. *aliquando dioica, aut pentandra.*

442. BERBERIS. *Cal.* 6phyllus. *Petala* 6, ad ungues glandulis 2. *Stilus* 0. *Bacca* ſupera, 1locularis, apice perforata. *Sem.* 2-3.

vulgaris. 1. B. pedunculis racemoſis, ſpinis triplicibus. *Knorr del. hort.* 2. *t.* B. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 42. *f.* 6.

cretica. 2. B. pedunculis ſubumbellatis, ſpinis triplicibus. *Alpin. exot. t.* 20.

ilicifolia. 3. B. pedunculis cymoſis elongatis, ſpinis palmatis. *Suppl. p.* 210.

ſibirica. 4. B. pedunculis axillaribus nudis unifloris, foliis ovatis ciliato-ſpinoſis, ſpinis ſubquinis. *Pall. it.* 2. *p.* 737. *t.* P. *f.* 2. *Murray comm. Goett.* 1784. *t.* 6.

1302. CAPURA. *Cal.* 0. *Cor.* 6fida, infera. *Stamina* intra tubum. *Stigma* globoſum. *Bacca.*

purpurata. 1. Capura. *Mant. p.* 225.

443. LORANTHUS. *Cal.* 0. *Cor.* ſupera, (utplurimum) 6fida revoluta. *Stamina* ad apices laciniarum. *Bacca* infera, 2locularis, 1ſperma.

tetrapetalus. 1. L. floribus ad articulos quatuor verticillatis tetrapetalis, foliis oblongis oppoſitis ſubſeſſilibus. *Suppl. p.* 211.

Scurrula. 2. L. pedunculis unifloris congeſtis, foliis obovatis. *Petiv. gaz. t.* 63. *f.* 8.

uniflorus. 3. L. racemis ſimpliciſſimis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 100.

europaeus. 4. L. racemis ſimplicibus terminalibus, floribus dioicis. *Sp. pl. p.* 1672. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 30.

5. L.

americanus. 5. L. racemis ſubramoſis aequalibus, foliis ovatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 98.

emarginatus. 6. L. racemis axillaribus ſimplicibus, foliis cuneatis ovatis emarginatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 58.

occidentalis. 7. L. racemis ſimplicibus, floribus irregularibus. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 200. *f.* 2.

Stelis. 8. L. racemis trichotomis, pedunculis trigonis, floribus aequalibus.

parvifolius. 9. L. pedunculis axillaribus trifidis: pedicellis unifloris, foliis ovatis integris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 58.

pauciflorus. 10. L. pedunculis trichotomis foliis obovatis brevioribus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 58.

pentandrus. 11. L. racemis ſimplicibus, floribus quinquefidis, foliis alternis petiolatis. *Mant. p.* 63.

ſeſſilis. 15. L. racemis ſolitariis ſimplicibus: floribus ternis ſeſſilibus. *Jacq. ſtirp. amer. p.* 99.

pedunculatus. 16. L. racemis ſolitariis: floribus ternis pedunculatis, ramis radicantibus. *Jacq. ſtirp. amer. p.* 98.

falcatus. 12. L. racemis paucifloris axillaribus, foliis linearibus obtuſis lateraliter falcatis glaucis. *Suppl. p.* 211.

ſpicatus. 13. L. ſpicis quadrangularibus. *Mant. p.* 65. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 99.

loniceroides. 14. L. floribus aggregato-capitatis. *Rheed. h. malab.* 7. *t.* 29.

## 444. HILLIA.

*Cal.* duplex: inferior 6phyllus. *Cor.* longiſſima, contorta. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, coronata. *Semina* pappoſa.

longiflora. 1. H. corollis ſexfidis: laciniis lanceolatis revolutis, foliis ovatis acutis. *Sp. pl. p.* 1662. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 97.

tetrandra. 2. H. floribus tetrandris: corollis quadrifidis; laciniis ovatis, foliis obovatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 58.

1301. CANARINA. *Cal.* 6phyllus. *Cor.* 6fida, campanulata. *Stigmata* 6. *Capſ.* infera, 6locularis, polyſperma.

Campanula. 1. CANARINA. *Mant. p.* 225. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 161. Campanula canarienſis. *Pluckn. alm. t.* 276. *f.* 1.

PSATHURA. *Cor.* 6loba, campanulata intus hirta. *Cal.* 6dentatus. *Stigma* 3-4lamellatum. *Drupa* ſtriata, 6locularis, 6ſperma.

borbonica. 1. PSATHURA. *Juſſieu gen. plant. p.* 206.

NARDINA. *Cal.* polyphyllus, imbricatus. *Cor.* 6-petala.

domeſtica. 1. NARDINA. *Thunb. fl. jap. p.* 147.

COSSIGNIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 4-5petala. *Germen* ſubtrigonum. *Capſ.* ovato-trigona, 3locularis: loculis 2-3-ſpermis.

Commerſoni. 1. COSSIGNIA. *Juſſieu gen. plant. p.* 248.

445. FRANKENIA. *Cal.* 5fidus, infundibuliformis. *Petala* 5. *Stigma* 6partitum, *Capſ.* 1locularis, 3valvis.

laevis. 1. Fr. foliis linearibus confertis baſi ciliatis. *Bocc. muſ.* 1. *t.* 11.

hirſuta. 2. Fr. caulibus hirſutis, floribus faſciculatis terminalibus. *Berg. cap. t.* 1. *f.* 2.

pulverulenta. 3. Fr. foliis obovatis retuſis ſubtus pulveratis.

revoluta. 4. Fr. caule fruteſcente dichotomo, foliis ovatis margine revolutis, floribus axillaribus ſeſſilibus: ſtigmate trifido. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 75.

446. PEPLIS. *Cal.* campanulatus: ore 12fido. *Petala* 0, aut 6 calici inſerta. *Capſ.* 2locularis, ſupera, polyſperma.

Portula. 1. P. floribus ſaepius apetalis. *Flor. dan. t.* 64. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 51. *f.* 4.

tetrandra. 2. P. floribus tetrandris monopetalis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 103.

## DIGYNIA.

1386. GAHNIA. *Cal.* Gluma 2valvis irregularis. *Nectarium* 2valve, filamenta involvens. *Stigma* dichotomum.

procera. 1. G. paniculis ſpicatis pluribus elongatis. *Suppl. p.* 211. *Forſt. char. gen. p.* 26. *t.* 26.

Schoenoides. 2. G. culmis flexuoſis, paniculis compoſitis ſpicatis rigidis ſubſolitariis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 26.

LEERSIA. *Cal.* 0. *Cor.* Gluma 2valvis, clauſa.

hexandra. 1. L. panicula effuſa: ſpiculis alternis; glumis ſublaevibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 21.

monandra. 2. L. panicula effuſa: ſpicis remotis laxis; ſpiculis ſecundis ſubrotundis monandris, glumis laevibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 21.

448. ORYZA. *Cal.* Gluma 2valvis, 1flora. *Cor.* 2valvis, ſubaequalis, ſemini adnaſcens.

ſativa. 1. ORYZA. *Mill. illuſtr. ic. Regn. bot. t.* 399.

1062. ZIZANIA. *Flores* monoici. *Cal.* o.
♂. *Cor.* gluma 2valvis, mutica, femineis mixta.
♀. *Cor.* Gluma 1valvis, cucullata, ariſtata. *Stilus* 2partitus. *Sem.* 1. corolla plicata veſtitum.

aquatica. 1. Z. paniculata effuſa. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 67.

paluſtris. 2. Z. panicula inferne racemoſa maſcula, ſuperne ſpicata feminea. *Mant. p.* 295. *Schreb. gram.* 2. *t.* 29.

terreſtris. 3. Z. paniculata ſubracemoſa. *Rheed. h. malab.* 12. *t.* 60.

1063. PHARUS. *Flores* monoici. *Cal.* Gluma 2valvis, 1flora.
♂. *Cor.* Gluma 2valvis aut o.
♀. *Cor.* o. aut Gluma 1valvis, longa, involvens. *Semen* 1.

latifolius. 1. Ph. floribus corollatis. *Brown. jam. t.* 38. *f.* 3.

ciliatus. 2. Ph. panicula ſubramoſa, calicibus apetalis ciliatis muticis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 23.

ariſtatus. 3. Ph. panicula umbellata, calicibus apetalis ariſtatis nudis. *Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 23.

lappulaceus. 4. Ph. culmo ramoſo, ſemine pilis rigidis ad apicem hirto. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 859.

BAMBUS. *Spicul.* ſubquinqueflor. bracteis ternis fultae. *Cal.* o. *Cor.* 2valvis: *valva* inferiore ventricoſa; interiore ciliata. *Nect.* 2phyllum. *Sem.* 1. corolla tectum.

Arundo. 1. Bambus. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 100. Arundo Bambos. *Rheed. h. mal.* 1. *t.* 16.

NECTRIS. *Cal.* 1phyllus, 6partitus, coloratus. *Cor.* o. *Stil.* perſiſtentes. *Capſ.* 2 ſuperae, ovatae, 1loculares, polyſpermae.

aquatica. 1. NECTRIS. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 321. *t.* 124.

NASTUS. *Cal.* 2valvis. *Gluma* 1flora, laevis, 6-8-valvis: valvis diſtiche imbricatis. *Nectarium* 2-4phyllum?

borbonicus. 1. NASTUS. *Juſſieu gener. plant. p.* 34.

1385. FALKIA. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* 1petala. *Sem.* 4.

repens. 1. FALKIA. *Suppl. p.* 211.

449. ATRAPHAXIS. *Cal.* 2phyllus. *Petala* 2 ſinuata aut o. *Stigm.* capitata. *Sem.* 1.

ſpinoſa. 1. A. ramis ſpinoſis. *Dill. h. Elth. t.* 40. *f.* 47.
undulata. 2. A. inermis. *Dill. h. Elth. t.* 32. *f.* 36.

MANSANA. *Cal.* 6fidus. *Petala* 6 concava, breviſſima, inter lacinias calicis inſerta. *Bacca* oſſiculo 1 2ſpermo.

arborea. 1. MANSANA. *Sonner. it. nov. Guin. p.* 134. *t.* 94.

## TRIGYNIA.

1121. RAJANIA. *Flor.* dioici. *Cor.* o. *Cal.* 6partitus. ♀. *Semen* maturum 1, germinis tunica corticatum, 1alatum.

anguſtifolia. 1. R. foliis lineari-lanceolatis baſi rotundatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 59.
ovata. 2. R. foliis ovatis acuminatis trinerviis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 59.

carolinia-na. 3. R. foliis ovatis venoſis petiolatis, caule volubili. *Walt. flor. carol. p.* 247.

haſtata. 4. R. foliis haſtato-cordatis. *Plum. amer. t.* 98.

cordata. 5. R. foliis cordatis ſeptemnerviis. *Plum. ic.* 155. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 14. *f.* 1.

quinque-folia. 6. R. foliis quinis ovato-oblongis. *Plum. ic.* 155. *f.* 2.

quinata. 7. R. foliis quinatis: foliolis emarginatis, floribus umbellaribus axillaribus. *Thunb. fl. jap. p.* 148.

hexaphyl-la. 8. R. foliis ſenariis: foliolis oblongis acutis, floribus racemoſis. *Thunb. fl. jap. p.* 149.

## 1122. DIOSCOREA. *Flores* dioici. *Cor.* o. *Cal.* 6fidus, campanulatus. ♀. *Capſ.* 3locularis, ſupera compreſſa. *Sem.* bracteata.

penta-phylla. 1. D. foliis digitatis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 127. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 17. *f.* 4.

quinata. 2. D. foliis novemnerviis peltato-cordatis: infimis quinis. *Walt. flor. carol. p.* 248.

quaterna-ta. 3. D. foliis cordatis ſeptemnerviis: infimis quaternis, ſuperioribus ternis binisque, ſummis alternis. *Walt. flor. carol. p.* 246.

triphylla. 4. D. foliis ternatis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 128.

ſeptemlo-ba. 5. D. foliis cordatis ſeptemlobis ſeptemnerviis. *Thunb. fl. jap. p.* 149.

quinque-loba. 6. D. foliis cordatis quinquelobis novemnerviis. *Thunb. fl. jap. p.* 150.

trifida. 7. D. foliis cordatis trifidis. *Suppl. p.* 427.

japonica. 8. D. foliis cordatis acuminatis novemnerviis. *Thunb. fl. jap. p.* 151.

ſativa. 9. D. foliis cordatis alternis, caule tereti. *Rheed. h. malab.* 8. *t.* 51.

villoſa. 10. D. foliis cordatis alternis oppoſitisque, caule laevi. *Pluckn. alm. t.* 375. *f.* 5.

bulbifera. 11. D. foliis cordatis, caule lævi bulbifero. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 124.

alata. 12. D. foliis cordatis, caule alato bulbifero. *Rheed. h. malab.* 7. *t.* 38.

aculeata. 13. D. foliis cordatis, caule aculeato bulbifero. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 126.

oppoſiti-folia. 14. D. foliis oppoſitis ovatis acuminatis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 120.

## 1120. SMILAX. *Flores* dioici. *Cor.* 0. *Cal.* 6phyllus. ♀. *Bacca* ſupera, 3locularis. *Sem.* ſolitaria.

* *caule aculeato.*

† *angulato.*

aſpera. 1. Sm. foliis dentato-aculeatis cordatis novemnerviis. γ) *Pluckn. alm. t.* 110. *f.* 3.

excelſa. 2. Sm. foliis inermibus cordatis novemnerviis. *S. G. Gmelin it.* 2. *t.* 6.

zeilanica. 3. Sm. foliis inermibus: caulinis cordatis; rameis ovato-oblongis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 161. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 7.

Sarſaparilla. 4. Sm. foliis inermibus ovatis retuſo-mucronatis trinerviis. *Regn. bot. t.* 284.

oblongata. 5. Sm. foliis oblongis acuminatis glabris trinerviis: nervis ſubtus aculeatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 59.

mauritanica. 6. Sm. foliis ſubinermibus cordato-lanceolatis quinquenerviis. *Poir. voy. en Barbar.* 2. *p.* 263.

variegata. 7. Sm. foliis ſubcordatis ſpinoſo-ciliatis: coſta ſubtus ſpinoſa. *Walt. flor. carol. p.* 244.

auriculata. 8. Sm. foliis quinquenerviis oblongis auriculatis obtuſis ſpina terminatis. *Walt. flor. carol. p.* 245.

glauca. 9. Sm. caule ſubangulato, foliis oblongo-cordatis laevibus ſubnervoſis ſubtus glaucis. *Walt. flor. carol. p.* 245.

†† *caule tereti, foliis inermibus.*

China. 10. Sm. caule teretiuſculo, foliis ovato-cordatis quinquenerviis. *Blackw. herb. t.* 433.

11. Sm.

rotundi-folia. 11. Sm. foliis cordatis acuminatis ſeptemnerviis.

tamnoides. 12. Sm. foliis cordatis oblongis ſeptemnerviis. *Cateſb. Car.* 1. *t.* 52.

caduca. 13. Sm. foliis ovatis trinerviis.

laurifolia. 14. Sm. foliis ovato-lanceolatis trinerviis. *Cateſb. Car.* 1. *t.* 15.

** *caule inermi.*
† *angulato.*

bona nox. 15. Sm. foliis ciliato-aculeatis. *Pluckn. alm. t.* 111. *f.* 1. 3.

tetragona. 16. Sm. caule tetragono, foliis cordatis quinquenerviis acuminatis inermibus. *Suppl. p.* 427.

herbacea. 17. Sm. foliis inermibus ovatis ſeptemnerviis. *Pluckn. alm. t.* 225. *f.* 4.

†† *caule tereti.*

pumila. 18. Sm. caule ſubtereti ſubpiloſo fruticoſo, foliis petiolatis cordatis quinquenerviis ſubtus hirſutis. *Walt. flor. carol. p.* 244.

Pſeudo-China. 19. Sm. foliis inermibus: caulinis cordatis; rameis ovato-oblongis quinquenerviis. *Pluckn. alm. t.* 110. *f.* 5.

lanceolata. 20. Sm. foliis inermibus lanceolatis. *Cateſb. Car.* 2. *t.* 84.

Ripogonum. 21. Sm. caule radicante, foliis ovato-lanceolatis acuminatis quinquenerviis, floribus hermaphroditis. *Forſt. Char. gen. p.* 25. *t.* 25.

purpurata. 22. Sm. caule dichotomo, foliis cordato-ovatis acuminatis unguiculatis integerrimis quinquenerviis, pedunculis axillaribus umbelliferis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 70.

inermis. 23. Sm. caule annuo infirmo, foliis inferioribus verticillatis: ſuperioribus ſolitariis cordatis ſubquinquenerviis. *Walt. flor. carol. p.* 244.

## 1220. BORASSUS. *Flores* dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 3phyllus.
♀. *Cal.* 6phyllus. *Bacca* ſupera, 3pyrena.

flabelliformis. 1. B. frondibus palmatis plicatis cucullatis, ſtipitibus ſerratis. *Rheed. h. malab.* 1. *t.* 9. 10.

## 2219. CHAMAEROPS. *Cal.* 6phyllus. *Cor.* 3petala. *Baccae* 3 1loculares, ſuperae.

humilis. 1. Ch. frondibus palmatis plicatis ſtipitibus ſpinoſis. *Pont. anth. t.* 8. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 9. *f.* 4. *β*) Chamaerops minor. *Gaertner ibid.*

## 451. RUMEX. *Cal.* 3phyllus. *Petala* 3 conniventia. *Sem.* 1. triquetrum in corolla connivente.

* *hermaphroditi.*

† *valvis granulo notatis.*

† *unica.*

Patientia. 1. R. valvis integerrimis, foliis ovato-lanceolatis. *Regnault bot. t.* 103.

ſanguineus. 2. R. valvis integerrimis, foliis cordato-lanceolatis. *Blackw. herb. t.* 492.

aegyptius. 3. R. valvis trifido ſetaceis. *Till. h. piſ. t.* 37. *f.* 1.

pulcher. 4. R. valvis dentatis: ſubunica granifera, foliis radicalibus panduriformibus. *Till. h. piſ. t.* 37. *f.* 2.

†† *omnibus.*

verticillatus. 5. R. valvis integerrimis, foliis lanceolatis: vaginis cylindricis.

Britannica. 6. R. valvis integerrimis, foliis lanceolatis: vaginis obſoletis.

conglomeratus. 7. R. valvis integerrimis oblongis, foliis lanceolatis ſubundulatis. *Rothe fl. germ.* 1. *p.* 160.

criſpus. 8. R. valvis integris, foliis lanceolatis undulatis acutis. *Mill. illuſtr. ic. Curt. flor. Lond. t.* 104.

paludoſus. 38. R. valvis integris, foliis cordato-lanceolatis obtuſiuſculis, verticillis diſtinctis foliolo ſubjectis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 482.

Hydrolapathum. 39. R. valvis integerrimis, foliis lanceolatis glabris acutis integerrimis baſi attenuatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 483.

lacbanus. 9. R. valvis integris, foliis caulinis petiolatis late lanceolatis: radicalibus ſpatulatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 209.

10. R.

dentatus. 10. R. valvis ſetaceis, foliis lanceolato-haſtatis undulatis. *Murr. comm. Goett.* 1774. *t.* 10.

perſicarioides. 11. R. valvis dentatis, foliis lanceolatis.

maritimus. 12. R. valvis dentatis, foliis linearibus. *Curt. flor. Lond. t.* 163.

divaricatus. 13. R. valvis dentatis, foliis cordato-oblongis obtuſis pubeſcentibus.

obtuſifolius. 14. R. valvis dentatis, foliis cordato-oblongis obtuſiuſculis crenulatis. *Curt. flor. Lond. t.* 168.

acutus. 15. R. valvis dentatis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Blackw. herb. t.* 491.

†† *valvis granulo deſtitutis ſ. nudis.*

digynus. 16. R. floribus digynis. *Flor. dan. t.* 14.

ſcutatus. 17. R. foliis cordato-haſtatis, caule tereti. *Blackw. herb. t.* 306.

glaucus. 18. R. foliis glaucis haſtato-cordatis integerrimis, caulibus teretibus debilibus. *Jacq. collect.* 1. *p.* 63.

Lunaria. 19. R. valvis laevibus, caule arboreo, foliis cordatis. *Pluckn. alm. t.* 252. *f.* 3.

aquaticus. 20. R. valvis integerrimis, foliis cordatis glabris acutis. *Blackw. herb. t.* 490.

arifolius. 21. R. valvis integerrimis, foliis cordato-haſtatis ſerrulatis acutis, caule laevi ſuffruteſcente. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 93.

tingitanus. 22. R. valvis integerrimis cordatis obtuſis, foliis haſtato-ovatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 28. *f.* 8.

aureus. 23. R. valvis integerrimis linearibus, foliis ellipticis, floribus ſubdodecagynis. *Reynier act. Lauſann.* 2. *p.* 261. *ſq.*

veſicarius. 24. R. floribus geminatis: valvis omnibus maximis membranaceis reflexis, foliis indiviſis. *Moriſ. hiſt.* 2. *t.* 28. *f.* 7.

roſeus. 25. R. floribus diſtinctis: valvae alterius ala maxima membranacea reticulata, foliis eroſis. *Shaw. afr.* 5. *f.* 5.

bucephalophorus. 26. R. valvis dentatis, pedicellis planis reflexis incraſſatis. *Col. ecphr.* 1. *t.* 150.

** *diclini.*

alpinus. 27. R. floribus hermaphroditis ſterilibus femineisque: valvis integerrimis nudis, foliis cordatis obtuſis rugoſis. *Blackw. herb. t.* 262.

ſpinoſus. 28. R. floribus androgynis: calicibus femineis monophyllis, valvis exterioribus reflexo-uncinatis. *Receptaculum, calix et corolla induratione ligneſcunt: Nonne diſtincti generis?*

glaber. 29. R. floribus monoicis: maſculis mediis ſolitariis pedunculatis; femineis exterioribus majoribus ſeſſilibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 76.

pictus. 30. R. floribus monoicis: femineis inferioribus; valvis integris granulo notatis, foliis linearibus pinnatifido-dentatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 77.

luxurians. 31. R. floribus dioicis, foliis cordato-haſtatis, caulibus angulatis diffuſis, valvis exterioribus ſubulatis: interioribus orbiculatis. *Mant. p.* 64. *Suppl. p.* 212. *Pluckn. phyt.* 331. *f.* 2.

multifidus. 32. R floribus dioicis, foliis haſtatis: auriculis haſtatis. *Bocc. muſ.* 2. *t.* 126.

Acetoſellus. 33. R. floribus dioicis, foliis lanceolato-haſtatis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* A. 14.

aculeatus. 34. R. floribus dioicis, foliis lanceolatis petiolatis, fructibus reflexis: valvis ciliatis. *Bauh. prodr. th. bot. t.* 55.

tuberoſus. 35. R. floribus dioicis, foliis lanceolato-ſagittatis, ramis patentibus.

Acetoſa. 36. R. floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis. *Knorr. del. hort.* 2. *t.* A. 13.

bipinnatus. 37. R. floribus dioicis, foliis bipinnatis. *Suppl. p.* 211.

## 450. FLAGELLARIA. *Cal.* 6phyllus, coriaceus. *Cor.* o. *Drupa* baccata, ſupera 3locularis.

indica. 1. FLAGELLARIA. *Rumpf amb.* 5. *t.* 59. *f.* 2. *Gaertn. de fr. e ſem. cent.* 1. *t.* 16. *f.* 9.

## 452. SCHEUCHZERIA. *Cal.* 6partitus. *Cor.* o. *Stili* o. *Capſ.* 3inflatae, 1ſpermae.

paluſtris. 1. SCHEUCHZERIA. *Flor. dan. t.* 76.

WURMBEA. *Cal.* 6partitus. *Cor.* o. *Capſ.* 3locularis, polyſperma.

capenſis. 1. WURMBEA. *Thunb. nov. pl. gen. ic.*

453. TRIGLOCHIN. *Cal.* 3phyllus. *Petala* 3 caliciformia. *Stilus* o. *Capſ.* baſi dehiſcens.

paluſtre. 1. Tr. capſulis trilocularibus ſublinearibus. *Flor. dan. t.* 411.

bulboſum. 2. Tr. radice bulboſa, fibris obtecta. *Mant. p.* 226.

maritimum. 3. Tr. capſulis ſexlocularibus ovatis. *Flor. dan. t.* 306.

454. MELANTHIUM. *Cor.* (in plurimis) 6petala. *Filamenta* ex elongatis corollae unguibus.

virginicum. 1. M. floribus paniculatis: petalis unguiculatis, floribus hermaphroditis, foliis linearibus integerrimis. *Plackn. amalth. t.* 434. *f.* 8.

ciliatum. 2. M. floribus ſpicatis: petalis unguiculatis, foliis baſi cucullatis enſiformibus cartilagineo-ciliatis. *Suppl. p.* 213.

hybridum. 3. M. petalis unguiculatis plicato-undulatis, floribus maſculis et femineis mixtis. *Walt. flor. carol. p.* 125.

monoicum. 4. M. petalis unguiculatis planis, floribus maſculis inferioribus lateralibus paniculatis: racemo terminali femineo. *Walt. flor. carol. p.* 125.

triquetrum. 5. M. floribus ſpicatis, foliis triquetris glabris caule longioribus. *Suppl. p.* 213.

ſibiricum. 6. M. ſpica longiſſima ramoſa, petalis ſeſſilibus. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 8.

ſpicatum. 7. M. ſpica nutante, floribus hermaphroditis: petalis ſeſſilibus, foliis caulinis ſubovatis. *Walt. flor. carol. p.* 125.

myoctonum. 8. M. ſcapo thyrſifero, floribus hermaphroditis: petalis ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 125.

capenſe. 9. M. petalis punctatis, foliis cucullatis.

racemoſum. 10. M. racemo terminali, pedunculis trifloris, floribus calicu-latis, petalis ſeſſilibus obovatis. *Walt. flor. car. p.* 126. *Melanthium laetum. Ait.* 1. *p.* 488?

dioicum. 11. M. floribus dioicis, petalis ſeſſilibus ſublinearibus. *Walt. flor. carol. p.* 126.

indicum. 12. M. petalis lineari-lanceolatis, foliis linearibus. *Mant. p.* 226.

viride. 13. M. pedunculis unifloris cernuis. *Suppl. p.* 213.

monopetalum. 14. M. corolla monopetala, foliis cucullatis lanceolatis. *Suppl. p.* 213.

## 455. MEDEOLA. *Cal.* 0. *Cor.* 6partita, revoluta. *Bacca* 3ſperma.

virginica. 1. M. foliis verticillatis, ramis inermibus. *Pluckn. alm. t.* 328. *f.* 4.

aſparagoides. 2. M. foliis alternis ovatis. *Mant. p.* 370. *Herm. parad. lugdb. t.* 631.

anguſtifolia. 3. M. foliis alternis ovato-lanceolatis. *Till. h. piſ. t.* 12. *f.* 2.

## 456. TRILLIUM. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 3petala. *Bacca* 3locularis.

cernuum. 1. Tr. flore pedunculato cernuo.

erectum. 2. Tr. flore pedunculato erecto. *Corn. canad. t.* 167.

ſeſſile. 3. Tr. flore ſeſſili erecto. *Catesb. car.* 1. *t.* 50.

## 457. COLCHICUM. *Spatha. Cor.* 6partita: tubo radicato, longiſſimo. *Capſ.* 3inflatae, coadunatae in 1-globam, ſuperam.

auctumnale. 1. C. foliis planis lanceolatis erectis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* Z. 1.

montanum. 2. C. foliis linearibus patentiſſimis. *Cluſ. hiſp. t.* 267.

variegatum. 3. C. foliis undulatis patentibus. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 3. *f.* 7.

1144.

## 1144. VERATRUM. *Flores* nonnulli ſteriles. *Cal.* o. *Cor.* 6petala. *Capſ.* 3polyſpermae.

album. 1. V. racemo ſupradecompoſito, corollis erectis. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 335. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 18. *f.* 4.

viride. 2. V. racemo ſubradecompoſito, corollis campanulatis: unguibus latere intus incraſſatis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 422.

nigrum. 3. V. racemo compoſito, corollis patentiſſimis. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 336.

Sabadilla. 4. V. racemo ſpicato ſimplici, floribus ſecundis pedunculatis ſubnutantibus. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 31.

luteum. 5. V. racemo ſimpliciſſimo, foliis ſeſſilibus.

## 458. HELONIAS. *Cal.* o. *Cor.* 6petala. *Capſ.* 3-locularis.

bullata. 1. H. foliis lanceolatis nervoſis, caule ramoſo. *Mill. ic. t.* 272.

aſphodeloides. 2. H. foliis caulinis ſetaceis. *Pluckn. mant. t.* 342. *f.* 3.

pumila. 3. H. foliis lanceolatis integerrimis, caule ſimpliciſſimo. *Jacq. coll.* 2. *p.* 260. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 34.

# TETRAGYNIA.

## 459. PETIVERIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1. nudum, ſupra ſpinis reflexis coronatum cortice lignoſo.

alliacea. 1. P. floribus hexandris. *Trew. Ehret. t.* 67.

octandra. 2. P. floribus octandris. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 104.

## MATTUSCHKIA. *Cal.* 1phyllus, fiſtuloſus ligulatus patens. *Cor.* o. *Capſ.* 3-5 1ſpermae, acuminatae.

aquatica. 1. Mattuschkia. *Walt. flor. carol. p.* 127.

HEXA-

# HEXAGYNIA.

1022. ARISTOLOCHIA. *Cal.* 0. *Cor.* 1petala, lingulata, integra. *Stamina* germini vicina. *Capſ.* 6locularis, infera.

trilobata. 1. A. foliis trilobis, caule volubili, floribus maximis. *Jacq. obſ. bot.* 1. *t.* 3.

bilobata. 2. A. foliis bilobis, caule volubili. *Plum. amer. t.* 106.

pentandra. 3. A. foliis haſtato-ſubtrilobis cordatis, caule volubili, bractea cordata amplexante. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 224.

peltata. 4. A. foliis reniformibus ſubpeltatis, caule volubili. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 222.

bilabiata. 5. A. foliis ovato-oblongis trinerviis, caule volubili, corollis bilabiatis. *Plum. ic.* 32. *f.* 1.

maxima. 6. A. foliis oblongis acuminatis, caule volubili, pedunculis multifloris. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 223.

maurorum. 7. A. foliis haſtatis integerrimis, caule infirmo ſimplici, floribus ſolitariis recurvatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 17. *f.* 11.

erecta. 8. A. foliis lanceolatis ſeſſilibus ſubhirſutis, caule erecto, pedunculis ſolitariis unifloris, floribus longiſſimis.

arboreſcens. 9. A. foliis cordato-lanceolatis, caule erecto fruticoſo. *Plukn. alm. t.* 78. *f.* 1?

Serpentaria. 10. A. foliis cordato-oblongis planis, caulibus infirmis flexuoſis teretibus, floribus ſolitariis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 29.

ſempervirens. 11. A. foliis cordato-oblongis acuminatis undatis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 82.

caudata. 12. A. foliis cordatis acuminatis triplinerviis, caule volubili. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 221.

anguicida. 13. A. foliis cordatis acuminatis, caule volubili fruticoſo, pedunculis ſolitariis, ſtipulis cordatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 220.

baetica. 14. A. foliis cordatis acutiuſculis, caule volubili, pedunculis ſubternis, petiolo longioribus. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 17. *f.* 6.

15. A.

indica. 15. A. foliis cordatis acutiuſculis, caule volubili, pedunculis multifloris. *Rheed. h. malab.* 8. *t.* 25. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 14. *f.* 4.

hirſuta. 16. A. foliis cordatis obtuſiuſculis hirtis, floribus ſolitariis pendulis recurvatis ſubtruncatis. *Tournef. it.* 1. *p.* 147. *ic.*

barbata. 17. A. foliis cordatis petiolatis integerrimis, caulibus volubilibus, pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris. *Jacq. coll.* 3. *p.* 211.

longa. 18. A. foliis cordatis petiolatis integerrimis obtuſiuſculis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *Blackw. herb. t.* 257.

rotunda. 19. A. foliis cordatis ſubſeſſilibus obtuſis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *Blackw. herb. t.* 256.

bracteata. 20. A. foliis cordatis obtuſis, caule infirmo, floribus ſolitariis, bracteis cordatis petiolatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 29.

obtuſata. 21. A. foliis cordatis apice rotundatis trinerviis ſubtus reticulato-venoſis tomentoſis, caule volubili, pedunculis ſolitariis. *Plum. ic. t.* 33.

Piſtolochia. 22. A. foliis cordatis crenulatis ſubtus reticulatis petiolatis, floribus ſolitariis.

Clematitis. 23. A. foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* A. 15.

odoratiſſima. 24. A. foliis cordatis, caule volubili fruticoſo, pedunculis ſolitariis, labio corollis majore. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 104. *f.* 1.

Sipho. 25. A. foliis cordatis, caule volubili fruticoſo, corollis ſiphoniformibus trifidis. *Herit. ſtirp. nov.* 1. *p.* 13. *t.* 7. *et* 7. *β.*

grandiflora. 26. A. foliis lato-cordatis, caule volubili ſubherbaceo, pedunculis ſolitariis, labio corollae maximo, cauda longiſſima. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 126.

## POLYGYNIA.

### 460. ALISMA. *Cal.* 3phyllus. *Petala* 3. *Sem.* plura.

Plantago. 1. A. foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. *Flor. dan. t.* 561.

flavum. 2. A. foliis ovatis acutis, pedunculis umbellatis, fructibus globoſis. *Plum. ic.*

3. A.

natans. 3. A. foliis radicalibus linearibus membranaceis, natantibus longiſſime petiolatis ovatis obtuſis, pedunculis ſolitariis. *Vaill. act. par.* 1719. *t.* 4. *f.* 8.

cordifolium. 4. A. foliis cordatis obtuſis, floribus dodecandris, fructibus uncinato-mucronatis. *Plum. ic.* 234. *f.* 2.

parnaſſifolium. 5. A. foliis cordatis acutis: petiolis articulatis. *Syſt. nat.* XII. 4. *p.* 230. *Mant. p.* 371. *Till. h. piſ. t.* 46. *f.* 1.

Damaſonium. 6. A. foliis cordato-oblongis, floribus hexagynis, capſulis ſubulatis. *Lob. ic.* 301. 2.

ranunculoides. 7. A. foliis lineari-lanceolatis petiolatis, fructibus globoſo-ſquarroſis. *Flor. dan. t.* 122.

ſubulatum. 8. A. foliis ſubulatis.

repens. 9. A. caulibus adſcendentibus ad nodos inferiores radicantibus et foliofis, foliis lanceolatis petiolatis, verticillis ſimplicibus. *la Mark dict. bot. n.* 5. *an diſtinctum a parnaſſifolio?*

CLAS-

## CLASSIS VII.

# HEPTANDRIA.

## MONOGYNIA.

461. TRIENTALIS. *Cal.* 7phyllus. *Cor.* 7partita plana. *Capſ.* 1locularis.

1345. DISANDRA. *Cal.* 7phyllus. *Cor.* 7partita plana. *Capſ.* 2locularis.

POMETIA. *Cal.* 4phyllus, aut 6fidus. *Cor.* 4-6petala. *Filamenta* 6-8 nectario cincta. *Baccae* 1-2globoſae, 1ſpermae ſuperae.

PETROCARYA. *Cal.* 5fidus, foliolis 2 acutus. *Cor.* 5petala, calice minor. *Filament.* 14, quorum 7ſterilia. *Drupa* ovata 1locularis: *Nux* ovata, compreſſa, putamine duriſſimo 2loculari; *nuclei* oblongi.

462. AESCULUS. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala, inaequalis. *Capſ.* 3locularis, 2ſperma.

1029. DRACONTIUM. *Spatha* cymbiformis, 1valvis. *Spadix* ſimpliciſſimus, tectus fructificationibus in capitulum digeſtis. *Cal.* o. *Cor.* 5petala. *Stigma* 3gonum. *Bacca* ſubrotunda, polyſperma.

* *Gerania africana*, *Piſonia*, *Guettarda*, *Prinos verticillatus*. *Ximenia americana*. *Mimoſae*. *Portulaca oleracea*.

## DIGYNIA.

463. LIMEUM. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala, aequalis. *Capſ.* 2locularis, polyſperma.

* *Coproſma*. *Quercus*.
*Polygonum orientale*, *arifolium*, *Sagittatum*. *Scleranthes annuus*. *Crataegus lucida*, *rotundifolia*.

## TRIGYNIA.

* *Quercus*.

## TETRAGYNIA.

464. SAURURUS. *Cal.* amentum. *Cor.* o. *Baccae* 4 1ſpermae.
1387. APONOGETON. *Cal.* amentum. *Cor.* o. *Capſ.* 3ſpermae.

* *Quercus.*

## PENTAGYNIA.

* *Quercus.* *Portulaca oleracea.*

## HEPTAGYNIA.

465. SEPTAS. *Cal.* 7partitus. *Cor.* 7petala. *Germina* 7. *Capſ.* 7. polyſpermae.

MONO-

## MONOGYNIA.

461. TRIENTALIS. *Cal.* 7phyllus. *Cor.* 7partita, plana, aequalis. *Bacca* ſicca, ſupera, globoſa, 1valvis, 1locularis. *Semina* depreſſa.

europaea. 1. Tr. foliis ovalibus integerrimis. *Flor. dan. t.* 86. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 50. *f.* 5.

1345. DISANDRA. *Cal.* 7phyllus. *Cor.* 7partita, plana. *Capſ.* 2locularis.

proſtrata. 1. Disandra. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 421. Sibthorpia peregrina. *Pluckn. phyt.* 257. *f.* 5.

462. AESCULUS. *Flores* maſculi ſaepe interſiti. *Cal.* 1phyllus, 5dentatus, ventricoſus. *Cor.* 4-5petala, inaequaliter colorata, calici inſerta. *Capſ.* 2-3locularis.

Hippocaſtanum. 1. Ae. floribus heptandris patentibus. *Mill. illuſtr. ic. Regn. bot. t.* 417.

lutea. 2. Ae. floribus heptandris viſcoſis clauſis, foliis digitatis: foliolis ovato-lanceolatis ſerratis. *v. Wangenheim Schr. berl. Naturf.* 8. *p.* 135. *t.* 6.

parva. 3. Ae. ſpica longa conferta, caule ſuffruticoſo. *Walt. flor. Carol. p.* 128.

Pavia. 4. Ae. floribus octandris, tetrapetalis. *Trew. Ehret. t.* 15.

POMETIA. *Flores* polygami. *Cal.* 4phyllus aut 6-fidus. *Cor.* 4-6petala. *Nectarium* ſtamina cingens. *Bacca* 1-2globoſae, 1ſpermae, ſuperae.

pinnata. 1. P. foliis pinnatis, racemo ſupradecompoſito terminali. *Forſt. char. gen. p.* 55. *t.* 55.

ternata. 2. P. foliis ternatis, racemis ſimpliciuſculis axillaribus. *Forſt. char. gen. p.* 66. *t.* 66.

PETROCARYA. *Cal.* turbinatus, 5fidus, bracteis 2 acutus. *Cor.* 5petala, calice minor. *Filament.* 14, quorum 7ſterilia. *Stigma* capitatum. *Drupa* ovata, compreſſa, 1locularis: Nux ovata, compreſſa, putamine duriſſimo 2loculari; *nuclei* oblongi.

montana. 1. P. foliis ovatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 514. *t.* 204. 205.

campeſtris. 2. P. foliis cordatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 517. *t.* 206.

1029. DRACONTIUM. *Spatha* cymbiformis, 1valvis. *Spadix* ſimpliciſſimus, breviſſimus, fructificationibus in capitulum digeſtis undique tectus. *Cal.* 0. *Cor.* 5petala. *Stigm.* 3gonum. *Bacca* ſubrotunda, polyſperma.

polyphyllum. 1. Dr. ſcapo breviſſimo, petiolo radicato lacero: foliolis tripartitis; laciniis pinnatifidis. *Pluckn. alm. t.* 149. *f.* 1.

foetidum. 2. Dr. foliis ſubrotundis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 71.

Quebitea. 3. Dr. foliis ovatis maculatis ferrugineo-piloſis, caulibus proſtratis radicantibus, floribus ſpicatis: pedunculo axillari. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 838. *t.* 327. *an hujus generis?*

cordatum. 4. Dr. foliis cordatis, radice nodoſa rubra. *Plum. amer. t.* 51. *f.* 1. *et t.* 68.

ſpinoſum. 5. Dr. foliis ſagittatis: petiolis pedunculisque aculeatis.

camtſchaticum. 6. Dr. foliis lanceolatis, caule erecto.

7. Dr.

ſcandens. 7. Dr. foliis lanceolatis, caule ſcandente ad nodos villoſo. *Plum. amer. t.* 74.

penta- phyllum. 8. Dr. foliis digitatis, caule ſcandente. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 837. *t.* 326.

pertuſum. 9. Dr. foliis pertuſis, caule ſcandente. *Mill. ic. t.* 296.

## DIGYNIA.

463. LIMEUM. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5aequalia. *Fructus* 2partibilis in ſemina 2 hemiſphaerica, nuda, meniſcata.

africanum. 1. L. foliis oblongis petiolatis. *Suppl. p.* 214. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 76. *f.* 5.

humile. 2. L. foliis ovatis petiolatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 79.

aphyllum. 3. L. foliis ovatis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 214.

## TETRAGYNIA.

464. SAURURUS. *Cal.* amentum: ſquamis 1floris. *Cor.* o. *Germina* 4. *Baccae* 4 1ſpermae.

cernuus. 1. S. caule folioſo polyſtachyo. *Mill. illuſtr. ic.*

1387. APONOGETON. *Cal.* amentum. *Cor.* o. *Capſ.* 3ſpermae.

monoſta- chyon. 1. A. ſpica ſimplici, foliis cordato-ovalibus. *Mant. p.* 227. Saururus natans. *Suppl. p.* 214. *Rheed. h. malab.* 11. *t.* 15.

diſtachy- on. 2. A. ſpica bipartibili, foliis lineari-oblongis natantibus, floribus polyandris. *Suppl. p.* 215.

anguſtifo- lium. 3. A. ſpica bifida, foliis lineari-lanceolatis erectis, floribus hexandris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 495.

## HEPTAGYNIA.

465. SEPTAS. *Cal.* 7partitus. *Petala* 7. *Germina* 7. *Capſ.* 7. polyſpermae.

capenſis. 1. SEPTAS. *Plukn. mant. t.* 340. *f.* 9.

# CLASSIS VIII.

# OCTANDRIA.

## MONOGYNIA.

* *Flores completi.*

478. MIMUSOPS. *Cor.* 8petala. *Cal.* 8phyllus, inferus. *Drupa.*

HAGENIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus: foliolis linearibus apice rotundatis. *Stigm.* ſubrotundum.

HYPELATE. *Flores* polygami. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Stigma* deflexum, trigonum. *Drupa* 1ſperma.

EUPRORIA. *Cor.* 5petala: petalis reflexis, medio intus ſubvilloſis. *Cal.* 1phyllus ſubquinquefidus. *Germen* 2dymum. *Stigmat.* 2. *Fructus* geminatus globoſus 1locularis 1pyrenus.

MOLINAEA. *Cor.* 5petala: unguibus ſubvilloſis. *Cal.* 5partitus. *Filam.* baſi villoſa. *Capſ.* 3quetra, 3locularis, 3valvis, 3ſperma.

TRIGONIS. *Cor.* 5petala: petalis 3angularibus apice villoſis. *Cal.* 5phyllus. *Stil.* o.

279. CUPANIA. *Cor.* 5petala: petalis apice cucullatis. *Cal.* 5phyllus. *Stil.* 3fidus. *Capſ.* 3locularis. *Sem.* ſolitaria.

EPHIELIS. *Cor.* 5petala: *petalis* unguiculatis. *Cal.* 5partitus. *Capſ.* oblonga, 2valvis, 1locularis, 2ſperma.

TALISIA. *Cor.* 5petala, ſquamis 5aucta. *Cal.* 5partitus. *Stil.* breviſſimus. *Peric.* 4loculare.

466. TROPAEOLUM. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5fidus, inferus, calcaratus. *Baccae* 3. 1ſpermae.

SCYTALIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* breviſſimus, ſubedentulus. *Filam.* baſi villoſa. *Antherae* 2lobae. *Bacca* 1locularis.

491. BAECKEA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5fidus, ſuperus. *Capſ.* 4locularis.

1155. ACER. *Flores* multi mere maſculi. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5fidus. *Capſ.* 2-3 1ſpermae, ala terminatae.

HEIN-

| | | |
|---|---|---|
| | HEINZIA. | *Cor.* 5petala papilionacea. *Cal.* 3fidus: infima minima. *Legumen* carnoſum 2partibile: *Sem.* 1. teſta fragili tectum. |
| 471. | EPILOBIUM. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus, ſuperus. *Capſ.* 4locularis. *Sem.* pappoſa. |
| | SODADA. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus, inaequalis, ſuperus. *Stamina* inclinata. *Capſ.* pedunculata. |
| | BINECTARIA. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus, inferus. *Nectarium* duplex. |
| 1257. | ANTICHORUS. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus inferus. *Capſ.* 4locularis, 4valvis, polyſperma. |
| | HONKENYA. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus, interius coloratus. *Nectar.* fila ſtaminiform. *Capſ.* 5locularis, 5valvis, echinata. *Semina* arillata diſſepimento affixa. |
| 476. | ALOPHYLLUS. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus, inferus. *Stilus* 2fidus. |
| | SASSIA. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 2locularis, 2ſperma. |
| | HEYMASSOLI. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus. *Drupa* ovata, 1locularis, 1ſperma. |
| | MELICOPE. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus, campanulatus, inferus. *Nectarium* 8fidum. *Germen* apice 4lobum. |
| 472. | MELICOCCA. | *Cor.* 4petala, refracta. *Cal.* 4partitus. *Stigma* peltatum, anceps. *Drupa* corticoſa. |
| 1304. | OPHIRA. | *Cor.* 4petala, ſupera. *Involucr.* 2valve, 3florum. *Bacca* 1locularis. |
| | GRUBBIA. | *Cor.* 4petala infera. *Involucr.* 2phyllum, 2-3florum. |
| | SCHOLLERA. | *Cor.* 4petala, regularis. *Cal.* 4fidus, ſuperus. *Bacca* polyſperma. |
| 470. | GAURA. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4fidus, ſuperus. *Drupa* 4gona: *Nux* 1ſperma. |
| 469. | OENOTHERA. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4fidus, ſuperus. *Antherae* lineares. *Capſ.* 4locularis. |
| 468. | RHEXIA. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4fidus, medius. *Antherae* arcuatae. *Capſ.* 4locularis. |
| 467. | OSBECKIA. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4fidus, medius. *Antherae* roſtratae. *Capſ.* 4locularis. |
| 482. | LAWSONIA. | *Cor.* 4petala. *Cal.* 4fidus, inferus. *Bacca* 4locularis. |

HAGENIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4dentatus. *Capſ.* 2valvis, 2locularis, 2ſperma.

487. GNIDIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4fidus. *Stamina* exſerta. *Sem.* 1.

475. COMBRETUM. *Cor.* 4-5petala. *Cal.* 4-5dentatus, ſuperus. *Sem.* 1 4gonum.

BARBYLUS. *Cor.* 4-5petala. *Cal.* 4-5fidus campanulatus, inferus. *Capſ.* 3locularis: loculi 2ſpermi.

CLAUSENA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4dentatus, inferus. *Filamenta* baſi dilatata.

QUIVISIA. *Cor.* 4-5petala. *Cal.* urceolatus, 4-5dentatus. *Stam.* 8-10. *Stigm.* capitatum. *Capſ.* coriacea, 4-5locularis: loculis 2ſpermis.

PORTESIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4dentatus. *Stigm.* capitatum. *Capſ.* coriacea, villoſa, 2locularis, 2valvis, 2ſperma.

474. GRISLEA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4dentatus, inferus. *Capſ.* 1locularis.

1305. GUAREA. *Cor.* 4petala: *nectario* cylindrico. *Cal.* 4dentatus inferus. *Capſ.* 4locularis, 4valvis. *Sem.* ſolitaria.

479. JAMBOLIFERA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4dentatus, inferus. *Filamenta* planiuſcula.

ICICA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4dentatus. *Stigma* capitatum, 4ſulcatum. *Capſ.* 2-4valvis: oſſiculis 2-4.

473. AMYRIS. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4dentatus, inferus. *Bacca* 1ſperma.

XYLOCARPUS. *Cor.* 4petala; nectario ovato-inflato. *Cal.* clavatus, 4dentatus. *Drupa* globoſa, cortice intus lignoſo fibroſo: *Nuces* 8 vel plures angulatæ; *nucleo* fragili.

481. MEMECYLON. *Cor.* 4petala. *Cal.* integerrimus, ſuperus.

IMBRICARIA. *Cor.* 8partita, rotata, appendiculata. *Cal.* coriaceus. *Pomum* 8loculare, 8ſpermum.

MICHAUXIA. *Cor.* 8partita rotata. *Cal.* 16partitus. *Nectar.* 8valve ſtaminiferum. *Capſ.* 8locularis, polyſperma.

1258. CHLORA. *Cor.* 8fida. *Cal.* 8phyllus, inferus. *Capſ.* 1locularis, 2valvis, polyſperma.

MIN-

MINDIUM. Cor. 8fida. Cal. 8fidus. *Stigma* 8radiatum. *Capſ.* 8locularis, polyſperma.

483. VACCINIUM. *Cor.* 8fida. *Cal.* 4dentatus, ſuperus. *Antherae* medio ariſtatae. *Bacca.*

1161. DIOSPYROS. *Flores* mere maſculi in diverſis plantis. *Cor.* 4fida, urceolata. *Cal.* 4fidus. *Stilus* 4fidus. *Bacca* 8ſperma.

HEDWIGIA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* o. *Capſ.* 3cocca. *Sem.* Nux.

484. ERICA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 4phyllus, inferus. *Antherae* 2fidae. *Capſ.* polyſperma.

1425. SCOPOLIA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 2phyllus multiflorus. *Antherae* connexae in duplicem columnam, quarum altera ſupra alteram poſita.

1123. POPULUS. *Flores* dioici, amentacei. *Cal.* lamina amenti lacera. *Cor.* turbinata, obliqua, integra.
♀. *Stigm.* 4fidum. *Capſ.* 2locularis. *Sem.* multa, papposa.

* *Aeſculus Pavia. Dais octandra. Ammanniae octandra et ſanguinolenta. Prinos verticillatus. Monotropa Hypopithys. Fagara octandra. Ruta graveolens. Melaſtomata octandra. Mimoſae. Juſſieua erecta, inclinata, edulis, ſuffruticoſa. Elais ſerrata. Portulacae. Schinus. Pometia. Trichilia pallida. Andromeda octandra. Capparis ferruginea, Breynia Quiviſia.*

** *Flores incompleti.*

128. FUCHSIA. *Cor.* 8fida, ſupera. *Bacca* 4locularis, polyſperma.

1303. DODONAEA. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 3locularis. *Sem.* bina.

CEDROTA. *Cal.* 6partitus. *Germen* glandula cinctum.

ATHENAEA. *Cal.* 5partitus, coloratus. *Capſ.* globoſa, 3valvis, 1locularis, 3-5ſperma.

VALENTINIA. *Cal.* 5partitus, coloratus, patens. *Capſ.* baccata, 1locularis, 4ſperma.

488. STELLERA. *Cal.* 4fidus, corollinus, aequalis. *Stamina* incluſa. *Sem.* 1.

489. PASSERINA. *Cal.* 4fidus, corollinus, aequalis. *Stamina* ſupra corollam.

485. DAPHNE. *Cal.* 4fidus, corollinus, aequalis. *Stamina* incluſa. *Bacca* pulpoſa.

490. LACHNAEA. *Cal.* 4fidus, corollinus, inaequalis. *Stamina* exſerta.

BUGINVILLIA. *Cal.* tubuloſus medio coarctatus, limbo ſubinteger, inferus. *Stamina* incluſa.

486. DIRCA. *Cal.* elimbis, corollinus inaequalis. *Stamina* exſerta.

* *Rivina octandra. Piſtia. Laurus Saſſafras. Samydae octandrae.*

## DIGYNIA.

TONDIN. *Cor.* 8-9petala. *Cal.* 4fidus. *Nectar.* 4. *Stamin.* 4 breviora. *Capſ.* 3valvis, 3-locularis.

LITCHI. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5dentatus. *Filamenta* 6-8. *Germ.* 2lobum. *Drupa.*

493. WEINMANNIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 2locularis, 2roſtris.

494. MOEHRINGIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 1locularis.

1388. CODIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Receptaculum commune* involucratum.

1259. SCHMIEDELIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 2phyllus. *Baccae* 2ſubgloboſae, 1ſpermae.

492. GALENIA. *Cor.* 0. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 2locularis, 2-ſperma.

1074. CORYLUS. *Flores* monoici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 1phyllus, 3fidus, ſquamiformis, 1florus.
♀. *Cal.* 2phyllus, lacerus. *Nux* ovata.

LUZIOLA. *Flores* monoici. *Cor.* 0. *Cal.* 2valvis muticus.
♂. *Stam.* 8-10. *anther.* pedunculatae.
♀. *Stil.* 2. *Semen* ovat. nudum.

* *Quercus. Chryſoſplenium. Polygonum penſylvanicum. Crataegus lucida, rotundifolia.*

TRI-

## TRIGYNIA.

497. PAULINIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 3locularis: loculis 1ſpermis.

498. CARDIOSPERMUM. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 3locularis: loculis 1ſpermis.

499. SAPINDUS. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* 3cocca, 1ſperma.

ORNITROPHE. *Cor.* 4petala: petalis medio barbatis. *Cal.* 4partitus. *Germen* 2dymum. *Stigma* 2fidum. *Drupa* vix pulpoſa: *Nux* 1ſperma.

PONAEA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 5partitus. *Capſ.* 3alata, 3locularis: loculis 1ſpermis.

496. COCCOLOBA. *Cor.* o. *Cal.* 5partitus. *Bacca* calicina, 1ſperma.

495. POLYGONUM. *Cor.* o. *Cal.* 5partitus. *Sem.* 1. nudum.

COLLIGUAJA. *Flores* monoici. *Cor.* o. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 3angularis, 3ſperma.

* *Quercus.*

## TETRAGYNIA.

502. ELATINE. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 4locularis.

500. PARIS. *Cor.* 4petala, ſubulata. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* 4locularis.

1389. HALORAGIS. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4fidus. *Drupa* ſicca. *Nux* 4locularis.

501. ADOXA. *Cor.* ſupera, 4-5fida. *Cal.* 2phyllus. *Bacca* 4-5ſperma.

1066. MYRIOPHYLLUM. *Flores* ſaepe monoici. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o.
♀. *Stil.* o. *Sem.* 4. nuda.

1070. QUERCUS. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* utplurimum 5fidus. *Stam.* 5-10.
♀. *Cal.* 1phyllus, integerrimus, ſcaber. *Stil.* 2-5. *Sem.* 1. ovatum.

1124. RHODIOLA. *Flores* dioici. *Cal.* 4partitus.
♂. *Cor.* 4petala.
♀. *Cor.* o. *Nectaria* 4. *Capſ.* 4polyſpermae.

1433. MARGARITARIA. *Flores* dioici. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4dentatus.
♀. *Stil.* 4-5. *Bacca* cartilaginea, 4-5-cocca.

* *Sedum quadrifidum, et alia. Forskåhlea. Portulaca oleracea, Cotyledon deficiens, nudicaulis, lanceolata, laciniata.*

## PENTAGYNIA.

XANTHORHIZA. *Cal.* 0. *Petal.* 5. *Nectar.* 5phyllum. *Filament.* 5-10. receptaculo inſerta. *Capſ.* plures 1ſpermae.

* *Quercus Margaritaria.*

MONO-

## MONOGYNIA.

466. TROPAEOLUM. *Cal.* 1phyllus, calcaratus. *Petala* 5 inaequalia. *Baccae* 3 fungoſae, rugoſae, 1ſpermae.

majus. 1. Tr. foliis peltatis ſubquinquelobis, petalis obtuſis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* R. 18. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 79. *f.* 1.

minus. 2. Tr. foliis peltatis repandis, petalis acuminato-ſetaceis. *Feuill. peru.* 3. *t.* 8.

hybridum. 3. Tr. foliis ſubpeltatis quinquelobis integerrimis, petalis variantibus. *Mant. p.* 64. *Berg. act. Stockh.* 1765. *t.* 1.

peregrinum. 4. Tr. foliis ſubpeltatis quinquelobis dentatis, petalis ciliato-laceris. *Mant. p.* 371. *Feuill. peru.* 2. *t.* 42.

467. OSBECKIA. *Cal.* 4fidus: *laciniis* ſquama ciliari interſtinctis. *Cor.* 4petala. *Antherae* roſtratae. *Capſ.* 4locularis, calicis tubo truncato cincto.

ſinenſis. 1. O. foliis ſeſſilibus, pedunculis axillaribus trifloris bracteatis. *Suppl. p.* 215. *Pluckn. alm. t.* 173. *f.* 4.

zeylanica. 2. O. foliis petiolatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Suppl. p.* 215.

468. RHEXIA. *Cal.* 4fidus. *Petala* 4 calici inſerta. *Antherae* declinatae. *Capſ.* 4locularis intra ventrem calicis.

virginica. 1. Rh. foliis ſeſſilibus ſerratis, calicibus glabris. *Pluckn. alm. t.* 202. *f.* 8.

mariana. 2. Rh. caule ramoſiſſimo hirſuto, floribus glomeratis pedunculatis: calicibus hirſutiſſimis. *Fr. Rottb. act. litt. un. Havn.* 1. *t.* 4.

Acisanthera. 3. Rh. floribus alternis axillaribus pedunculatis quinquefidis. *Brown. jam. t.* 22. *f.* 1.

4. Rh.

juſſieuoides. 4. Rh. foliis alternis coſtatis margine ſcabris. *Suppl. p.* 215.

glutinoſa. 5. Rh. foliis oppoſitis trinerviis laevibus, floribus thyrſoideis. *Suppl. p.* 216. *Mutis amer.* I. *t.* 6.

trichotoma. 6. Rh. caule inferius trichotomo; apicibus dichotomis filiformibus, floribus ſolitariis ſubſeſſilibus. *Fr. Rottb. act. litt. un. Havn.* I. *p.* 277. *t.* 5.

bicornis. 7. Rh. antheris quatuor ſeſſilibus baſi globoſis, quatuor pedunculatis baſi bicornibus. *Fr. Rottb. act. litt. un. Havn.* I. *p.* 278.

leucantha. 8. Rh. foliis oppoſitis cartilagineo-denticulatis coriaceis nitidis, ramulis tetragonis, floribus terminalibus decandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 61.

purpurea. 9. Rh. foliis oppoſitis denticulatis coriaceis, ramulis teretibus, floribus axillaribus decandris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 61.

villoſa. 10. Rh. foliis oppoſitis ſubſeſſilibus ſubrotundis denticulatis, caulibus decumbentibus ramulisque tetragonis, floribus terminalibus. *Aubl. pl. guj.* I. *p.* 334. *t.* 129. *f.* I.

latifolia. 11. Rh. foliis oppoſitis ovatis acutis. *Aubl. pl. guj.* I. *p.* 336. *t.* 129. *f.* 2.

lanceolata. 12. Rh. foliis lineari-lanceolatis ciliatis, caule piloſo, antheris roſtratis, capſula urceolata. *Walt. flor. carol. p.* 129.

lutea. 13. Rh. hiſpida, foliis lanceolatis ſubundulatis trinerviis, antheris nudis. *Walt. flor. carol. p.* 130.

Aliſanus. 14. Rh. foliis ſubovatis cauleque erecto ſublaevibus, calicibus corollisque glanduloſo-piloſis. *Walt. flor. carol. p.* 130.

ſeptemnervia. 15. Rh. foliis acuminato-ovatis piloſis, ſeptemnerviis margine ſubaculeatis, caule tetragono, antheris roſtratis. *Walt. flor. carol. p.* 130.

petiolata. 16. Rh. foliis ſubovatis trinerviis ciliatis petiolatis, capſulis globoſis, antheris nudis. *Walt. flor. carol. p.* 130.

## 469. OENOTHERA. *Cal.* 4fidus. *Petala* 4. *Capſ.* columnaris, infera, 4locularis. *Sem.* nuda, angulata, fungoſa.

biennis. 1. Oe. foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato-villoſo. *Flor. dan. t.* 446.

2. Oe.

parviflora. 2. Oe. foliis ovato-lanceolatis planis, caule pilis ſparſis rubrisque tuberculis obſeſſo. *Mill. ic.* 189. *f.* 1.

muricata. 3. Oe. foliis lanceolatis planis, caule purpuraſcente muricato. *Murr. comm. Goett.* 1775. *p.* 24. *t.* 1.

longiflora. 4. Oe. foliis denticulatis, caulibus ſimplicibus piloſis, petalis diſtantibus bilobis. *Mant. p.* 227. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 172.

octovalvis. 5. Oe. foliis lanceolato-oblongis acuminatis planis glabris. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 105.

molliſſima. 6. Oe. foliis lanceolatis undulatis. *Dill. h. Elth. t.* 219. *f.* 286.

nocturna. 7. Oe. foliis ſubvilloſis lanceolatis dentato-ſerratis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 205.

hirta. 8. Oe. hirta, foliis ſupra glabris. *Plum. ic.* 174. *f.* 2.

ſinuata. 9. Oe. foliis dentato-ſinuatis, caulis apice nutante. *Mant. p.* 228. *Murr. comm. Goett.* 1774. *t.* 9.

fruticoſa. 10. Oe. foliis lanceolatis ſubdentatis, capſulis pedicellatis acutangulis, racemo pedunculato.

pumila. 11. Oe. foliis lanceolatis obtuſis glabris ſubpetiolatis, caulibus proſtratis, capſulis acutangulis.

## 470. GAURA.

*Cal.* 4fidus, tubuloſus. *Cor.* 4petala, adſcendens verſus latus ſuperius. *Drupa* corticoſa infera 2locularis. *Nux* 1ſperma, 4-angula.

biennis. 1. GAURA. *Giſeck. ic. faſc.* 1. *n.* 8. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 35.

## 471. EPILOBIUM.

*Cal.* 4phyllus deciduus. *Petala* 4. *Capſ.* infera, longiſſima, 4locularis. *Sem.* plurima, apice crinita.

* *ſtaminibus declinatis.*

anguſtifolium. 1. E. foliis ſparſis lineari-lanceolatis, floribus inaequalibus. *Flor. dan. t.* 289.

2. E.

Dodo-naei. 2. E. foliis erectis ſparſis linearibus anguſtiſſimis apice calloſo-mucronatis, floribus inaequalibus. *Allion. flor. pedem.* 1. *n.* 1916.

latifoli-um. 3. E. foliis alternis lanceolato-ovatis, floribus inaequalibus. *Flor. dan. t.* 565.

** *ſtaminibus erectis, corollis regularibus, petalis bifidis.*

hirſutum. 4. E. foliis ovato-lanceolatis hirſutis ſemiamplexicaulibus, caule ramoſiſſimo villoſo. *Flor. dan. t.* 327.

parviflo-rum. 5. E. foliis lanceolatis ſubpetiolatis pubeſcentibus, caule villoſo ſimpliciſſimo. *Schreb. ſpic. fl. Lipſ. p.* 146. *Flor. dan. t.* 347.

monta-num. 6. E. foliis oppoſitis ovatis dentatis. *Curt. flor. Lond. t.* 195. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 31. *f.* 6. β?) Epilobium trigonum.

roſeum. 7. E. foliis oppoſitis alternisque ovato-lanceolatis petiolatis ſerratis glabris. *Schreb. ſpic. fl. Lipſ. p.* 147. *Schmiedel. op. Geſn.* II. 2. *t.* 20. *f.* 73. *an mera montani varietas?*

obſcu-rum. 8. E. caule ramoſiſſimo, foliis oppoſitis alternisque lanceolatis ſerratis glabris baſi decurrentibus. *Schreb. ſpic. fl. Lipſ. p.* 147.

tetrago-num. 9. E. foliis lanceolatis denticulatis: imis oppoſitis, caule tetragono. *Curt. flor. Lond. t.* 131.

paluſtre. 10. E. foliis oppoſitis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. *Tabernaem. Kraeuterb. p.* 856.

alpinum. 11. E. foliis oppoſitis ſeſſilibus glabris ovato-lanceolatis ſubintegerrimis, capſulis ſeſſilibus, caule ſubtrifloro baſi procumbente. *Flor. dan. t.* 322.

glabel-lum. 12. E. foliis oblongis dentatis obtuſis: imis oppoſitis, caule teretiuſculo erecto. *Forſt. flor. auſtr. p.* 27.

rotundi-folium. 13. E. foliis oppoſitis ſubrotundis denticulatis. *Forſt. flor. auſtr. p.* 27.

HON-

HONKENYA. C*al.* 4phyllus, interius coloratus. *Petal.* 4. *Nectaria* fila ſtaminiformia. C*apſ.* echinata, 5locularis, 5valvis. *Sem.* arillata diſſepimento affixa.

Willdeno- 1. HONKENYA. *Willden. ap. Cothenius meth. pl. diſp. p.* 19.
vii.

HEINZIA. C*al.* 3fidus: lacinia infima minima. C*or.* papilionacea 5petala. *Legum.* carnoſum 2partibile. *Sem.* 1 teſta fragili tectum.

peregrina. 1. HEINZIA. *Scopol. introd. g.* 1370.

1257. ANTICHORUS. C*al.* 4phyllus. *Petala* 4. C*apſ.* ſupera, ſubulata, 4locularis, 4valvis. *Sem.* plurima.

depreſſus. 1. ANTICHORUS. *Maut. p.* 64.

475. COMBRETUM. C*al.* 4-5dentatus, campanulatus, ſuperus. C*or.* 4-5-petala, calici inſerta *Stam.* 8-10longiſſima. *Sem.* 1. 4-5alatum.

laxum. 1. C. ſpicis laxis. *Aublet pl. guj.* 1. *t.* 137. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 36. *f.* 1.

ſecundum. 2. C. ſpicis ſecundis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 26.

decandrum. 3. C. floribus decandris. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 27.

PORTESIA. C*al.* 4dentatus perſiſtens, inferus. C*or.* 4petala. C*apſ.* 2valvis, 2locularis, 2ſperma.

ovata. 1. P. foliis pinnatis; pinnis obovatis. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 369. *t.* 215.

mucronata. 2. P. foliis ternatis quinatisve: foliolis ovatis mucronatis. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 370. *t.* 216.

CLAUCENA. *Cal.* 4dentatus, inferus. *Cor.* 4petala. *Filam.* baſi dilatata. *Anther.* verſatiles.

javenſis. 1. CLAUCENA. *Juſſieu gen. plant. p.* 430.

BARBYLUS. *Cal.* 4-5fidus campanulatus, inferus. *Cor.* 4-5petala. *Stamina* 8-10. *Capſ.* 3locularis: loculis 2ſpermis.

Brownii. 1. BARBYLUS. *Juſſieu gen. plant. p.* 430.

TRIGONIS. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala: petalis 3angularibus intus hirſutis apice villoſis, ſtaminibus duplo brevioribus. *Germ.* hirſutum. *Stilus* 0. *Pericarp.* - - -

tomentoſa. 1. TRIGONIS. *Jacq. ſtirp. amer. p.* 102.

279. CUPANIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Petalis* apice cucullatis. *Stilus* 3fidus. *Capſ.* 3locularis. *Sem.* ſolitaria.

americana. 1. C. foliis ſimplicibus. *Plum. ic.* 110.

tomentoſa. 2. C. foliis pinnatis obovatis retuſis inferne ferrugineo-tomentoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 61.

glabra. 3. C. foliis pinnatis ovatis obtuſis crenatis glabris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 61.

ſaponarioides. 4. C. foliis pinnatis oblongis integris ſubtus ſcabris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 62.

EU-

EUPHORIA. *Cal.* ſubquinquefidus. *Petala* 4 reflexa, medio intus ſubvilloſa. *Germ.* 2-dymum. *Stigm.* 2. *Fructus* gemin. tuberculatus, globoſus, 1locularis, 1pyrenus.

ſinenſis. 1. EUPHORIA. *Juſſieu gen. pl. p.* 248.

MOLINAEA. *Cal.* 5partitus. *Pet.* 5: ungue ſubvilloſo. *Filam.* baſi villoſa. *Stil.* 0. *Capſ.* 3quetra, 3valvis, 3locularis, 3ſperma.

arborea. 1. MOLINAEA. *Juſſieu gen. plant. p.* 248.

XYLOCARPUS. *Cor.* 4petala. *Nectar.* ovato-inflatum. *Cal.* clavatus, 4dentatus, corolla duplo brevior. *Stigma* medio perforatum. *Drupa* globoſa, exſucca, cortice intus lignoſo fibroſo. *Nuces* 8 pluresve inaequales; *nucleo* fragili.

Granatum. 1. XYLOCARPUS. *Koenig Naturf.* 20. *p.* 2. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 61.

EPHIELIS. *Petala* 5 unguiculata, patula. *Cal.* 5-partitus, patens. *Nectarium* ſquamae 10. *Stil.* 0. *Capſ.* oblonga, 2-valvis, 1locularis, 2ſperma.

gujanenſis. 1. EPHIELIS. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 331. *t.* 128.

476. ALOPHYLLUS. *Cal.* 4phyllus: foliolis orbiculatis; oppoſitis minoribus. *Petala* 4 calice minora. *Germen* didymum. *Stigma* 4fidum.

zeylanicus. 1. A. foliis ſimplicibus inermibus.

rigidus. 2. A. foliis ſimplicibus denticulato-ſpinoſis, floribus racemoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 62.

racemoſus. 3. A. foliis ternatis, floribus racemoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 62.

474. GRISLEA. *Cal.* 4fidus. *Petala* 4 ex inciſuris calicis. *Filamenta* longiſſima adſcendentia. *Capſ.* globoſa, ſupera, 1locularis, polyſperma.

ſecunda. 1. GRISLEA.

478. MIMUSOPS. *Cal.* octopartitus. *Cor.* polypetala. *Stam.* piloſa. *Bacca* 1locularis. *Sem.* durum, nitidum.

Elengi. 1. M. foliis alternis remotis. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 63. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 42. *f.* 4.

Kanki. 2. M. foliis confertis. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 8.

IMBRICARIA. *Cal.* 8partitus, coriaceus. *Cor.* 8partita, rotata: laciniis appendice filiformi auctis. *Pomum* 8loculare, 8ſpermum.

borbonica. 1. IMBRICARIA. *Juſſieu gen. plant. p.* 152.

SCYTALIA. *Cal.* breviſſimus, 1phyllus, obſoletiſſime 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Filamenta* baſi villoſa. *Antherae* 2lobae. *Bacca* exſucca, 1locularis. *Sem.* 1. arillo baccato.

ſinenſis. 1. SCYTALIA. *Sonner. it. ind.* 2. *p.* 230. *t.* 129.

479.

479. JAMBOLIFERA. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 4petala, infundibuliformis. *Filamenta* planiuſcula. *Stigma* ſimplex. *Germ.* immaturum 2loculare. *Bacca* matura 1locularis, 1ſperma.

pedunculata. 1. JAMBOLIFERA. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 24. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 36. *f.* 4.

472. MELICOCCA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 4 reflexa intra calicem. *Stigma* ſubpeltatum. *Bacca* coriacea, ſupera, 1locularis. *Sem.* baccatum.

bijuga. 1. MELICOCCA. *Jacq. ſtirp. amer. t.* 72. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 42. *f.* 2.

ORNITROPHE. *Cal.* 4partitus. *Petala* 4 medio barbata. *Germen* 2dymum. *Stigm.* 2fidum. *Drupa* turbinata. *Nux* 1ſperma.

borbonica. 1. ORNITROPHE. *Juſſieu gen. plant. p.* 247.

HYPELATE. *Flores* polygami. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Stigma* deflexum, 3gonum. *Drupa* 1ſperma.

trifoliata. 1. HYPELATE. *Brown. jam. p.* 207. *n.* 1.

HAGENIA. *Cal.* 5phyllus: foliolis linearibus apice rotundatis. *Cor.* 5petala. *Stigm.* ſubrotundum.

abyſſinica. 1. HAGENIA. *Bruce trav. in Eg. Ar. Ab. and Nub.* 5. *app. p.* 74. *ic.*

1305. GUAREA. *Cal.* 4dentatus. *Petala* 4. *Nectarium* cylindricum, ore antheras gerens. *Capſ.* 4locularis, 4valvis. *Sem.* ſolitaria.

trichilioides. 1. GUAREA. *Mant. p.* 22. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 294. Trichilia Guara. *Jacq. ſtirp. amer. t.* 176. *f.* 37.

HEDWIGIA. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 4fida. *Stilus* o. *Capſ.* 3cocca. *Sem.* nux.

balſamifera. 1. HEDWIGIA. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 62. *Nicolſ. doming. p.* 169. Bois cochon.

473. AMYRIS. *Cal.* 4-5dentatus. *Petala* 4-5 oblonga. *Stigma* tetragonum. *Bacca* drupacea.

gileadenſis. 1. A. foliis ternatis integerrimis, pedunculis unifloris lateralibus. *Mant. p.* 65.

Kataf. 2. A. foliis ternatis apice ſerratis, pedunculis dichotomis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 80.

maritima. 3. A. foliis ternatis crenulatis obtuſis.

ſylvatica. 4. A. foliis ternatis crenatis acutis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 108.

Balſamea. 5. A. foliis ternatis quinatis pinnatisque, floribus faſciculatis pentapetalis. *Gleditſch Schr. berl. Naturf.* 3. *p.* 103.

Elamifera. 6. A. foliis ternatis, quinatis pinnatisque ſubtus tomentoſis, floribus tetrapetalis racemoſis. *Plum. ic.* 100.

Opobalſamum. 7. A. foliis pinnatis: foliolis ſeſſilibus. *Mant. p.* 65. *Bruce trav. in Eg. Arab. Ab. a. Nub.* 5. *app. p.* 16? *an vere diſtinctae omnes hae amyridis ſpecies?*

toxifera. 8. A. foliis pinnatis: foliolis petiolatis planis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 40.

Protium. 9. A. foliis pinnatis: foliolis petiolatis undulatis. *Mant. p.* 65. *Rumpf. amb.* 7. *t.* 23. *f.* 1.

ambroſiaca. 10. A. foliis pinnatis petiolatis, paniculis confertis axillaribus. *Suppl. p.* 216. *Aubl. pl. guj.* 1. *t.* 130.

11. A.

zeylanica. 11. A. foliis pinnatis petiolatis glabris, racemis interruptis axillaribus, floribus involucratis hexandris. *Koenig apud Retz. obſ. bot. 4. p. 25.*

gujanenſis. 12. A. foliis pinnatis: pinnis bijugis ovato-oblongis, baccis racemoſis. *Sloan. hiſt. jam. 2. p. 90. t. 199. f. 3.*

balſamifera. 13. A. foliis bijugis. *Sloan. hiſt. jam. 2. t. 168. f. 4.*

SODADA. *Cal.* 4phyllus, coloratus, inaequalis. *Cor.* 4petala, inaequalis. *Capſ.* pedunculata.

decidua. 1. SODADA. *Forsk. fl. aeg. arab. p. 81.*

BINECTARIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Nectarium* duplex in tubum cylindricum deſinens, alterum extra, alterum intra ſtamina.

peregrina. 1. BINECTARIA. *Forsk. fl. aeg. arab. p. 82.*

470. XIMENIA. *Cal.* 4fidus. *Petala* 4 piloſa, revoluta. *Drupa* 1ſperma.

americana. 1. X. foliis oblongis, pedunculis multifloris. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t. 107.*

elliptica. 2. X. caule inermi, foliis elliptico-lanceolatis, pedunculis multifloris. *Forſt. fl. auſtr. p. 27.*

inermis. 3. X. foliis ovatis, pedunculis unifloris.

SASSIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capſ.* 2locularis, 2ſperma.

tinctoria. 1. SASSIA. *Molin. hiſt. nat. Chil. p. 122.*

1155. ACER. *Flores* mere maſculi reliquis interjecti. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* 2-3 1ſpermae, ala terminatae.

ſempervirens. 1. A. foliis ovatis integerrimis ſempervirentibus.

tatari-cum. 2. A. foliis cordatis indiviſis ſerratis: lobis obſoletis, floribus racemoſis. *Pallas fl. roſſ. t.* 3.

trifidum. 3. A. foliis indiviſis trifidisque integris. *Thunb. fl. jap. p.* 163.

monspeſ-ſulanum. 4. A. foliis trilobis integerrimis glabris annuis. *du Hamel arbr.* 1. *t.* 10. *f.* 8.

creticum. 5. A. foliis trilobis integerrimis pubeſcentibus perennantibus. *du Hamel arbr.* 1. *t.* 10. *f.* 9.

penſylva-nicum. 6. A. foliis trilobis argute duplicato ſerratis, racemis ſimplicibus: calicibus glabris. *du Roi Harbk. Baumz.* 1. *p.* 8. *t.* 1.

monta-num. 7. A. foliis ſubquinquelobis acutis ſerratis, racemis compoſitis: calicibus piloſis. *du Roi Harbk. Baumz.* 1. *p.* 22. *t.* 2.

campe-ſtre. 8. A. foliis quinquelobis integerrimis: lobis inferioribus emarginatis, corymbo tripartito erecto. *Cram. Anl. z. Forſtw. t.* 29. *Lacteſcit.*

platanoi-des. 9. A. foliis quinquelobis dentatis; dentibus acuminatis, corymbo ſimplici erecto. *Mill. ic. t.* 8 *f.* 1. *Lacteſcit.*

rubrum. 10. A. foliis quinquelobis ſubdentatis ſubtus glaucis pedunculis ſimpliciſſimis aggregatis. *Catesb. car.* 1. *t.* 62. *Flores maſculi in diſtincta arbore.*

Pſeudo-platanus. 11. A. foliis quinquelobis obtuſis inaequaliter ſerratis, racemis compoſitis pendulis. *du Hamel arbr.* 1. *t.* 36. *f.* 1.

pictum. 12. A. foliis ſeptemlobis glabris: lobis acuminatis integris. *Thunb. fl. jap. p.* 162.

ſeptemlo-bum. 13. A. foliis ſeptemlobis glabris: lobis acuminatis aequaliter acute ſerratis. *Thunb. fl. jap. p.* 162.

palma-tum. 14. A. foliis palmatis ſerratis glabris, floribus umbellatis. *Thunb. fl. jap. p.* 162.

ſacchari-num. 15. A. foliis quinquepartito-palmatis acuminato-dentatis ſubtus pubeſcentibus.

diſſectum. 16. A. foliis multipartito-palmatis: laciniis ſubpinnatifidis ſerratis. *Thunb. fl. jap. p.* 160.

Japoni-cum. 17. A. foliis multipartito-inciſis villoſis, floribus ſubumbellatis. *Thunb. fl. jap. p.* 161.

Negando. 18. A. foliis compoſitis, floribus racemoſis. *Pluckn. alm. t.* 123. *f.* 45.

lacinia-tum. 19. A. foliis laciniatis. *Lacteſcit.*

20. A.

carolinianum. 20. A. foliis trilobis ſerrulatis ſubtus glaucis, floribus monoicis, pedunculis unifloris aggregatis. *Walt. flor. carol. p.* 251.

## 1161. DIOSPYROS. *Flores* mere maſculi in aliis arboribus. *Cal.* 4fidus. *Cor.* 4fida, urceolata. *Stil.* 4-fidus. *Bacca* 4-8ſperma.

Lotus. 1. D. foliorum paginis diſcoloribus.

virginiana. 2. D. foliorum paginis concoloribus. *Cateſb. Car.* 2. *t.* 76.

Kaki. 3. D. ramis tomentoſis, foliis ovatis utrinque acuminatis ſubtus pubeſcentibus, pedunculis tripartitis. *Suppl. p.* 439. *Kaempf. amoen exot. p.* 85. 86. *ic.*

hirſuta. 4. D. ramis foliisque ſubtus villoſis, foliis ellipticis obtuſis, floribus axillaribus congeſtis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 440.

Ebenum. 5. D. foliis ovali-oblongis coriaceis, gemmis glabris, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 6.

glaberrima. 6. D. foliis ovato-lanceolatis acuminatis, gemmis hirtis, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. *Fr. Rottb. n. act. Havn.* 2. *p.* 540. *t.* 5.

tetraſperma. 7. D. foliis membranaceis nitidis cuneiformibus, baccis tetraſpermis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 62.

## 128. FUCHSIA. *Cal.* 0. *Cor.* 8fida. *Bacca* infera, 4locularis, polyſperma.

triphylla. 1. F. pedunculis unifloris terminalibus, foliis lanceolatis ternis. *Plum. ic.* 133. *f.* 1.

excorticata. 2. F. pedunculis unifloris axillaribus, foliis ovatis alternis. *Suppl. p.* 217. *Forſt. char. gen. pl. t.* 29.

coccinea. 3. F. petalis obovatis, foliis oppoſitis ovatis denticulatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 8.

multiflora. 4. F. pedunculis multifloris. *Mutis.*

involucrata. 5. F. floribus involucratis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 62.

MINDIUM. *Cal.* 8fidus. *Cor.* campanulata, 8fida. *Stigma* 8radiatum. *Capſ.* 8locularis, polyſperma, calice coronata.

ſpicatum. 1. Mindium. *Juſſieu gen. plant. p.* 164.

1258. CHLORA. *Cal.* 8phyllus. *Cor.* 1petala, 6-8-fida. *Capſ.* 1locularis, 2valvis, polyſperma.

perfoliata. 1. Chl. foliis perfoliatis. *Spec. pl.* 164. Gentiana perfoliata. *Sabb. h. rom.* 1. *t.* 100.

imperfoliata. 2. Chl. corollis ſexfidis. *Suppl. p.* 218.

quadrifolia. 3. Chl. foliis quaternis. *Spec. pl.* 1671. Gentiana quadrifolia.

dodecandra. 4. Chl. foliis oppoſitis. *Sp. pl.* 273. Chironia dodecandra.

MICHAUXIA. *Cor.* 8partita rotata. *Cal.* 16partitus. *Nectar.* 8valve, ſtaminiferum. *Capſ.* 8locularis, polyſperma.

nova. 1. Michauxia.

1303. DODONAEA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 3locularis, inflata. *Sem.* bina.

viſcoſa. 1. D. foliis oblongis. *Suppl. p.* 258. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 125. Ptelea viſcoſa. *Trew. Ehret.* 12. *t.* 9.

anguſtifolia. 2. D. foliis linearibus. *Suppl. p.* 218.

VALENTINIA. *Cal.* 5partitus, coloratus, patens. *Capſ.* baccata, 1locularis, polyſperma.

ilicifolia. 1. Valentinia. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 63. *Pluſſron. ic.* 167. *f.* 2.

482. LAWSONIA. *Cal.* 4fidus. *Petala* 4. *Stamina* 4 parium. *Capſ.* 4locularis, polyſperma.

inermis. 1. L. inermis, foliis ſubſeſſilibus ovatis utrinque acutis. *Suppl. p.* 219. *Rheed. h. mal.* 4. *t.* 57.

Acronychia. 2. L. inermis, foliis longe petiolatis cuneiformibus. *Suppl. p.* 219. *Forſt. char. gen. t.* 27.

ſpinoſa. 3. L. ramis ſpinoſis. *Rheed. h. mal.* 1. *t.* 40.

481. MEMECYLON. *Cal.* ſuperus: fundo ſtriato; margine integerrimo. *Cor.* 1petala. *Antherae* inſertae lateri apicis filamenti. *Bacca* coronata calice cylindrico.

capitellatum. 1. M. foliis ovatis. *Burm. zeyl. t.* 30.

grande. 2. M. foliis acuminatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 26.

ICICA. *Cal.* 4dentatus. *Petala* 4 in tubum conniventia. *Stigm.* capitatum, 4ſulcatum *Capſ.* ſubrotunda, coriacea, 2-4valvis, 2-4ſperma.

heptaphylla. 1. I. foliis ſeptenatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 337. *t.* 130.

gujanenſis. 2. I. foliis pinnatis, floribus pedunculatis axillaribus congeſtis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 340. *t.* 131.

altiſſima. 3. I. foliis pinnatis: pinnis ovatis acuminatis, capſulis racemoſis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 340. *t.* 132.

Acuchini. 4. I. foliis pinnato-quinatis ternatisque. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 343. *t.* 133.

decandra. 5. I. foliis omnibus pinnato-quinatis, floribus decandris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 346. *t.* 135.

enneandra. 6. I. foliis ternatis, floribus enneandris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 345. *t.* 134.

TALI-

TALISIA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5, ſquamula aucta. *Stil.* breviſſimus. *Pericarp.* 4loculare.

gujànenſis. 1. TALISIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 349. *t.* 136.

MELICOPE. *Cal.* 4partitus, campanulatus, inferus. *Cor.* 4petala. *Nectarium* glandulae 4 2dymae germinis baſi adnatae. *Germen* apice 4lobum. *Stilus* 4angulus.

ternata. 1. MELICOPE. *Forſt. char. gen. p.* 28. *t.* 28. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 68. *f.* 6.

483. VACCINIUM. *Cal.* ſuperus. *Cor.* 1petala. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Bacca* 4locularis polyſperma, infera, umbilicata.

* *foliis annotinis ſ. deciduis.*

Myrtillus. 1. V. pedunculis unifloris, foliis ſerratis ovatis, caule angulato. *Knorr del. hort.* 1. *t.* S. 18. *n.* 1.

hirtum. 2. V. pedunculis unifloris, foliis ovatis ſerratis, ramis teretibus divaricatis. *Thunb. fl. jap. p.* 155.

diffuſum. 3. V. pedunculis unifloris ſolitariis nudis, foliis ovatis acutis obſolete ſerratis ſubtus villoſiuſculis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 11.

anguſtifolium. 4. V. pedunculis unifloris ſolitariis, foliis elliptico-lanceolatis glabris obſolete ſerrulatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 11.

uliginoſum. 5. V. pedunculis unifloris, foliis integerrimis obovatis obtuſis laevibus. *Flor. dan. t.* 231.

ſtamineum. 6. V. pedunculis unifloris ſolitariis, antheris corolla longioribus, foliis oblongis integerrimis. *Plukn. alm. t.* 339. *f.* 3.

cereum. 7. V. pedunculis unifloris ſolitariis, corollis quinquangulari-ovatis, foliis ovato-ſubrotundis ſerratis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 28. *Suppl. p.* 238. Andromeda cerea.

8. V.

mucronatum. 8. V. pedunculis unifloris ſimpliciſſimis, foliis ovatis mucronatis glabris integerrimis.

album. 9. V. pedunculis ſimplicibus, foliis integerrimis ovatis ſubtus tomentoſis.

corymboſum. 10. V. floribus corymboſis ovatis, foliis oblongis acuminatis integerrimis.

Antoſtaphylos. 11. V. floribus racemoſis, foliis crenulatis ovatis acutis, caule arboreo. *Tournef. it.* 2. *p.* 223. *ic.*

frondoſum. 12. V. racemis filiformibus bracteatis, foliis oblongis integerrimis.

ciliatum. 13. V. racemis bracteatis, foliis ovatis integris hiſpidis. *Thunb. fl. jap. p.* 156.

bracteatum. 14. V. racemis bracteatis, foliis ſerratis acutis. *Thunb. fl. jap. p.* 156.

pallidum. 15. V. racemis bracteatis, corollis cylindrico-campanulatis, foliis ovatis acutis ſerrulatis glabris. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 10.

venuſtum. 16. V. racemis bracteatis: pedicellis bracteolatis, corollis ſubcampanulatis, foliis ellipticis acutis integerrimis glabris. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 11.

reſinoſum. 17. V. racemis bracteatis, corollis ovatis, foliis ellipticis acutiuſculis integerrimis reſina irroratis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 12.

amoenum. 18. V. racemis bracteatis, corollis ſubcylindricis, foliis ellipticis ſubſerrulatis, venis ſubtus ſubvilloſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 12.

tenellum. 19. V. racemis bracteatis ſeſſilibus, corollis ovato-cylindricis, foliis oblongo-ellipticis ſubcuneiformibus ſerrulatis ſubglabris. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 11.

virgatum. 20. V. racemis ſeſſilibus, corollis ſubcylindricis, foliis oblongo-ellipticis ſerrulatis, utrinque glabris, ramis floriferis elongatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 12.

fuſcatum. 21. V. racemis nudiuſculis, corollis cylindrico-ovatis, calicibus acutis, foliis ellipticis acutis integerrimis: venis ſubtus ſubvilloſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 11.

liguſtrinum. 22. V. racemis nudis, caule fruticoſo, foliis crenulatis oblongis.

** *foliis* ſempervirentibus.

Vitis idaea. 23. V. racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis ſubtus punctatis. *Flor. dan. t.* 40.

24. V.

hiſpidulum. 24. V. foliis integerrimis revolutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus hiſpidis. *Plukn. alm. t.* 320. *f.* 6.

macrocarpon. 25. V. foliis integerrimis ovali-oblongis obtuſis planis, caulibus repentibus filiformibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 13. *t.* 7.

meridionale. 26. V. floribus racemoſis, foliis ovatis crenato-ſerratis, caule arboreo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 62.

SCHOLLERA. *Cal.* 4fidus, ſuperus. *Cor.* 4petala, regularis, tota recurvata. *Filamenta* conniventia. *Antherae* 2partitae, tubuloſae. *Bacca* polyſperma.

Oxycoccus. 1. Sch. foliis ovatis integerrimis revolutis ſempervirentibus, caulibus filiformibus, repentibus nudis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 268. Vaccinium Oxycoccus. *Flor. dan. t.* 80.

484. ERICA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4fida. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Antherae* apice 2fidae, pertuſae. *Capſ.* 4locularis, 4valvis, polyſperma.

* *antheris ſimplicibus*, muticae.

† *foliis alternis.*

Daboecia. 1. E. foliis ſubtus tomentoſis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 300. Andromeda Daboecia. *Petiv. gaz. t.* 27. *f.* 4.

†† *foliis oppoſitis.*

tenuifolia. 2. E. foliis lanceolatis glabris, floribus ternis, calice colorato. *Seb. muſ.* 2. *t.* 9. *f.* 8.

††† *foliis ternis.*

bracteata. 3. E. foliis lanceolatis glabris, floribus umbellatis bracteis petiolatis coloratis obvallatis. *Thunb. de eric. p.* 13. *n.* 3.

petiolata. 4. E. foliis lanceolatis glabris, floribus umbellatis campanulatis, caule decumbente. *Thunb. de eric. p.* 15. *n.* 7. *t.* 6.

fucata. 5. E. foliis lanceolatis glabris, floribus racemoſis ſecundis globoſis, ramis glabris. *Thunb. de eric. p.* 15. *n.* 9.

tetragona. 6. E. foliis lanceolatis ciliatis, floribus racemoſis ſecundis tetragonis. *Suppl. p.* 223. *Thunb. de eric. t.* 4.

Thunbergii. 7. E. foliis linearibus glabris, floribus umbellatis, corollae tubo globoſo: limbo campanulato. *Suppl. p.* 220. *Montin. n. act. Upſ.* 2. *t.* 9. *f.* 2.

Petiverii. 8. E. foliis linearibus glabris, floribus terminalibus ſolitariis cylindricis, bracteis imbricatis. *Mant. p.* 235.

Pluckenetii. 9. E. foliis linearibus glabris, floribus racemoſis cylindricis, bracteis remotis. *Seb. muſ.* 2. *t.* 25. *f.* 5. *β*) *Thunb. de eric. t.* 2.

umbellata. 10. E. foliis trigonis ciliatis, floribus umbellatis campanulatis, caule erecto.

axillaris. 11. E. foliis trigonis glabris, floribus racemoſis globoſis, ramis tomentoſis. *Thunb. de eric. p.* 16. *n.* 10.

melanthera. 12. E. foliis trigonis glabris, floribus umbellatis; antheris incluſis, bracteis ovatis laxis. *Mant. p.* 232.

leucanthera. 13. E. foliis trigonis glabris, floribus umbellatis: antheris exſertis albis. *Suppl. p.* 223.

ſpumoſa. 14. E. foliis trigonis glabris, floribus capitatis, bracteis imbricatis. *Seb. muſ.* 2. *t.* 9. *f.* 10. *β*) Erica ſcarioſa. *Berg. fl. cap. p.* 102.

bryantha. 15. E. foliis ovatis ciliatis, floribus paniculatis, caule decumbente. *Gmel. fl. ſibir.* 4. *t.* 57. *f.* 3.

ciliaris. 16. E. foliis ovatis ciliatis, floribus axillaribus campanulatis: calicibus ciliatis.

capitata. 17. E. foliis ovatis hirſutis, floribus umbellatis, calicibus lanatis. *Seb. muſ.* 1. *t.* 20. *f.* 1. *β*) Erica bruniades. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 270. *Seb. muſ.* 2. *t.* 63. *f.* 7.

paſſerinae. 18. E. foliis ovatis glabris, floribus ſubſolitariis, calicibus tomentoſis. *Suppl. p.* 221. *Montin. n. act. Upſ.* 2. *t.* 9. *f.* 1.

hiſpida. 19. E. foliis ovatis integris, floribus umbellatis globoſis, calicibus integris. *Suppl. p.* 222.

virgata. 20. E. foliis oblongis ſcabris, floribus ternis globoſis: calicibus integris, ſtilo exſerto. *Thunb. de eric. p.* 18. *n.* 18. *β*) Erica abſinthoides. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 269.

Totta. 21. E. foliis oblongis hiſpidis, floribus ternis: calicibus ciliatis. *Thunb. de eric. p.* 18. *n.* 17.

22. E.

imbricata. 22. E. foliis oblongis ſerratis, floribus umbellatis: antheris exſertis, bracteis imbricatis. β) Erica quinquangularis. *Berg. fl. cap. p.* 117.

TTTT *foliis quaternis.*

grandiflora. 23. E. foliis linearibus glabris, floribus racemoſis clavatis glabris. *Suppl. p.* 223.

herbacea. 24. E. foliis linearibus glabris, floribus racemoſis ſecundis. β) Erica carnea. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 270. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 32.

mediterranea. 25. E. foliis linearibus glabris, floribus racemoſis campanulatis, calice colorato integro lanceolato. *Mant. p.* 229.

glanduloſa. 26. E. foliis linearibus glanduloſo piloſis, floribus clavatis glabris, calicibus hiſpidis. *Thunb. de eric. p.* 25. *n.* 32.

racemoſa. 27. E. foliis lanceolatis villoſis, floribus racemoſis globoſis: calicibus tomentoſis. *Thunb. de eric. p.* 31. *n.* 47. *t.* 5.

Maſſoni. 28. E. foliis oblongis ſerratis villoſis, floribus cylindricis viſcoſis. *Suppl. p.* 221. *Thunb. de eric. p.* 27. *n.* 35. *t.* 3.

Sparrmanni. 29. E. foliis oblongis ciliato-ſerratis, corollis campanulatis calicibusque ſtrigoſis. *Suppl. p.* 219. *Act. Stockh.* 1778. *t.* 2.

cerinthoides. 30. E. foliis oblongis ciliato-ſerratis, floribus cylindricis villoſis, calicibus ſerratis. *Seb. muſ.* 2. *t.* 22. *f.* 4. *et t.* 34. *f.* 6.

508. SOPHORA. *Cor.* papilionacea: vexillo adſcendente. *Legumen* torulis remotis.

509. ANAGYRIS. *Cor.* papilionacea: *vexillo* brevi recto; *carina* alis longiore.

MYROSPERMUM. *Cor.* papilionacea: vexillo ſupra patentiſſimo, alis aequali.

510. CERCIS. *Cor.* papilionacea: alis vexilliformibus. *Nectarium* glandula ſtiliformis ſub germine.

511. BAUHINIA. *Cor.* patens, unguiculata, adſcendens. *Petala* lanceolata.

512. HYMENAEA. *Cor.* ſubaequalis. *Legumen* lignoſum pulpa farinoſa.

515. POINCIANA. *Cor.* petalo ſummo majore. *Legumen* compreſſum.

CUBAEA. *Cor.* ſubaequalis. *Legumen* coriaceum, ventricoſum oblique acuminatum.

TRIGONIA. *Petal.* ſuperius foveis 2 notatum. *Capſ.* 3-gona, 3valvis, 1locularis.

MYROXYLON. *Cor.* petalo ſummo majore, germine brevior. *Cal.* campanulatus. *Legumen* 1ſpermum.

513. PARKINSONIA. *Cor.* petalo infimo reniformi. *Legumen* teres moniliforme.

516. CAESALPINIA. *Cor.* petalo infimo pulcriore. *Legumen* rhombeum. *Sem.* rhombea.

524. TOLVIFERA. *Cor.* petalo infimo majore. *Cal.* campanulatus.

514. CASSIA. *Cor.* inaequalis. *Antherae* roſtratae. *Legumen* iſthmis interceptum.

517. GUILANDINA. *Cor.* ſubaequalis, calici inſidens. *Legumen* rhombeum. *Sem.* oſſea.

522. DICTAMNUS. *Cor.* patula. *Filamenta* pulverata. *Capſ.* 5 connexae. *Sem.* arillata.

⊢⊢ *re-*

*†—†— regulares.*

ALANGIUM. *Petala* 6-10 linearia. *Stamina* 10-12. *Cal.* 6-10dentatus, ſuperus. *Bacca* ſphaerica, 1locularis, 1-3ſperma.

CADIA. *Petala* 5-7. *Stamina* 10-14. *Filamenta* baſi introrſum gibba. *Legumen* lineare, compreſſum, polyſpermum.

SONNERATIA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5 lanceolata, reflexa. *Bacca* ovalis, multilocularis. *Sem.* ſolitaria, oblonga.

URATEA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* ſubrotunda. *Antherae* conjunctae. *Germen* 5gonum. *Stigm.* 5.

DECODON. *Cal.* 10dentatus. *Petala* 5 unguiculata. *Capſ.* 3locularis, 3valvis.

CANTUFFA. *Flores* diclini. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5 lanceolata.

MARSANA. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5lanceolata. *Stigma* 5gonum. *Nux* ovalis, acuminata 1locularis, 1ſperma.

CRISTARIA. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5 inter dentes calici inſerta, ſtaminibus duplo breviora. *Sem.* nudum ovatum, quinquangulare alatum.

CACUCIA. *Cal.* 5dentatus, campanulatus. *Petala* 5 calici ad inciſuras inſerta. *Bacca* ſubquinquangularis, 1ſperma.

TRISTEMMA. *Cal.* 5fidus, ſemiſuperus, bifariam ciliatus. *Petala* 5 unguiculata. *Bacca* ovata, compreſſa, 5locularis.

MURIRI. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5 ſubrotunda acuta. *Bacca* globoſa, infera, 1locularis, 4ſperma.

SANDORICUM. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5 linearia. *Drupa* ſphaerica: *nucibus* 5 baſi 2valvibus 1ſpermis.

GILIBERTIA. *Cal.* 5dentatus, campanulatus. *Petala* 5 vel 4 lanceolato-obtuſa. *Stamina* 8-10 baſi connexa. *Capſ.* ovata, 4locularis: loculis 1-2ſpermis.

HIPPOMANICA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 4locularis. *Sem.* plurima, reniformia.

519. CYNOMETRA. *Cal.* 4partitus: laciniis oppoſitis majoribus. *Legumen* 1ſpermum carnoſum.

SIMA-

SIMABA. *Cal.* 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Filam.* 8-10. *Germin.* 4-5 connata. *Stil.* 1. *Capſ.* 4-5 1loculares, 1ſpermae.

GUJERA. *Cal.* 4dentatus. *Petala* 5. *Stamin.* exſerta. *Capſ.* cylindrico-pentagona, villoſiſſima, 1locularis, polyſperma.

1260. PROSOPIS. *Cal.* hemiſphaericus... *Legumen* polyſpermum.

526. ADENANTHERA. *Antheris* glandula inſidens. *Legumen* compreſſum, membranaceum.

525. HAEMATOXYLON. *Stigma* infundibuliforme. *Legumen* 1loculare: valvis 2 inaequalibus.

528. TRICHILIA. *Nectarium* tubuloſum, 5dentatum. *Capſ.* 3locularis, 3valvis. *Sem.* baccata.

1306. TURRAEA. *Nectarium* tubuloſum, 10dentatum. *Capſ.* 5cocca. *Sem.* bina.

527. MELIA. *Nectarium* tubuloſum, 10dentatum. *Drupa* nucleo 5loculari.

521. SWIETENIA. *Nectarium* tubuloſum, 10dentatum. *Capſ.* lignoſa, 5valvis. *Sem.* imbricata; margine membranaceo.

EKEBERGIA. *Nectarium* ſertiforme, cingens germen. *Bacca* 5ſperma. *Sem.* oblonga.

1024. KLEINHOVIA. *Nectarium* campanulatum, columnae cylindricae inſidens, ſtaminiferum. *Cal.* 5phyllus: *Petala* 5. *Capſ.* inflata 5lobata.

518. GUAJACUM. *Calicis* laciniae 2exteriores minores. *Capſ.* carnoſae, introrſum coalitae, 1ſpermae.

SCHOTIA. *Cal.* ſemiquinquefidus, aequalis. *Legumen* pedicellatum.

GAERTNERA. *Cal.* 5partitus. *Petala* patula: margine lacero-ciliata. *Filamenta* baſi leviſſime coalita. *Germen* ſuperum, 3dentatum. *Capſ.* 4alata, 1locularis, 1ſperma.

523. RUTA. *Germen* punctis 10 melliferis. *Capſ.* 5fida, 5locularis, polyſperma.

531. TRI?ULUS. *Stil.* 0. *Capſ.* 5. connexae, polyſpermae.

530. ZYGOPHYLLUM. *Nectarium* ſquamae 10 baſeos ſtaminum. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

529. QUASSIA. *Capſ.* 5 2valves, 1ſpermae inſertae receptaculo carnoſo.

657. OCHNA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Antherae* ſubſeſſiles. *Drupae* receptaculo ſubrotundo incraſſato carnoſo inſertae.

| | |
|---|---|
| 1130. SCHINUS. | *Flores* dioici. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. ♀. *Bacca* 3cocca. |
| 533. THRYALLIS. | *Cor.* 5petala. *Capſ.* 3cocca. |
| 534. LIMONIA. | *Cor.* 3-5petala. *Bacca* 3ſperma. |
| 535. HEISTERIA. | *Cor.* 5petala. *Drupa* inſidens *calici* colorato increſcenti. |
| 539. QUISQUALIS. | *Cor.* 5petala, inſidens *calici* filiformi. *Drupa* ſicca. |
| 536. MONOTROPA. | *Cal.* corollinus, baſi gibbus. *Capſ.* 5locularis, polyſperma. |
| 553. CLETHRA. | *Stigm.* 3fidum. *Capſ.* 3locularis, polyſperma. |
| 554. PYROLA. | *Antherae* ſurſum 2cornes. *Capſ.* 5locularis, polyſperma. |
| 546. LEDUM. | *Cor.* plana, 5partita. *Capſ.* 5locularis, polyſperma. |
| 1307. DIONAEA. | *Cal.* 5phyllus. *Stigma* fimbriatum. *Capſ.* 1locularis. *Sem.* ad baſin capſulae. |
| 1341. MURRAYA. | *Cor.* 5petala. *Nectarium* margine cingens germen. *Bacca* 1ſperma. |
| PETALOMA. | *Cal.* cyathiformis, 5dentatus. *Petala* 5, calici inter dentes inſerta. *Bacca* 1locularis, 1-4ſperma. |
| 1261. CHALCAS. | *Cor.* campanulata. *Bacca* 2ſperma. |
| 544. MELASTOMA. | *Cor.* calici inſidens. *Antherae* refractae apice hiantes. *Bacca* 2-5locularis, calice veſtita, polyſperma. |
| 538. JUSSIEUA. | *Cor.* 4-5petala. *Capſ.* infera. |

* *Contortae et Gerania multa. Jacquinia racemoſa. Conocarpus racemoſa. Mangifera decandra. Rhexia Aciſanthera, leucantha, purpurea. Gnidia daphnaefolia. Lythrum fruticans. Portulacae.*

†† *Flores monopetali, aequales.*

| | |
|---|---|
| NICANDRA. | *Cor.* 10fida: tubo breviſſimo. *Cal.* turbinatus, 4partitus, coloratus. *Germen* annulo membranaceo cinctum. *Stigma* peltatum 6radiatum. *Bacca* ſubrotunda, 6ſulcata, 3locularis, polyſperma. |
| 1285. CODON. | *Cor.* campanulata 10fida. *Cal.* 10partitus. *Capſ.* polyſperma. |

CERA-

| | |
|---|---|
| CERATOSTEMA. | *Cor.* coriacea, cylindrica, 5fida. *Cal.* turbinatus, 5fidus. *Antherae* longiſſimae apice 2furcae. *Capſ.* 5locularis, polyſperma. |
| 549. ANDROMEDA. | *Cor.* campanulata, rotunda. *Capſ.* 5locularis. |
| EPERUA. | *Petalum* lateribus baſi convolutum. *Cal.* 4partitus. *Filam.* 9 inferne coalita, 1liberum. *Germen* pedicellatum. *Legumen* falcatum, 1loculare, 2valve, elaſtice dehiſcens, 3-4ſpermum. |
| 548. RHODODENDRON. | *Cor.* infundibuliformis. *Stamina* declinata. *Capſ.* 5locularis. |
| 545. KALMIA. | *Cor.* limbo ſubtus 5corniculato. *Capſ.* 5-locularis. |
| 550. EPIGAEA. | *Cal.* exterior 3phyllus: interior 5phyllus. *Capſ.* 5locularis. |
| 551. GUALTERIA. | *Cal.* exterior 2phyllus: interior 5fidus. *Capſ.* 5locularis: calice baccato. |
| 552. ARBUTUS. | *Cor.* ovata baſi diaphana. *Bacca* 5locularis. |
| 595. STYRAX. | *Cor.* infundibuliformis. *Drupa* 1locularis. *Nux* 1-2. |
| 1391. INOCARPUS. | *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 2fidus. *Stamin.* duplici ſerie. *Drupa* 1ſperma. |
| STRIGILIA. | *Cor.* 5partita: laciniis conniventibus. *Capſ.* 6locularis: loculis 1ſpermis. |

* *Vaccinia nonnulla, Anacardium. Sideroxylon decandrum.*

** *Flores incompleti.*

| | |
|---|---|
| 540. DAIS. | *Cor.* 1petala. *Involucrum* 4phyllum multiflorum. |
| 1125. CARICA. | *Flores* dioici. |
| | ♂. *Cal.* ſubnullus. *Cor.* 5fida, infundibuliformis. *Filamenta* in tubo corollae: alterna breviora. |
| | ♀. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Stigm.* 5. *Bacca* 1locularis polyſperma. |
| SIPARUNA. | *Flores* monoici. |
| | ♂. *Cal.* 4partitus. *Filamenta* 4, 6, 8, 10. |
| | ♀. *Cal.* 0. *Germen* ſubrotundum. *Stil.* ſtriatus. *Stigm.* 5 capillaria. |

CRUDIA. *Cal.* 4partitus, inaequalis, perſiſtens, tubo brevi. *Filamenta* collo calicis inſerta. *Germen* acinaciforme. *Stigma* incraſſatum. *Legumen* evalve, 1loculare, 2ſpermum.

CYCLAS. *Cal.* 4partitus, patens: tubo brevi turbinato. *Filamenta* calicis collo inſerta. *Germen* ovato-oblongum. *Legumen* alatum, 1loculare, 1ſpermum.

TANIBUCA. *Cal.* 5partitus, campanulatus. *Germen* inferum.

AQUILARIA. *Cal.* turbinatus, coriaceus, ſemiquinquepartitus. *Stamina* baſi connexa. *Capſ.* pyriformis, 2valvis, 2locularis: loculis 1ſpermis.

543. SAMYDA. *Cal.* 5fidus. *Nectarium* 10-18fidum, cingens germen. *Capſ.* 1locularis, 4ſulcata, 4valvis, polyſperma, coriacea.

ASEARIA. *Cal.* 5phyllus. *Nectar.* 4-5phyllum. *Capſ.* coriacea 1locularis, 3valvis, polyſperma.

541. BUCIDA. *Cal.* 5partitus. *Bacca* 1ſperma.

MYROBALANIFERA. *Cal.* campanulatus, 10dentatus. *Drupa.*

REYNOUTRIA. *Cal.* 5phyllus. *Filam.* breviſſima. *Germ.* 3gonum. *Fructus.* - - -

ANAVINGA. *Cal.* 5phyllus, ſquamatus ad baſin foliorum. *Bacca* polyſperma.

1283. TERMINALIA. *Flores* mere maſculi intermiſti. *Cal.* 5partitus. *Drupa* infera, cymbiformis.

CHUNCOA. *Flores* mere maſculi interſiti. *Cal.* 5fidus patens. *Capſ.* 1ſperma, 5gona: angulis alatis.

DETARIUM. *Cal.* 4fidus. *Drupa* orbicularis: *oſſiculum* 1ſpermum fibris reticulatum.

542. COPAIFERA. *Cor.* 4petala.

* *Nyſſa. Stellera Chamaejaſma*, *Laurus Borbonia. Mercurialis. Bergera* Koenigii nondum ſatis dilucidata.

# DIGYNIA.

562. SCLERANTHUS. *Cor.* 0. *Cal.* 5fidus, ſuperus. *Sem.* 2.

537. TRIANTHEMA. *Cor.* 0. *Capſ.* circumſciſſa.

558.

558. CHRYSOSPLENIUM. *Cor.* o. *Cal.* ſuperus. *Capſ.* 2locularis, 2roſtris.

555. ROYENA. *Cor.* 1petala. *Cal.* ventricoſus. *Capſ.* 4-ſperma, 4valvis.

THURARIA. *Cor.* 1petala. *Cal.* tubuloſus. *Capſ.* 2locularis, 2ſperma.

ROKEIEKA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5fidus, perſiſtens. *Capſ.* compreſſa, 1locularis.

557. HYDRANGEA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5fidus, ſuperus. *Capſ.* 2locularis, 2roſtris, circumſciſſa.

559. SAXIFRAGA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5partitus. *Capſ.* 1locularis, 2roſtris.

560. TIARELLA. *Cor.* 5petala. *Cal.* corollifer. *Capſ.* 2valvis: valva altera majore.

561. MITELLA. *Cor.* 5petala. *Petala* pectinata. *Cal.* corollifer. *Capſ.* 2valvis.

556. CUNONIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 2locularis, acuta.

563. GYPSOPHILA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5partitus, campanulatus. *Capſ.* 1locularis, globoſa.

564. SAPONARIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* tubuloſus baſi nudus. *Capſ.* 1locularis, oblonga.

565. DIANTHUS. *Cor.* 5petala. *Cal.* tubuloſus baſi ſquamoſus. *Capſ.* 1locularis, oblonga.

* *Contortae multae.* *Quercus.* *Carpinus.* *Crataegus rotundifolia.*

# TRIGYNIA.

BRUNNICHIA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* o. *Stigmata* obtuſa, 2fida, divergentia.

569. ARENARIA. *Capſ.* 1locularis. *Petala* integra, patentia.

568. STELLARIA. *Capſ.* 1locularis. *Petala* 2partita, patentia.

566. CUCUBALUS. *Capſ.* 3locularis. *Petala* 2fida: fauce nuda.

567. SILENE. *Capſ.* 1-3locularis. *Petala* (utplurimum) 2fida: fauce coronata.

570. CHERLERIA. *Capſ.* 3locularis. *Nectaria* petaloidea, calice minora.

DEUTZIA. *Capſ.* 3locularis. *Filamenta* 3cuſpidata.

571. GARIDELLA. *Capſ.* 3 diſtinctae. *Petala* calicina. *Nectaria* 5 2labiata.

CAUCANTHUS. *Drupa?* *Petala* 5 patentia, integra, nuda.

575. ERYTHROXYLON. *Drupa* 1ſperma. *Petala* baſi ſquama inſtructa.

572. MALPIGHIA. *Bacca* 3ſperma. *Petala* 5 unguiculata. *Cal.* glanduloſus.

573. BANISTERIA. *Capſ.* 3alatae. *Petala* 5 unguiculata. *Cal.* glanduloſus.

569. HIRAEA. *Capſ.* 3. 3alatae, 1ſpermae. *Petala* 5 unguiculata. *Cal.* minimus.

HORTENSIA. *Fructus* - - - *Cor.* 5partita, minima. *Cal.* corollinus.

1308. TRIOPTERIS. *Capſ.* 3 2alata. *Petala* 6, praeter 3minora.

ALANTHUS. *Flores* polygami. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5 baſi convoluta.
☿. *Stamin.* 2-3.
♀. *Piſt.* 3-5. *Capſ.* 3-5compreſſae, membranaceae, lingulatae, medio tumidae 1ſpermae.

* *Tamarix germanica. Clutia Elateria. Polygonum Biſtorta. Quercus.*

## TETRAGYNIA.

* *Lychnis alpina. Quercus.*

## PENTAGYNIA.

578. COTYLEDON. *Capſ.* 5 ad nectaria. *Cor.* 1petala.

579. SEDUM. *Capſ.* 5 ad nectarium. *Cor.* 5petala.

1025. HELICTERES. *Capſ.* 5 intortae. *Nectarium* 5phyllum. *Cor.* 5petala. *Cal.* 1phyllus, obliquus.

CNESTIS. *Capſ.* 5 leguminiformes, coriaceae, 2valves, 1ſpermae, utrinque villoſo-prurientes. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5.

580. PENTHORUM. *Capſ.* 5loba. *Cor.* 5petala *aut* o.

1309. BERGIA. *Capſ.* 5locularis, 5valvis: valvis horizontaliter dehiſcentibus.

582. OXALIS. *Capſ.* 5locularis, angulata. *Cor.* baſi ſubcohaerens.

584. LYCHNIS. *Capſ.* 1-3 5locularis, oblonga. *Cal.* oblongus, membranaceus.

583. AGROSTEMMA. *Capſ.* 1locularis, oblonga. *Cal.* tubuloſus, membranaceus.

| | |
|---|---|
| 585. CERASTIUM. | *Capſ.* 1locularis. *Petala* 2fida. *Cal.* 5-phyllus. |
| 586. SPERGULA. | *Capſ.* 1locularis. *Petala* integra. *Cal.* 5-phyllus. |
| 1128. KIGGILARIA. | *Capſ.* 1locularis 5valvis. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5partitus. *Nectarium* glandulae 5. |
| JONCQUETIA. | *Capſ.* 1locularis, 5valvis, 5ſperma. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. |
| ROBERGIA. | *Drupa* ovata: *Nux* 1locularis; putamine 2valvi. *Cor.* 5petala. *Cal.* 1phyllus. |
| 577. SPONDIAS. | *Drupa* nucleo 5loculari. *Cal.* 1phyllus. |
| 576. AVERRHOA. | *Pomum* 5loculare. *Cal.* 5phyllus. |
| 1235. GRIELUM. | *Sem.* 5 diſtincta, mutica. *Cor.* 5petala. *Stili* o. |
| 581. SURIANA. | *Sem.* 5 ſubrotunda. *Cor.* 5petala. *Stili* filiformes, laterales. |
| 1262. FORSKOHLEA. | *Sem.* 4-5 lana involuta. *Capſ.* 8-10petala. |
| 1129. CORIARIA. | *Sem.* 5petalis ſucculento-baccatis tecta. *Cor.* 5petala, calici ſimillima connexa. *Flores* dioici. |
| POUPARTIA. | *Fructus* nuce 5loculari. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Stili* approximati. |

* *Adoxa. Gerania. Quercus. Droſera luſitanica. Portulaca oleracea.*

## DECAGYNIA.

| | |
|---|---|
| 587. NEURADA. | *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* 10cocca. |
| 588. PHYTOLACCA. | *Cal.* 5phyllus, corollinus. *Cor.* o. *Bacca* 10cocca. |

## MONOGYNIA.

### 508. SOPHORA. *Cal.* 5dentatus, ſuperne gibbus. *Cor.* papilionacea: alis longitudine vexilli. *Legumen.*

monoſperma. 1. S. foliis impari-pinnatis: pinnis quinquejugis, leguminibus monoſpermis, caule arboreo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 66.

havanenſis. 23. S. foliis impari-pinnatis: foliolis numeroſis oblongo-ovatis emarginatis villoſis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 261. *f.* 62.

alopecuroides. 2. S. foliis pinnatis: foliolis numeroſis villoſis oblongis, caule herbaceo. *Buxb. cent.* 3. *t.* 46.

tomentoſa. 3. S. foliis pinnatis: foliolis numeroſis ſubrotundis tomentoſis. *Herm. parad. lugdb. t.* 171.

occidentalis. 4. S. foliis pinnatis: foliolis numeroſis ſubrotundis. *Trew. Ehret.* 27. *t.* 59. *an vere diſtincta a tomentoſa?*

capenſis. 5. S. foliis pinnatis: foliolis numeroſis lanceolatis ſubtus tomentoſis, caule fruticoſo. *Mant. p.* 67.

tetraptera. 18. S. foliis pinnatis: foliolis numeroſis lanceolato-oblongis villoſiuſculis, leguminibus membranaceo-quadrangulis, caule arboreo. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 43.

microphylla. 6. S. foliis pinnatis: foliolis numeroſis obovatis emarginatis, leguminibus tetragonis: angulis membranaceis caule arboreo. *Suppl. p.* 230.

flaveſcens. 19. S. foliis pinnatis: foliolis numeroſis oblongis glabris, caule herbaceo. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 43.

japonica. 7. S. foliis pinnatis: foliolis pluribus ovatis glabris, caule arboreo. *Mant. p.* 68.

heptaphylla. 8. S. foliis pinnatis: foliolis ſeptenis glabris. *Rumpf amb.* 4. *t.* 22.

geniſtoides. 9. S. foliis ternatis ſeſſilibus: foliolis linearibus. β) Sophora gallioides. *Pluckn. phyt.* 413. *f.* 5.

tinctoria. 10. S. foliis ternatis ſubſeſſilibus: foliolis obovatis glabris, ſtipulis minutis. *Mant. p.* 377.

auſtralis. 11. S. foliis ternatis ſubſeſſilibus glabris, ſtipulis enſiformibus. *Mant. p.* 378.

12. S.

lupinoides. 12. S. foliis ternatis petiolatis: foliolis ovalibus piloſis.

alba. 13. S. foliis ternatis petiolatis: foliolis ellipticis glabris, ſtipulis ſubulatis brevibus. *Mant. p.* 440. *Sp. pl.* 1006. Crotalaria alba. *Murray comment. Goett.* 1778. *t.* 6.

villoſa. 20. S. foliis ternatis lanceolatis, ſpica terminali: calicibus cauleque villoſis. *Walt. flor. carol. p.* 134.

lanceolata. 21. S. foliis ternatis lanceolatis, caule recto, floribus axillaribus ſolitariis. *Walt. flor. carol. p.* 135.

buxifolia. 14. S. foliis ſimplicibus ovalibus ſupra glabris ſubtus ſericeis, pedunculis unifloris, calicibus baſi intruſis tomentoſis, coloratis. *Retz. obſ. bot.* 1. *p.* 35.

rotundifolia. 15. S. foliis ſimplicibus obovatis utrinque ſericeis cum acumine obtuſis, pedunculis unifloris, calicibus baſi intruſis tomentoſis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 287. Sophora biflora. *Seb. muſ.* 2. *t.* 99. *f.* 3.

hirſuta. 22. S. foliis ſimplicibus hirſutis: ſuperioribus ovatis; inferioribus ſubrotundis, calicis laciniis lanceolatis alas aequantibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 46.

calyptrata. 16. S. foliis ſimplicibus ſubovatis pubeſcentibus, pedunculis unifloris, calicibus tomentoſis. *Retz. obſ. bot.* 1. *p.* 36.

Retzii. 17. S. foliis ſimplicibus ovatis ſubtomentoſis, pedunculis bifloris, calicibus baſi intruſis tomentoſis coloratis. *Retz. obſ. bot.* 1. *p.* 36.

## 509. ANAGYRIS.

*Cor.* papilionacea: vexillo aliſque carina brevioribus. *Legumen.*

foetida. 1. Anagyris.

## MYROSPERMUM.

*Cor.* papilionacea: vexillo ſupra patentiſſimo alis aequali. *Capſ.* membranacea apice 1locularis: *Semin.* pauca reniformia.

frutеſcens. 1. Myrospermum. *Jacq. ſtirp. amer. ed.* 2. *t.* 118.

**510. CERCIS.** *Cal.* 5dentatus, inferne gibbus. *Cor.* papilionacea: vexillo ſub alis brevi. *Pericarpium* leguminoſum.

Siliquaſtrum. 1. C. foliis cordato-orbiculatis glabris.

canadenſis. 2. C. foliis cordatis pubeſcentibus. *Voy. ſuppl. plant. Ehr. ſel. t.* CIV.

**511. BAUHINIA.** *Cal.* 5fidus, deciduus. *Petala* patula, oblonga, unguiculata calici inſerta: ſuperiore magis diſtante. *Legumen.*

ſcandens. 1. B. caule cirrhifero. *Rheed. h. malab.* 8. *t.* 29. *β*) Bauhinia Utimata. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 375. *t.* 144. *γ*) Bauhinia gujanenſis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 377. *t.* 145.

aculeata. 2. B. caule aculeato. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 31.

divaricata. 3. B. foliis ovatis: lobis divaricatis. *Voy. ſuppl. pl. Ehr. ſel. t.* CVI.

ungulata. 4. B. foliis ovatis: lobis parallelis.

glabra. 12. B. foliis ſubrotundo-cordatis glabris: lobis ſemiorbiculatis, ramulis cirrhoſis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 32.

acuminata. 5. B. foliis ovatis: lobis acuminatis ſemiovatis. *Rheed. h. malab.* 1. *t.* 34. *Bruce trav. in Eg. Ar. Ab. and Nub.* 5. *app. p.* 57. *ic.*

purpurea. 6. B. foliis ſubcordatis bipartitis rotundatis ſubtus tomentoſis. *Rheed. h. malab.* 1. *t.* 33.

tomentoſa. 7. B. foliis cordatis: lobis ſemiorbiculatis tomentoſis. *Burm. zeyl. t.* 18.

variegata. 8. B. foliis cordatis: lobis coadunatis obtuſis. *Rheed. h. malab.* 1. *t.* 32.

porrecta. 9. B. foliis cordatis: lobis porrectis acutis trinerviis, floribus ſubdecandris: petalis lanceolatis. *Plum. ic.* 44. *f.* 2.

candida. 10. B. foliis cordatis: lobis ovatis obtuſis ſubtus pubeſcentibus, calicibus ſuperne attenuatis elongatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 49.

11. B.

inermis. 11. B. foliis ſubrotundis: lobis ovalibus divergentibus, leguminibus compreſſis tomentoſis teſtaceis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 85.

512. HYMENAEA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 5 ſubaequalia. *Stilus* deflexus. *Legumen* repletum pulpa farinacea, polyſpermum.

Courbaril. 1. Hymenaea. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 264. *f.* 65. *Pluckn. alm. t.* 82. *f.* 2.

513. PARKINSONIA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5ovata: infimo reniformi. *Stilus* filiformis, aſſurgens. *Legumen* moniliforme.

aculeata. 1. Parkinsonia. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 119.

CADIA. *Petala* 5-7. *Stamina* 10-14, baſi introrſum gibba. *Piſtillum* inflexum. *Legumen* lineare, compreſſum, membranaceum, polyſpermum.

arabica. 1. Cadia. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 90.

ALANGIUM. *Petala* 6-10 linearia. *Stamina* 10-12. *Cal.* 6-10dentatus, ſuperus. *Bacca* ſphaerica, ſubcoriacea, 1locularis, 1-3ſperma.

pungens. 1. Alangium. *Juſſieu gen. plant. p.* 323.

514. CASSIA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Antherae* ſupernae 3 ſteriles, 3 infimae roſtratae. *Legumen*.

* *Sennae.*

diphylla. 1. C. foliis conjugatis, ſtipulis cordato-lanceolatis.

2. C.

bacillaris. 2. C. foliis bijugis ovatis obliquis: glandula obtuſa inter infima, racemis axillaribus pedunculatis, legumine tereti longo. *Suppl. p.* 231.

Abſus. 3. C. foliis bijugis obovatis: glandulis duabus ſubulatis inter infima. *Burm. zeyl. t.* 97.

viminea. 4. C. foliis bijugis ovato-oblongis acuminatis: glandula oblonga inter infima, ſpinis ſubpetiolaribus obſoletis tridentatis.

ſennoides. 5. C. foliis ſubtrijugis obovatis integerrimis: glandula inter infima foliola convexa, ſtipulis ſetaceis. *Jacq. collect.* 1. *p.* 75.

Apucuita. 6. C. foliis ſubtrigujis ovato-oblongis glabris integerrimis: glandula inter ſingula foliolorum paria, caule arboreo. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 379. *t.* 146.

Tagera. 7. C. foliis trijugis: glandula petiolari, ſtipulis ciliatis cordatis acuminatis. *Rheed. h. malab.* 2. *t.* 52.

Tora. 8. C. foliis trijugis obovatis: exterioribus majoribus; glandula ſubulata inter inferiora. *Mant. p.* 378. *Dill. h. Elth.* 2. *t.* 63. *f.* 63.

bicapſularis. 9. C. foliis trijugis obovatis glabris: interioribus rotundioribus minoribus; glandula interjecta globoſa. *Merian. ſurin. t.* 32.

emarginata. 10. C. foliis trijugis ovatis rotundatis emarginatis aequalibus. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 180. *f.* 1-4.

obtuſifolia. 11. C. foliis trijugis ovatis obtuſiuſculis. *Dill. h. Elth. t.* 62. *f.* 72.

Sunſub. 12. C. foliis trijugis obovatis ciliatis: exterioribus majoribus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 86. *an ſatis diſtincta a Tora?*

caroliniana. 50. C. foliis trijugis ovatis acuminatis: glandula petiolari, caule erecto. *Walt. flor. carol. p.* 135.

ſericea. 13. C. foliis ſubquadrijugis ovatis hirſutis: glandulis inter foliola ſubulatis, pedunculis quadrifloris, leguminibus tetragonis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 66.

falcata. 14. C. foliis quadrijugis ovato-lanceolatis retro-falcatis: glandula baſeos petiolorum.

longiſiliqua. 15. C. foliis quadrijugis: foliolis extimis lanceolatis; glandula ſubulata infra intima interque extima. *Suppl. p.* 230.

Aſchrek. 16. C. foliis ſubquinquejugis ovali-oblongis glabris cum acumine obtuſis: glandula ſubulata inter ſingula bina foliola. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 86.

17. C.

ſenſitiva. 17. C. foliis ſubquinquejugis obovatis integerrimis ſubvilloſis: glandula petiolata inter ſingula foliolorum paria. *Jacq. coll.* 2. *p.* 362.

ſinenſis. 18. C. foliis ſubquinquejugis glabris lanceolato-oblongis: glandula petiolari, racemis axillaribus terminalibusque. *Jacq. collect.* 1. *p.* 64.

lanceolata. 19. C. foliis quinquejugis lanceolatis aequalibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 85.

lineata. 20. C. foliis quinquejugis oblongiuſculis aequalibus ſubtus pubeſcentibus; glandula obſoleta ſub infimis, pedunculis unifloris. *Swartz nov. pl. gen. et ſp. p.* 66.

occidentalis. 21. C. foliis quinquejugis ovato-lanceolatis margine ſcabris: exterioribus majoribus; glandula baſeos petiolorum. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 26.

planiſiliqua. 22. C. foliis quinquejugis ovato-lanceolatis glabris: glandula baſeos petiolorum. *Plum. ic.* 77.

patula. 51. C. foliis quinquejugis oblongis acutiuſculis glabris: glandula baſeos petiolorum, ramis laevibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 51.

Fiſtula. 23. C. foliis quinquejugis ovatis acuminatis glabris: petiolis eglandulatis. *Rumpf. amb.* 2. *t.* 21.

atomaria. 24. C. foliis quinquejugis ovatis ſubtomentoſis: petiolis teretibus eglandulatis. *Mant. p.* 68.

piloſa. 25. C. foliis quinquejugis eglandulatis, ſtipulis ſemicordatis acuminatis, caule ſtricto piloſo.

Senna. 26. C. foliis ſejugis ſubovatis: petiolis eglandulatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 24. *f.* 1. 2.

biflora. 27. C. foliis ſejugis oblongiuſculis glabris: inferioribus minoribus; glandula ſubulata inter infima, pedicellis bifloris. *Plum. ic.* 78. *f.* 1.

ruſcifolia. 28. C. foliis ſejugis lanceolatis acutis glabris: glandula ſupra baſin coſtae, floribus racemoſis. *Jacq. collect.* 1. *p.* 43.

hirſuta. 29. C. foliis ſejugis late ovatis acuminatis lunatis.

multiglanduloſa. 30. C. foliis ſejugis ſubtus et margine villoſis obtuſis; glandula inter omnia foliorum paria. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 99.

ſerpens. 31. C. foliis ſeptemjugis, floribus pentandris, caulibus filiformibus proſtratis herbaceis.

32. C.

ligustrina. 32. C. foliis ſeptemjugis lanceolatis: extimis minoribus; glandula baſeos petiolorum. *Mant. p.* 378. *Dill. h. Elth. t.* 259. *f.* 338.

ſtipulacea. 52. C. foliis ſuboctojugis ovato-lanceolatis: glandula inter inferiora, ſtipulis ovatis maximis. *Feuill. it.* 3. *p.* 56. *t.* 42.

tomentoſa. 33. C. foliis ſuboctojugis linearibus baſi oblique rotundatis ſupra hirtis, paniculis axillaribus, leguminibus villoſis. *Suppl. p.* 231.

alata. 34. C. foliis octojugis ovali-oblongis: exterioribus minoribus; petiolis eglandulatis, ſtipulis patulis. *Mant. p.* 378. *Merian. ſurin. t.* 58.

ſurattenſis. 54. C. foliis octojugis ovato-oblongis obtuſis emarginatis: inferioribus minoribus: glandula ad baſin binorum foliorum pedicellata. *Burm. ind.*

marilandica. 35. C. foliis octojugis ovato-oblongis aequalibus; glandula baſeos petiolorum. *Dill. h. Elth. t.* 260. *f.* 339.

tenuiſſima. 36. C. foliis novemjugis oblongis: glandula ſubulata inter infima.

frondoſa. 53. C. foliis novemjugis ovali-oblongis obtuſiuſculis: glandula cylindrica inter inferiora, petiolo baſi eglanduloſo. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 53.

Sophera. 37. C. foliis decemjugis lanceolatis: glandula baſeos oblonga. *Burm. zeyl. t.* 98.

bracteata. 38. C. foliis decemjugis oblongis obtuſis eglandulatis, racemis elongatis: bracteis ovatis tumidis imbricatis, legumine quadrangulari compreſſo. *Suppl. p.* 232.

virgata. 39. C. foliis decemjugis ovato-lanceolatis villoſis glandula petiolari pedicellata, pedunculis unifloris folio longioribus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 66.

auriculata. 40. C. foliis duodecimjugis obtuſis mucronatis: glandulis ſubulatis pluribus, ſtipulis reniformibus barbatis. *Pluckn. alm. t.* 314. *f.* 4.

javanica. 41. C. foliis duodecimjugis oblongis obtuſis glabris: glandula nulla. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 111.

grandis. 42. C. foliis vigintijugis ſubholoſericeis eglandulatis. *Suppl. p.* 230. *Breyn. cent. t.* 14.

** *Cha-*

** *Chamaecriſtae.*

Chamaecriſta. 43. C. foliis multijugis: glandula petiolari pedicellata, ſtipulis enſiformibus. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 37.

glanduloſa. 44. C. foliis multijugis multiglandulatis: ſtipulis ſubulatis. *Breyn. cent. t.* 24.

minoſoides. 45. C. foliis multijugis linearibus: glandula baſeos petiolorum obſoleta, ſtipulis ſetaceis.

flexuoſa. 46. C. foliis multijugis, ſtipulis dimidiato-cordatis. *Breyn. cent. t.* 23.

Criſta. 47. C. foliis multijugis oblongis obtuſis integerrimis; glandula inter foliola infima, pedunculis axillaribus. *Jacq. Collect.* 1. *p.* 82.

nictitans. 48. C. foliis multijugis, floribus pentandris, caule erectiuſculo. *Hort. Cliffort. t.* 36.

procumbens. 49. C. foliis multijugis eglandulatis, caule procumbente.

## 515. POINCIANA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5: ſummo majore. *Stamina* longa: omnia foecunda. *Legumen* oblongum polyſpermum.

bijuga. 1. P. aculeis ſolitariis, foliolis emarginatis. *Rumpf. amb.* 4. *t.* 20.

pulcherrima. 2. P. aculeis geminis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 120.

elata. 3. P. caule inermi. *Jacq. ſtirp. amer. t.* 175. *f.* 36.

## CUBAEA. *Cal.* 5partitus, patens. *Petala* 5 ſubaequalia, unguiculata. *Legumen* ventricoſum, oblique acuminatum.

paniculata. 1. C. foliis pinnatis: pinnis oppoſitis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 372. *t.* 143. *f.* 1.

trigona. 2. C. foliis pinnatis: pinnis alternis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 374. *t.* 143. *f.* 2.

EPERUA. *Cal.* 4partitus. *Petal.* 1. calici inſidens, lateribus baſi convolutum. *Filament.* longiſſima, quorum 9 inferne coalita. *Germen* pedicellatum. *Legumen* coriaceum, falcatum, 1loculare, 2valve, 3-4ſpermum.

falcata. 1. EPERUA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 369. *t.* 142.

1390. MYROXYLON. *Cal.* campanulatus. *Petala* 5: ſummo majore. *Germen* corolla longius. *Legumen* 1ſpermum.

peruiferum. 1. MYROXYLON. *Suppl. p.* 233. *Hernand. mex. p.* 51. *ic. ex hoc balſamum peruvianum.*

516. CAESALPINIA. *Cal.* 5fidus: lacinia infima majori. *Petala* 5: infimo pulchriore. *Legumen.*

veſicaria. 1. C. caule aculeato, foliolis obcordatis ſubrotundis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 181. *f.* 2. 3.

Sappan. 2. C. caule aculeato, foliolis oblongis inaequilateris emarginatis. *Rumpf. amb.* 4. *t.* 21.

Criſta. 3. C. caule arboreo, foliolis ovatis integris, floribus pentandris. *Plum. gen. t.* 68.

517. GUILANDINA. *Cal.* 1phyllus, hypocrateriformis. *Petala* calicis collo inſerta, ſubaequalia. *Legumen* rhomboideum 1loculare. *Semina* oſſea.

Bonduc. 1. G. aculeata, pinnis ovatis: foliolis aculeis ſolitariis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 48.

Bonduccella. 2. G. aculeata, pinnis oblongo-ovatis: foliolis aculeis geminis. *Rheed. h. malab.* 2. *t.* 22.

Nuga. 3. G. caule inermi, foliis petiolo primario ſubtus aculeis geminis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 50.

Moringa. 4. G. inermis, foliis ſubbipinnatis: foliolis inferioribus ternatis. *Mant. p.* 379. *Blackw. herb. t.* 386. *Polygama.*

dioica. 5. G. inermis, foliis bipinnatis: baſi apiceque ſimpliciter pinnatis. *Du Hamel arbr.* 1. *t.* 103.

TRIGONIA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5 inaequalia: ſummum foveolis 2 notatum. *Stamina* interne in vaginam coalita, quorum antherae 3-7 ſteriles. *Stigma* capitatum. *Capſ.* 3gona, 3valvis, 1locularis, polyſperma.

villoſa. 1. Tr. foliis ſubtus villoſo-incanis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 388. *t.* 149.

laevis. 2. Tr. foliis utrinque glabris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 390. *t.* 150.

SCHOTIA. *Cal.* ſemiquinquefidus, coloratus, inferus, corolla minor: laciniis aequalibus. *Petala* 5 aequalia, calicis tubo impoſita. *Legumen?* pedicellatum.

ſpecioſa. 1. Schotia. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 291. Guajacum afrum. *Walth. hort. t.* 2. *Jacq. collect.* 1. *p.* 93. *Medicus Theodora ſpecioſa monogr. Mannh.* 1786.

518. GUAJACUM. *Cal.* 5phyllus, inaequalis. *Petala* 5 receptaculo inſerta. *Capſ.* 2-5 ſubſeſſiles, membranaceae, 1ſpermae, introrſum coalitae.

officinale. 1. G. foliolis bijugis. *Seb. muſ.* 1. *t.* 53. *f.* 2.

ſanctum. 2. G. foliolis multijugis. *Blackw. herb. t.* 350. *f.* 3. 4.

dubium. 3. G. foliis conjugatis oblongo-lanceolatis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 33.

519. CYNOMETRA. *Cal.* 4phyllus. *Antherae* apice 2fidae. *Legumen* carnoſum, lunatum, 1ſpermum.

cauliflora. 1. C. trunco florifero. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 62.

ramiflora. 2. C. ramis floriferis. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 63. *Banks t.* IX.

* *Speciem nondum ſatis definitam* Manghas *icone illuſtrari curavit* Banks *t.* X.

CRUDIA. *Cal.* 4partitus oblique truncatus: tubo baſi anterius gibbo. *Cor.* 0. *Filamenta* medio inflexa: dorſo antheras gerentia. *Germen* acinaciforme, hiſpidum, pedicellatum. *Stigma* incraſſatum. *Legumen* ovatum, evalve, 1loculare, 2-ſpermum.

Schreberi. 1. Crudia. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 282.

CYCLAS. *Cal.* 4partitus, patulus: tubo turbinato. *Cor.* 0. *Stil.* flexuoſus. *Legumen* ſubrotundum, alatum, 1loculare, 1ſpermum.

ſpicata. 1. C. foliis pinnatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 382. *t.* 147.

aromatica. 2. C. foliis ſimplicibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 384. *t.* 148.

HIPPOMANICA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 5 ovata. *Capſ.* 4locularis, polyſperma.

ſeſſilifolia. 1. Hippomanica. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 104.

GU-

GUJERA. *Cal.* 4dentatus, ſubcylindricus. *Petala* 5 parva. *Stamina* exſerta. *Capſ.* cylindrico-pentagona villoſiſſima, 1locularis, ſubpentaſperma. *Semina* péndula.

ſenegalenſis. 1. Gujera, *Juſſieu gen. plant. p.* 320.

CRISTARIA. *Cal.* 5dentatus, intus villoſus. *Petala* 5 ovalia, calici inter dentes inſerta. *Sem.* 1 nudum, 5angulare: angulis membranaceis.

coccinea. 1. Cristaria. *Sonner. it. ind.* 2. *p.* 247. *t.* 140.

MARSANA. *Cal.* 5dentatus, inferus. *Petala* 5 lanceolata. *Drupa* ovalis, 1locularis: nucleo ſucculento.

buxifolia. 1. Marsana. *Sonner. it. ind.* 2. *p.* 245. *t.* 139. *an ad Murrayam referenda?*

SONNERATIA. *Cal.* minimus, 4phyllus, extrinſecus villoſus, inferus. *Petala* 5 lanceolata, reflexa. *Bacca* ovalis, villoſa, multilocularis. *Sem.* ſolitaria, oblonga.

punctata. 1. Sonneratia. *Sonner. it. ind.* 2. *p.* 231. *Wampi vel Cookia punctata.*

1285. CODON. *Cal.* 10partitus, perſiſtens: foliolis alternis brevioribus. *Cor.* campanulata 10fida. *Nectarium* 10loculare: ſquamis 10. *Pericarpium* 2loculare, polyſpermum.

Royeni. 1. Codon. *Murray ſyſt. veget. ed.* 13. *p.* 330.

**CERATOSTEMA.** *Cal.* 10fidus, turbinatus. *Cor.* coriacea, tubuloſo-cylindrica, 5fida. *Antherae* longiſſimae, 2furcae. *Capſ.* infera, 5locularis, polyſperma.

peruvianum. 1. CERATOSTEMA. *Juſſieu gen. plant. p.* 163.

522. **DICTAMNUS.** *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5 patula. *Filamenta* punctis glanduloſis aſperſa. *Capſ.* 5 coalitae, 1loculares, introrſum elaſtice dehiſcentes.

albus. 1. D. foliis pinnatis, caule ſimplici. *Suppl. p.* 232. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 428.

capenſis. 2. D. foliis ſimplicibus, caule ramoſo. *Suppl. p.* 232.

523. **RUTA.** *Cal.* 5partitus. *Petala* (utplurimum) concava. *Receptaculum* punctis melliferis 10 cinctum. *Capſ.* lobata. *Quinta* pars numeri in quibusdam excluditur.

graveolens. 1. R. foliis decompoſitis: foliolis lanceolatis, floribus lateralibus quadrifidis. *Blackw. herb. t.* 7.

legitima. 2. R. foliis tripinnatis: pinnulis ſublinearibus. *Jacq. Collect.* 1. *p.* 74. *Lobel. ic.* 54.

pinnata. 3. R. foliis pinnatis trijugis: foliolis lanceolatis; impari ſerrato, petalis planis crenulatis. *Suppl. p.* 232.

chalepenſis. 4. R. foliis ſupradecompoſitis, petalis ciliatis. *Mant. p.* 69. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 35. *f.* 8.

patavina. 5. R. foliis ternatis ſeſſilibus, petalis planis integris. *Mich. gen. t.* 19.

linifolia. 6. R. foliis lanceolatis indiviſis, petalis planis integris. *Bocc. muſ.* 2. *t.* 73. *β) Buxb. cent.* 2. *t.* 28. *f.* 1. 2.

tuberculata. 7. R. foliis lineari-lanceolatis, ſubtus caulibus capſulisque tuberculatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 86.

DECO-

DECODON. *Cal.* 10dentatus. *Petala* 5 unguiculata. *Capſ.* globoſa, 3locularis, 3valvis, polyſperma.

aquaticus. 1. Decodon. *Walt. flor. carol. p.* 137.

CANTUFFA. *Flores* diclini. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5 lanceolata.

exoſa. 1. Cantuffa. *Bruc. trav. in Eg. Ar. Ab. and Nub.* 5. *app. p.* 49.

524. TOLVIFERA. *Cal.* 5dentatus, campanulatus. *Petala* 5: infimo maximo obcordato. *Stilus* o.

Balſamum. 1. Tolvifera. *Hernand. mex. p.* 53.

NICANDRA. *Cal.* turbinatus, coloratus, 4partitus. *Cor.* 1petala 10fida. *Germen* annulo membranaceo cinctum. *Stigm.* peltatum, orbiculare, 6radiatum. *Bacca* ſubrotunda, 6ſulcata, 3locularis, polyſperma.

amara. 1. Nicandra. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 394. *t.* 151.

URATEA. *Cal.* 5phyllus. *Petal.* 5. *Anther.* in cylindrum conjunctae. *Germen* 5angulare. *Stigm.* 5.

gujanenſis. 1. Uratea. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 397. *t.* 152.

525. HAEMATOXYLUM. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Legumen* lanceolatum, 1loculare, 2valve: valvis naviculatibus, inaequalibus.

campechianum. 1. Haematoxylum. *Catesb. Car.* 3. *t.* 66. 1260.

1260. PROSOPIS. *Cal.* hemiſphaericus, 4dentatus. *Stigma* ſimplex. *Legumen* inflatum, polyſpermum.

ſpicigera. 1. PROSOPIS. *Mant. p.* 68. *Burm. ind. t.* 25. *f.* 3.

1261. CHALCAS. *Cal.* 5partitus. *Cor.* campanulata: petalis unguiculatis. *Stigma* capitato-verrucoſum.

paniculata. 1. CHALCAS. *Mant. p.* 68. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 17.

PETALOMA. *Cal.* cyathiformis, 5dentatus. *Petala* 5, calici inter dentes inſerta. *Bacca* 1locularis, 1-4ſperma.

myrtilloides. 1. P. pedunculis ſolitariis unifloris, foliis ſubſeſſilibus ovatis attenuatis baſi obliquis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 78. *t.* 187. *f.* 3.

Mouriri. 2. P. floribus corymboſis axillaribus, foliis petiolatis ovatis acuminatis, baccis tetraſpermis. *Aubl. plant. guj. p.* 452. *t.* 180.

1341. MURRAYA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* campanulata: nectario germen cingente. *Bacca* 1ſperma.

exotica. 1. MURRAYA. *Mant. p.* 563. *Murray Comm. Goett. ad ann.* 1788. *c. ic.*

526. ADENANTHERA. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5, *antheris* apice exteriore glandulae globoſae affixae. *Legumen* membranaceum.

ſcandens. 1. A. foliis pinnatis glabris cirrhiferis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 33.

pavonina. 2. A. foliis decompoſitis utrinque glabris. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 109.

falcata. 3. A. foliis decompoſitis ſubtus tomentoſis. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 112.

528.

528. TRICHILIA. *Cal.* ſubquinquedentatus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindricum, ore antheras gerens. *Capſ.* 3locularis, 3valvis. *Sem.* baccata.

hirta. 1. Tr. foliis pinnatis ſubhirſutis: pinnis intermediis majoribus. *Jacq. ſtirp. amer. pict. p.* 64.

ſpondioides. 2. Tr. foliis pinnatis ſubhirſutis: pinnis ſubdecemjugis; inferioribus majoribus, racemis axillaribus. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 103. *t.* 210. *f.* 2. 3.

glabra. 3. Tr. foliis pinnatis glabris: foliolis extimis majoribus. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 35.

terminalis. 9. Tr. racemis terminalibus. *Jacq. ſtirp. amer. p.* 130.

pallida. 4. Tr. foliis pinnatis membranaceis, racemis axillaribus terminalibusque, floribus octandris: filamentis villoſis, capſulis bivalvibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 67.

moſchata. 5. Tr. foliis pinnatis: pinnis alternis, racemis compoſitis: floribus ſubdecandris monopetalis, capſulis monoſpermis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 21. *t.* 166. *f.* 2.

ſpectabilis. 6. Tr. foliis pinnatis: foliolis obovatis, racemis axillaribus compoſitis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 33.

alliacea. 7. Tr. foliis pinnatis: foliolis lanceolatis acutis, racemis axillaribus ſupradecompoſitis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 33.

trifolia. 8. Tr. foliis ternatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 123.

1306. TURRAEA. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindricum, ore antheras gerens. *Capſ.* 5cocca. *Sem.* bina.

virens. 1. T. foliis elliptico-lanceolatis, calicibus ſericeo-villoſis. *Mant. p.* 732. *Smith. pl. ic. ined.* 1. *t.* 10.

lanceolata. 2. T. foliis lanceolatis alternis. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 361. *t.* 205. *f.* 1.

glabra. 3. T. foliis ovato-lanceolatis, petalis longiſſimis glabris. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 360. *t.* 204.

tomentoſa. 4. T. foliis ovatis tomentoſis. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 361. *t.* 205. *f.* 2.

ſericea. 6. T. foliis utrinque villoſis, calicibus pedunculisque tomentoſis. *Smith plant. ic. ined.* I. *t.* 12.

maculata. 7. T. foliis nudis, calicibus glabris ciliatis. *Smith ic. pl. ined.* I. *t.* II.

pubeſcens. 5. T. foliis ovatis ſubintegerrimis membranaceis pubeſcentibus, floribus umbellatis. *Helen. n. act. Stockh.* 1788. *t.* 10. *f.* 3.

SANDORICUM. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5 linearia. *Nectarium* 10dentatum, in dentibus antheras gerens. *Drupa* ſphaerica: nucibus 5, baſi 2valvibus, 1ſpermis.

indicum. I. Sandoricum. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 359. *t.* 202. 203.

521. SWIETENIA. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindricum, ore antheras gerens. *Capſ.* 5locularis, lignoſa, baſi dehiſcens. *Sem.* imbricata, alata.

Mahagoni. I. Swietenia. *Catesb. Car.* 2. *t.* 81.

EKEBERGIA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 4. *Nectarium* ſertiforme, cingens germen. *Bacca* 5ſperma. *Sem.* oblonga.

capenſis. I. Ekebergia. *Sparrmann act. Stockh.* 1779. *p.* 282. *t.* 9.

527. MELIA. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindricum, ore antheras gerens. *Drupa* 5locularis: loculis 1pyrenis.

Azedarach. I. M. foliis bipinnatis: foliolis planis. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *t.* 207.

ſempervirens. 2. M. foliis bipinnatis: foliolis rugoſiuſculis ſubſeptenis. *Comm. h. amſt.* I. *t.* 76.

3. M.

dubia. 3. M. foliis bipinnatis: pinnulis acutis ſerratis; terminali majore. *Cavanill. diſſ. bot. 7. p. 364.*

Azadiracha. 4. M. foliis pinnatis. *Burm. zeyl. t. 15.*

Koetjape. 5. M. foliis ternis. *Burm. ind.*

## 530. ZYGOPHYLLUM. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* 10phyllum, germen tegens. *Capſ.* 5locularis.

* *foliis ſimplicibus.*

ſimplex. 1. Z. foliis ſeſſilibus cylindricis. *Mant. p. 68. Forsk. fl. aeg. arab. ic. t. 12. B.*

cordifolium. 2. Z. foliis oppoſitis cordato-orbiculatis. *Suppl. p. 232.*

** *foliis conjugatis.*

Fabago. 3. Z. foliis petiolatis: foliolis obovatis, caule herbaceo. *Knorr del. hort. 2. t. C. Theca baccans.*

coccineum. 4. Z. foliis petiolatis: foliolis cylindricis carnoſis laevibus. *Forsk. fl. aeg. arab. ic. t. 11.*

album. 5. Z. foliis petiolatis: foliolis clavatis carnoſis arachnoideo-incanis. *Mant. p. 379. Forsk. fl. aeg. arab. ic. t. 12. f. A.*

maculatum. 12. Z. foliis petiolatis: foliolis lineari-lanceolatis. *Ait. hort. Kew. 2. p. 60.*

Moryſana. 6. Z. foliis ſubpetiolatis: foliolis obovatis, caule fruticoſo. *Mant. p. 379. Burm. afr. t. 3. f. 2.*

microphyllum. 7. Z. foliis ſubpetiolatis: foliolis ovalibus minutis, capſulis emarginatis. *Suppl. p. 232.*

ſeſſilifolium. 8. Z. foliis ſeſſilibus: foliolis lanceolato-ovalibus margine ſcabris, caule fruticoſo. *Burm. afr. t. 2. f. 1. β) Burm. afr. t. 3. f. 1.*

ſpinoſum. 9. Z. foliis ſeſſilibus: foliolis linearibus carnoſis ſupra planis, caule fruticoſo. *Burm. afr. t. 5.*

aeſtuans. 10. Z. foliis ſeſſilibus: foliolis obovatis retuſis.

arboreum. 11. Z. foliis pinnatis, caule arboreo. *Sp. pl. p. 1673. Jacq. ſtirp. amer. pict. t. 124.*

GILIBERTIA. *Cal.* 4-5dentatus perſiſtens inferus. *Petala* 4-5. *Stamina* 8-10 baſi coalita. *Capſ.* ovata, coriacea 4locularis: loculis 1-2ſpermis.

decandra. 1. G. foliis alternis lanceolatis glabris integerrimis, floribus axillaribus racemoſis. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 367. *t.* 211. *Quiviſia decandra.*

ovata. 2. G. foliis ovatis alternis integerrimis, floribus ſubſeſſilibus. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 368. *t.* 212.

heterophylla. 3. G. foliis ovatis integris pinnatifidisve. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 368. *t.* 214.

oppoſitifolia. 4. G. foliis oppoſitis ovatis integerrimis. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 368. *t.* 214.

529. QUASSIA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* 5phyllum. *Baccae* 5 diſtantes 1ſpermae, 1loculares.

excelſa. 1. Q. floribus hermaphroditis pentandris, foliis impari-pinnatis: foliolis oppoſitis petiolatis, petiolis nudis. *Swartz nov. pl. gen. et ſp. p.* 67. *n. act. Stockh.* 1788. *t.* 8.

amara. 2. Q. floribus hermaphroditis, foliis impari-pinnatis: foliolis oppoſitis ſeſſilibus, petiolo articulato alato, floribus racemoſis. *Amoen. acad.* 6. *p.* 429. *ic. Suppl. p.* 235.

Simaruba. 3. Q. floribus monoicis, foliis abrupte pinnatis: foliolis alternis ſubpetiolatis, petiolo nudo, floribus paniculatis. *Suppl. p.* 234. *Aubl. pl. guj.* 2. *t.* 331. 332. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 70. *f.* 1.

657. OCHNA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Antherae* ſubſeſſiles. *Baccae* 2-3receptaculo incraſſato ſubrotundo carnoſo inſertae, 1loculares.

ſquarroſa. 1. O. racemis lateralibus. *Burm. zeyl. t.* 56. *β) Pluckn. alm. t.* 263. *f.* 1. 2.

Jabotapita. 2. O. racemis terminalibus, petalis calice triplo majoribus, drupis receptaculo immerſis. *Plum. ic.* 153. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 70. *f.* 2.

3. O.

nitida. 3. O. calice corollae aequali, drupis receptaculo ſuperimpoſitis, foliis ellipticis ſerratis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 67.

1130. SCHINUS. *Flores* dioici. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. ♀. *Bacca* 3cocca.

Molle. 1. Sch. foliis pinnatis: foliolis ſerratis; impari longiſſimo, petiolis aequalibus.

Huygan. 2. Sch. foliis pinnatis: foliolis ſerratis petiolatis; impari breviſſimo. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 145.

Areira. 3. Sch. foliis pinnatis: foliolis integerrimis aequalibus, petiolis aequalibus. *Feuill. per.* 3. *t.* 30.

1024. KLEINHOVIA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* campanulatum, columnae inſidens, ſtaminiferum. *Capſ.* inflata, 5lobata, 5angularis.

Hoſpita. 1. KLEINHOVIA. *Cavanill. diſſ.* 5. *t.* 146. *an potius ad monadelphas referenda, aut dodecandras?*

531. FAGONIA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5 cordata. *Capſ.* 5locularis, 10valvis: loculis 1ſpermis.

hiſpanica. 1. F. inermis.

ſcabra. 2. F. foliis ternatis oppoſitis ſcabris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 88.

cretica. 3. F. ſpinoſa, foliolis lanceolatis planis laevibus.

arabica. 4. F. ſpinoſa, foliolis linearibus convexis.

indica. 5. F. foliis ſimplicibus ovalibus, ſpinis geminis. *Mant. p.* 238. *Burm. ind. t.* 34. *f.* 1.

532. TRIBULUS. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5 patentia. *Stil.* 0. *Nuces* 5 aut plures coadunatae: loculis transverſis.

maximus. 1. Tr. foliis ſubquadrijugis: exterioribus majoribus, pericarpiis decaſpermis muticis. *Brown. jam. t.* 132. *f.* 3.

2. Tr.

lanuginoſus. 2. Tr. foliis ſubquinquejugis ſubaequalibus, ſeminibus bicornibus. *Mant. p.* 380. *Burm. zeyl. t.* 106. *f.* 1.

terreſtris. 3. Tr. foliis ſubſexjugis ſubaequalibus, ſeminibus quadricornibus. *Lob. ic.* 2. *p.* 84. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 69. *f.* 2.

pentandrus. 4. Tr. foliis ſubſeptemjugis ſubaequalibus, floribus pentandris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 88.

ciſtoides. 5. Tr. foliis octojugis ſubaequalibus. *Pluckn. alm. t.* 64.

## 534. THRYALLIS. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 3cocca.

braſilienſis. 1. Thryallis. *Margr. braſ.* 79. *f.* 3.

## 535. LIMONIA. *Cal.* 3-5fidus. *Petala* 3-5. *Filamenta* 6-10. *Bacca* 3locularis. *Sem.* ſolitaria, pulpae involuta.

monophylla. 1. L. foliis ſimplicibus, ſpinis ſolitariis. *Mant. p.* 732. *Burm. zeyl. t.* 65. *f.* 2.

lucida. 2. L. inermis, foliis ſimplicibus, pedunculis axillaribus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 33.

trifoliata. 3. L. foliis ternatis, ſpinis geminis. *Mant. p.* 732. *Burm. ind. t.* 35. *f.* 1.

dulcis. 4. L. foliis ternatis, ſpinis ſolitariis. *Sonner. it. nov. Guin. p.* 102. *t.* 63.

pentaphylla. 5. L. inermis, foliis ſubquinatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 24.

acidiſſima. 6. L. foliis pinnatis, ſpinis ſolitariis. *Mant. p.* 380. *Rumpf. amb.* 2. *t.* 43. *an ad Crotaevam amandanda?*

minuta. 7. L. inermis, foliis pinnatis, racemis corymboſis terminalibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 33.

puſilla. 8. L. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 58. *f.* 4. *an diſtincta ſpecies?*

GAERT-

GAERTNERA. *Cal.* 5partitus, perſiſtens. *Petala* 5 ſubaequalia, patula: margine lacero-ciliata. *Filamenta* baſi leviſſime coalita. *Germen* ſuperum, 3dentatum. *Stil.* lateralis, incurvus, perſiſtens. *Capſ.* 4alata, 1locularis, 1ſperma.

indica. 1. GAERTNERA. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 290. *Sonner. it. ind.* 2. *p.* 238. *t.* 135.

536. MONOTROPA. *Cal.* 0. *Petala* 10. horum 5 exteriora baſi excavato-mellifera. *Capſ.* 5valvis. *Quinta pars numeri quibusdam excluditur.*

Hypopithys. 1. M. floribus lateralibus octandris: terminali decandro. *Flor. dan. t.* 232.

uniflora. 2. M. caule unifloro: flore decandro. *Catesb. Car.* 1. *t.* 36.

AQUILARIA. *Cal.* turbinatus, coriaceus, ſemiquinquepartitus. *Nectarium* urceolatum, 10fidum, ſtamina gerens. *Capſ.* pyriformis, lignoſa, 2valvis, 2locularis.

ovata. 1. AQUILARIA. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *p.* 377. *t.* 224.

1307. DIONAEA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 1locularis, gibba, polyſperma.

Muſcipula. 1. DIONAEA. *Ellis nov. act. Upſ.* 1. *t.* 8. *Folia biloba, radicalia, ciliata, conduplicanda, irritabilia, inſecta, quibus contingunter, incarcerantia.*

538. JUSSIEUA. *Cal.* 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Capſ.* 4-5locularis, columnaris infera, angulis dehiſcens. *Sem.* numeroſa, minuta.

* *floribus pentapetalis decandris.*

repens. 1. J. repens, foliis ovato-oblongis. *Rheed. h. mal.* 2. *t.* 51.
*β*) Juſſieua adſcendens. *Mant. p.* 69.

diffuſa. 2. J. repens, foliis lanceolatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 210.

tenella. 3. J. glabra, floribus ſubſeſſilibus, foliis oppoſitis lineari-lanceolatis. *Burm. ind. t.* 34. *f.* 2.

peruviana. 4. J. erecta, pedunculis folioſis. *Feuill. per. t.* 11.

pubeſcens. 5. J. erecta villoſa, floribus ſeſſilibus.

** *floribus tetrapetalis octandris.*

ſuffruticoſa. 6. J. erecta villoſa, floribus pedunculatis. *Mant. p.* 381. *Rumpf. amb.* 6. *t.* 41. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 31. *f.* 9.

erecta. 7. J. erecta glabra, floribus ſeſſilibus. *Mant. p.* 381. *Plum. ic.* 175. *Seb. muſ.* 1. *t.* 24. *f.* 3. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 31. *f.* 9.

inclinata. 8. J. erecta glabra, floribus pedunculatis. *Suppl. p.* 235.

edulis. 9. J. caulibus proſtratis, foliis ovatis longe petiolatis margine pinnato-ſerratis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 210.

535. HEISTERIA. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Drupa* calice colorato maximo.

coccinea. 1. Heisteria. *Sp. pl. p.* 1663. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 122.

539. QUISQUALIS. *Cal.* 5fidus filiformis. *Petala* 5. *Drupa* 5angularis.

indica. 1. Quisqualis. *Burm. ind. t.* 28. *f.* 2. *et t.* 35. *f.* 2.

540. DAIS. *Involucrum* 4phyllum. *Cor.* 4-5fida. *Nux* ſupera corticata, 1locularis.

cotinifolia. 1. D. floribus quinquefidis decandris, foliis obovatis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 39. *f.* 3.

2. D.

laurifolia. 2. D. floribus quinquefidis decandris, foliis lanceolatis. *Jacq. collect.* I. *p.* 146.

diſperma. 3. D. floribus octandris decandrisque, foliis ovato-lanceolatis acuminatis enerviis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 33.

octandra. 4. D. floribus quadrifidis octandris. *Mant. p.* 69. *Burm. ind. t.* 33. *f.* 2.

## 544. MELASTOMA. *Cal.* 4-5fidus, campanulatus. *Petala* 4-5, calici inſerta. *Bacca* 2-5locularis, calice obvoluta, polyſperma.

* *floribus dodecandris.*

patens. 1. M. foliis trinerviis ſubdenticulatis cordatis hirſutis, racemis terminalibus patulis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 68.

** *floribus decandris.*

† *foliis trinerviis.*

glabrum. 2. M. foliis integerrimis elliptico-lanceolatis ſcabris, calicibus circumſciſſis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 34.

longifolium. 3. M. foliis integerrimis lanceolatis glabris ſuperne quaternis paniculis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* I. *p.* 432. *t.* 170.

aſperum. 4. M. foliis integerrimis lanceolatis ſcabris. *Rumpf amb.* 4. *t.* 71.

holoſericeum. 5. M. foliis integerrimis oblongo-ovatis ſubtus tomentoſis, racemis brachiatis: ſpicis bipartitis. *Pluckn. mant.* 4. *t.* 250. *f.* 2.

ſtrigoſum. 6. M. foliis integerrimis ſtrigoſis ovatis, floribus ſolitariis. *Suppl. p.* 236.

quadrangulare. 7. M. foliis integris ovato-lanceolatis glabris: nervis coloratis, ramis quadrangulis, racemo ſtricto terminali. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 69.

ornatum. 8. M. foliis integris rigidis: ſupra ſetis adpreſſis; ſubtus incanis, umbella quadrifida terminali pauciflora, capſulis hiſpidis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 69.

trinervium. 9. M. foliis integris glabris oblongis utrinque attenuatis, racemo ſimpliciuſculo terminali. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 69.

10. M.

ramiflorum. 10. M. foliis integris ovato-lanceolatis ſcabriuſculis, ramis floriferis, floribus pedunculatis ſubconfertis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 69.

bivalve. 11. M. foliis integris ovatis obtuſis, corymbis terminalibus trifloris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 404. *t.* 155. *f.* a.

trivalve. 12. M. foliis integris linearibus acutis, corymbis terminalibus trifloris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 406. *t.* 155. *f.* b.

Cacatin. 13. M. foliis ovato-oblongis acutis glabris, ramis tetragonis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 437. *t.* 173.

procerum. 14. M. arboreum, foliis ſubdenticulatis glabris, racemis terminalibus: ſpicis ſimplicibus erectis; calicibus truncatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 68.

rigidum. 15. M. foliis ſubdenticulatis ovatis ſubcordatis rigidis poſterius ſcabris, paniculis terminalibus ferrugineo-hirſutis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 69.

ſcandens. 16. M. foliis denticulatis ovatis acutis glabris, racemo terminali: ſpicis ſubſecundis, caule ſcandente. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 69.

montanum. 17. M. foliis denticulatis oblongis acutis glabriuſculis, racemo terminali: ſpicis patulis; petalis retuſis, calicibus truncatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 69.

Acinodendron. 18. M. foliis denticulatis ſubtrinerviis ovatis acutis. *Pluckn. mant.* 4. *t.* 159. *f.* 1.

†† *foliis triplinerviis.*

groſſularioides. 19. M. foliis denticulatis ovatis acuminatis. *Pluckn. alm. t.* 249. *f.* 4.

cinnamomifolium. 20. M. foliis ſubintegerrimis lanceolatis acuminatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 111. *t.* 6. *f.* 2.

ſeſſilifolium. 21. M. foliis integerrimis ſpatulatis ſeſſilibus ſubtus tomentoſis. *Brown. jam. t.* 24. *f.* 1. 2.

praſinum. 22. M. foliis integerrimis lato-lanceolatis glabris, panicula terminali patentiſſima. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 69.

††† *foliis quinquenerviis.*

criſpatum. 23. M. foliis integerrimis quaternis, ramis criſpatis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 35.

groſſum. 24. M. foliis integerrimis ſubcordatis ſcabris. *Suppl. p.* 236.

laeviga-tum. 25. M. foliis integerrimis ovato-oblongis laeviuſculis acuminatis margine laevibus. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 197. *f.* 1.

alatum. 26. M. foliis integerrimis ovato-oblongis ſubſeſſilibus tomentoſo-incanis, racemis terminalibus trifloris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 410. *t.* 158.

ſuccoſum. 27. M. foliis integerrimis ovatis acutis ſupra aſperis ſubtus tomentoſo-incanis petiolatis; floribus congeſtis axillaribus ſubſeſſilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 418. *t.* 162.

arboreſcens. 28. M. foliis integerrimis ovatis glabris rigidis, petiolatis, racemis axillaribus oppoſitis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 420. *t.* 163.

malaba-thricum. 29. M. foliis integerrimis lanceolato-ovatis ſcabris. *Burm. zeyl. t.* 73.

flaveſcens. 30. M. foliis integerrimis ovato-oblongis petiolatis, ſupra flaveſcentibus ſubtus incanis, racemis axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 423. *t.* 164.

villoſum. 31. M. foliis integerrimis ovatis acutis hirſutis ſeſſilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 428. *t.* 168.

Taniboa. 32. M. foliis integerrimis ovatis acutis glabris petiolatis alternis, floribus ſeſſilibus ſpicatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 448. *t.* 178.

Tamonea. 33. M. foliis integris oblongo-lanceolatis acutis ſubtus tomentoſo-incanis, racemis compoſitis terminalibus: racemulis brachiatis; bracteis geminis. *Aublet pl. Guj. p.* 441. *t.* 175.

albicans. 34. M. foliis integris ovatis acutis ſupra glabris ſubtus tomentoſis albido-ferrugineis, racemis terminalibus erectis: floribus confertis ſeſſilibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 70.

ſplendens. 35. M. foliis integris oblongis acuminatis utrinque glabris ſupra nitidis, paniculis terminalibus erectis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p* 70.

ſtrigiloſum. 36. M. foliis ſubdenticulatis ſubcordatis acuminatis ſupra ſtrigoſo-piloſis ſubtus tomentoſis, racemis axillaribus ſolitariis: floribus pedicellatis confertis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 71.

argenteum. 37. M. foliis ſubdenticulatis ovatis glabris ſubtus tomentoſis candidis, paniculis terminalibus patentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 70.

rubeſcens. 38. M. foliis ſubdenticulatis ovato-oblongis acutis ſubpiloſis petiolatis, caule ramisque hiſpidis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 402. *t.* 154.

racemo-ſum. 39. M. foliis ſubdenticulatis ovatis acutis ciliatis petiolatis, floribus ſeſſilibus racemoſis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 406. *t.* 156.

rufeſcens. 40. M. foliis ſubdenticulatis cordatis acuminatis ſeſſilibus, floribus congeſtis racemoſis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 408. *t.* 157.

grandiflorum. 41. M. foliis ſubdenticulatis cordatis acuminatis piloſis petiolatis, corymbis axillaribus terminalibusque. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 414. *t.* 160.

rubrum. 42. M. foliis ſubdenticulatis cordatis acuminatis ſubſeſſilibus tomentoſis, floribus ſolitariis ternisve axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 416. *t.* 161.

ſpicatum. 43. M. foliis ſubdenticulatis ovatis acutis utrinque ferrugineo-piloſis ſubſeſſilibus, ſpicis axillaribus terminalibusque. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 423. *t.* 165.

agreſte. 44. M. foliis ſubdenticulatis ovato-oblongis acutis villoſis petiolatis, paniculis terminalibus axillaribusque. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 425. *t.* 166.

ſcandens. 45. M. foliis ſubdenticulatis ovatis acutis hirſutis petiolatis, corymbis terminalibus trifloris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 435. *t.* 172.

Tococa. 46. M. foliis ſubdenticulatis ovatis acutis piloſis petiolatis: petiolis inflatis perforatis, ſpica terminali verticillata. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 438. *t.* 174.

ſcabroſum. 47. M. foliis denticulatis cordatis ſcabris ſubtus tomentoſis, ramis tomentoſo-villoſis. *Brown. jam. t.* 24. *f.* 3.

hirtum. 48. M. foliis denticulatis ovato-lanceolatis, caule hiſpido. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 197. *f.* 2.

impetiolare. 49. M. foliis denticulatis ſubſeſſilibus oblongis acuminatis coriaceis ſubtus tomentoſo-ferrugineis, paniculis terminalibus axillaribusque erectis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 70.

coriaceum. 50. M. foliis cartilagineo-denticulatis ovatis rugoſis, ramis petiolisque ſtrigoſis, ramis paniculae tetragonis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 70.

alatum. 51. M. foliis ſerrato-denticulatis oblongis coriaceis ſubtus ferrugineo-tomentoſis, paniculis terminalibus patentibus: floribus ſeſſilibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 70.

52. M.

Tibuchina. 52. M. foliis ſerrulatis ovato-acutis rigidis petiolatis ſquamuloſis, floribus axillaribus ſolitariis, terminalibus corymboſis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 446. *t.* 177.

Majeta. 53. M. foliis ſerrulatis ovatis acutis piloſis ruſeſcentibus, ſubpetiolatis baſi tumidis, floribus ſeſſilibus axillaribus ſolitariis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 443. *t.* 176.

parviflorum. 54. M. foliis ſerrulatis ovato-oblongis glabris petiolatis, paniculis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 433. *t.* 171.

fragile. 55. M. foliis ſerratis reticulatis, floribus ſecundis ſeſſilibus racemoſis. *Suppl. p.* 236. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 196. *f.* 1.

elegans. 56. M. foliis crenatis cordatis villoſis petiolatis; corymbis terminalibus axillaribusque. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 427. *t.* 167.

*** *floribus octandris.*

† *foliis trinerviis.*

octandrum. 57. M. foliis integerrimis ovatis glabris margine hiſpidis.

faſciculare. 58. M. foliis integris ovatis acutis ſcabris, ramis floriferis; floribus breviter pedunculatis confertis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 71.

anguſtifolium. 59. M. foliis integris lineari-lanceolatis ſubtus incanis, ramis virgatis, panicula terminali: floribus erectis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 71.

purpuraſcens. 60. M. foliis integris oblongis acutis ſtrictis glaberrimis, racemis lateralibus patulis, floribus diſtinctis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 71.

alpinum. 61. M. foliis integris ovatis coriaceis glabris, pedunculis ſimplicibus trichotomis: floribus diſtinctis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 71.

hirtellum. 62. M. foliis margine hiſpido-piloſis, pedunculis breviſſimis axillaribus trifloris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 72.

microphyllum. 63. M. foliis ſubdenticulatis ovatis obtuſis ſupra hiſpidis ſubtus tomentoſis, pedunculis trifidis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 72.

hirſutum. 64. M. foliis ſubdenticulatis lato-lanceolatis attenuatis hirſutis, pedunculis axillaribus trifloris divaricatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 71.

glabratum. 65. M. foliis ſubdenticulatis ovatis acutis glabris coriaceis, pedunculis terminalibus ſolitariis unifloris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 71.

capillare. 66. M. foliis ſubdenticulatis lato-lanceolatis attenuatis glabris, pedunculis capillaribus trifloris axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 71.

rubens. 67. M. foliis denticulatis ovato-lanceolatis acuminatis glaberrimis, ramis petiolisque coloratis, racemis terminalibus: floribus confertis dioicis. *Swarts nov pl. gen. et ſp. p.* 71.

micranthum. 68. M. foliis denticulatis oblongis acutis glabris, racemis axillaribus reclinatis: floribus acuminatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 71.

†† *foliis triplinerviis.*

virgatum. 69. M. foliis integris ovato-lanceolatis glaberrimis, ramis floriferis, racemis decuſſatis diffuſis ſparſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 72.

elaeagroides. 70. M. foliis integris lato-lanceolatis, ſubtus albido-tomentoſis, pedunculis terminalibus trichotomis: floribus ſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 72.

††† *foliis quinquenerviis.*

diſcolor. 71. M. foliis integerrimis oblongo-ovatis glabris margine laevibus. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 125.

hiſpidum. 72. M. foliis ſubdenticulatis ovatis acutis ſupra ſtrigoſo-hirſutis, ſubtus reticulato-tomentoſis, panicula terminali divaricata. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 72.

umbroſum. 73. M. foliis denticulatis lato-ovatis utrinque hirtis, ramulis floriferis, racemis dichotomis patentibus: ramis petiolisque hirſutis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 72.

piloſum. 74. M. foliis denticulatis oblongis acutis ſubtus hirſutis, racemis lateralibus hirſutis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 72.

aquaticum. 75. M. foliis cordatis acutis crenulatis ſupra hirtis ſubtus laevibus, paniculis terminalibus trichotomis diffuſis. *Aubl. pl. guj. p.* 430. *t.* 169.

**** *floribus tetrandris.*

tetrandrum. 76. M. foliis integris trinerviis oblongis acuminatis baſi emarginatis glabris convexiuſculis, racemo erecto terminali. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 72.

CACU-

CACUCIA. *Cal.* campanulatus, 5dentatus, deciduus. *Petala* 5. *Bacca* ſubquinquangularis, utrinque acuta, 1ſperma.

coccinea. 1. CACUCIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 450. *t.* 179.

MURIRI. *Cal.* 5dentatus. *Petala* 5 carnoſa. *Filamenta* 10, quorum 5 corolla longiora. *Bacca* globoſa, infera, 1locularis, 4ſperma.

gujanenſis. 1. MURIRI. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 453. *t.* 180.

TRISTEMMA. *Cal.* 5fidus, ſemiſuperus, bifariam ciliatus. *Petala* 5unguiculata. *Bacca* ovata, compreſſa, 5locularis.

mauritianum. 1. TRISTEMMA. *Juſſieu gen. plant. p.* 329.

545. KALMIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* hypocrateriformis: limbo ſubtus 5plicato. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

latifolia. 1. K. foliis ovatis, corymbis terminalibus. *Trew. Ehret. t.* 38. *f.* 1.

polifolia. 2. K. foliis lanceolatis revolutis, corymbis terminalibus ſpicatis. *v. Wangenheim Schr. berl. Naturf.* 8. *p.* 129. *t.* 5.

glauca. 3. K. foliis oblongis laevigatis margine revolutis, corymbis terminalibus, ramulis ancipitibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 64. *t.* 8.

anguſtifolia. 4. K. foliis lanceolatis, corymbis lateralibus. *Trew. Ehret. t.* 38. *f.* 2.

hirſuta. 5. K. foliis lanceolatis hirſutis, floribus axillaribus ſolitariis. *Walt. flor. carol. p.* 131.

546. LEDUM. *Cal.* 5fidus. *Cor.* plana, 5partita. *Capſ.* 5locularis baſi dehiſcens.

paluſtre. 1. L. foliis linearibus, ſtaminibus decem corolla longioribus. *Linn. diſſ.* 1775.

groenlandicum. 2. L. foliis ovalibus, ſtaminibus decem corolla brevioribus. *Retz. fl. ſcand. prodr. p.* 436. *Flor. dan. t.* 567.

latifolium. 3. L. foliis ovatis integerrimis, floribus pentandris. *Jacq. coll.* 2 *p.* 308 *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 36.

## 548. RHODODENDRUM. *Cal.* 5partitus. *Cor.* (ſaepe) infundibuliformis. *Stam.* declinata. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

ferrugineum. 1. Rh. foliis glabris ſubtus leproſis, corollis infundibuliformibus. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 255.

dauuricum. 2. Rh. foliis glabris punctatis nudis, corollis rotatis. *Pallas fl. roſſ. t.* 32.

chryſanthum. 3. Rh. foliis oblongis impunctatis ſupra ſcabris venoſiſſimis, corolla rotata irregulari, gemma florifera ferrugineo-tomentoſa. *Suppl. p.* 237. *Pallas flor. roſſ. t.* 30.

caucaſicum. 4. Rh. foliis ovatis ſcabris margine inflexis ſubtus tomentoſis, umbellis terminalibus: bracteis elongatis. *Pallas fl. roſſ. t.* 31.

hirſutum. 5. Rh. foliis ciliatis nudis, corollis infundibuliformibus. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 98.

Chamaeciſtus. 6. Rh. foliis ciliatis ſubtus leproſis, corollis rotatis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 217.

camtſchaticum. 7. Rh. foliis ciliatis utrinque glabris, corollis hypocrateriformibus. *Pallas flor. roſſ. t.* 33.

ponticum. 8. Rh. foliis nitidis lanceolatis utrinque glabris, racemis terminalibus. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 79.

maximum. 9. Rh. foliis nitidis ovalibus obtuſis venoſis: margine acuto reflexo, pedunculis unifloris. *Catesb. car.* 3. *t.* 17. *f.* 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 63. *f.* 6.

Rhodora. 10. Rh. corollis tripetalis. *Sp. pl. p.* 561. Rhodora. *du Hamel ſem. app.* 10. *t.* 27. *f.* 2. *nonne diſtinctum genus?*

549. ANDROMEDA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* magis minusve ovata: ore 5fido. *Capſ.* 5locularis. *Sem.* pauca.

tetragona. 1. A. pedunculis ſolitariis lateralibus, corollis campanulatis, foliis oppoſitis imbricatis obtuſis revolutis. *Flor. lapp. t.* 1. *f.* 4.

hypnoides. 2. A. pedunculis ſolitariis terminalibus, corollis campanulatis, foliis confertis ſubulatis. *Flor. dan. t.* 10.

cerea. 3. A. pedunculis axillaribus diphyllis unifloris, foliis alternis ovatis ſerratis. *Suppl. p.* 238.

caerulea. 4. A. pedunculis aggregatis, corollis ovatis, foliis ſparſis linearibus obtuſis planis. *Flor. dan. t.* 57.

mariana. 5. A. pedunculis aggregatis, corollis cylindricis, foliis alternis ovatis integerrimis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 58.

faſciculata. 6. A. pedunculis aggregatis, foliis alternis ovato-lanceolatis obtuſis ſubcrenulatis membranaceis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 73.

octandra. 7. A. pedunculis aggregatis, corollis cylindricis quadrifidis, foliis alternis ovato-lanceolatis integris membranaceis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 73.

jamaicenſis. 8. A. pedunculis aggregatis, corollis ovatis diaphanis, foliis alternis lato-lanceolatis obtuſis integris membranaceis ſubtus cinereis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 73.

ferruginea. 17. A. pedunculis aggregatis axillaribus, corollis ſubgloboſis, foliis ellipticis integerrimis ſubtus ſquamoſo-ſcarioſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 67.

polifolia. 9. A. umbellis terminalibus paucifloris, corollis ovatis nutantibus, foliis alternis lineari-lanceolatis revolutis. *Flor. dan. t.* 54.

ferrugiroſa. 18. A. floribus aggregatis axillaribus terminalibusque, foliis rotundatis margine revolutis ſubtus ferrugineis. *Walt. flor. carol. p.* 138. *an diſtincta a ferruginea?*

nitida. 19. A. pedunculis aggregatis axillaribus, foliis alternis lanceolato-ovatis integris perennantibus. *Walt. flor. car. p.* 137.

Catesbaei. 20. A. racemis ovatis axillaribus, foliis alternis petiolatis ovato-lanceolatis ſerrulatis perennantibus. *Walt. fl. carol. p.* 137.

reticulata. 21. A. racemis ovatis axillaribus, foliis ovatis acuminatis crenulatis alternis petiolatis ſubtus reticulatis perennantibus. *Walt. flor. carol. p.* 138.

japonica. 10. A. racemis paniculatis: floribus ſubcylindricis bracteatis, foliis ellipticis reflexis apice ſerratis. *Thunb. fl. jap. p.* 181.

paniculata. 11. A. racemis ſecundis nudis paniculatis, corollis ſubcylindricis, foliis alternis oblongis crenulatis. *Cateſb. car.* 2. *t.* 43.

arborea. 12. A. racemis ſecundis nudis, corollis rotundo-ovatis. *Cateſb. Car.* 1. *t.* 71.

racemoſa. 13. A. racemis ſecundis bracteatis, corollis gibboſo-cylindricis, foliis alternis oblongis ſerratis.

caliculata. 14. A. racemis ſecundis foliaceis, corollis ſubcylindricis, foliis alternis lanceolatis obtuſis punctatis. *Buxb. comm. Petrop.* 1. *t.* 8. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 63. *f.* 5.

anaſtomoſans. 15. A. racemis confertis foliaceis, foliis ovatis ſubſerratis: ſubtus anaſtomoſibus punctatis. *Suppl. p.* 237.

rupeſtris. 16. A. racemis ſimpliciſſimis, bracteatis, corollis campanulatis, foliis oblongis alternis ſerrulatis. *Suppl. p.* 237.

lucida. 17. A. racemis axillaribus ſolitariis: floribus pendulis ſubcylindricis, foliis integerrimis crenulatisque lanceolatis. *Jacq. collect.* 1. *p.* 95.

## 550. EPIGAEA. *Cal. exterior* 3phyllus; *interior* 5-partitus. *Cor.* hypocrateriformis. *Capſ.* 5locularis.

repens. 1. E. foliis cordato-ovatis integris planis aſperis, corollis cylindricis. *Pluckn. alm. t.* 107. *f.* 1.

cordifolia. 2. E. foliis cordatis ſubrotundis ſerratis convexis hiſpidis rigidis, corollis ovatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 73.

551. GUALTHERIA. *Cal.* 2plex exterior 2phyllus, interior 5fidus. *Cor.* ovata. *Nectarium* mucronibus 10. *Capſ.* 5locularis, veſtita calice baccato colorato, polyſperma.

procumbens. 1. G. caule procumbente. *du Hamel arbr.* 1. *t.* 113. *Gaertn. de fr. et ſem. cent* 4. *t.* 63. *f.* 8.

antipoda. 2. G. foliis ſparſis ſubrotundis ſerrato-dentatis, caule fruticoſo diffuſo. *Forſt. fl. auſtr. p.* 34.

552. ARBUTUS. *Cal.* 5partitus. *Cor.* ovata: ore 5fido baſi pellucida. *Bacca* 5locularis, ſupera, polyſperma.

Unedo. 1. A. caule arboreo, foliis glabris obtuſe ſerratis, panicula terminali, baccis polyſpermis. *Suppl. p.* 238. *Knorr. del. hort.* 1. *t.* E. 1. a. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 59. *f.* 4.

laurifolia. 2. A. caule arboreo, foliis oblongis utrinque acuminatis acute ſerratis glabris, racemis axillaribus ſecundis ſeſſilibus ſolitariis. *Suppl. p.* 238.

Andrachne. 3. A. caule arboreo, foliis glabris integerrimis ſerratisque, baccis polyſpermis. *Ehret act. angl.* 1767. *t.* 6.

ferruginea. 4. A. caule arboreſcente, foliis oblongis obtuſis glabris integerrimis, racemis terminalibus. *Suppl. p.* 238.

mucronata. 5. A. caule fruticoſo, foliis alternis ovatis ſerratis mucronatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Suppl. p.* 239.

pumila. 6. A. caulibus diffuſis, foliis alternis diſtichis oblongis integerrimis, floribus lateralibus ſolitariis. *Suppl. p.* 239.

acadienſis. 7. A. caulibus procumbentibus, foliis ovatis ſubſerratis, floribus ſparſis, baccis polyſpermis.

alpina. 8. A. caulibus procumbentibus, foliis rugoſis ſerrulatis, piloſo-ciliatis. *Flor. dan. t.* 73.

Uva urſi. 9. A. caulibus procumbentibus, foliis oblongo-ovatis integerrimis ſubtus reticulatis. *Flor. dan. t.* 33.

1391. INOCARPUS. *Cal.* 2fidus. *Cor.* infundibuliformis. *Stamina* ſerie duplici. *Drupa* 1ſperma.

edulis. 1. Inocarpus. *Suppl. p.* 239. *Forſt. char. gen. t.* 33. *Rumpf amb.* 1. *t.* 65.

STRIGILIA. *Cal.* 5crenatus. *Cor.* 5partita. *Stam.* baſi coalita. *Stigm.* 3. *Capſ.* 6locularis.

racemoſa. 1. Strigilia. *Cavan. diſſ. bot.* 7. *p.* 358. *t.* 201.

553. CLETHRA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Stigma* 3fidum. *Capſ.* 3locularis, 3valvis.

alnifolia. 1. Cl. fruticoſa, racemis ſpicatis. *Jungh. pl. ic. cent.* 1. *t.* 32. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 62. *f.* 2.

paniculata. 2. Cl. fruticoſa, floribus paniculatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 73.

arborea. 3. Cl. arborea, racemis ſpicatis, calicibus obtuſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 73.

554. PYROLA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 5locularis, angulis dehiſcens. *Sem.* arillata, plurima.

rotundifolia. 1. P. ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato. *Flor. dan. t.* 110. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 63. *f.* 4.

minor. 2. P. floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillisque rectis. *Flor. dan. t.* 55.

ſecunda. 3. P. racemo unilaterali. *Flor. dan. t.* 402.

umbellata. 4. P. pedunculis ſubumbellatis.

maculata. 5. P. pedunculis bifloris. *Pluckn. mant. t.* 349. *f.* 4.

uniflora. 6. P. ſcapo unifloro. *Flor. dan. t.* 8.

546. STYRAX. *Cal.* inferus, 5dentatus. *Cor.* infundibuliformis 5fida. *Drupa* matura, 1locularis, 1-2ſperma.

officinale. 1. St. foliis ellipticis integris ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus. *Mill. ic. t.* 260. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 59. *f.* 5. *Regn. bot. t.* 390.

grandifolium. 2. St. foliis obovatis ſubtus villoſis, pedunculis inferioribus axillaribus ſolitariis unifloris. *Ait. hort Kew.* 2. *p.* 75.

Benzoin. 3. St. foliis oblongis acuminatis ſubtus tomentoſis, racemis compoſitis longitudine foliorum. *Dryander act. angl. vol.* 77. 2. *p.* 307. *t.* 12. *ex hac benzoë.*

glabrum. 4. St. foliis ſubovatis glaberrimis denticulatis, floribus axillaribus cernuis. *Cavanill. diſſ. bot.* 6. *p.* 340. *n.* 500. *t.* 188. *f.* 1. *an monadelphum genus?*

543. SAMYDA. *Cal.* 5fidus, coloratus. *Cor.* 0. *Nectar. conic. truncatum* 10-18dentatum. *Capſ.* intus baccata, 4valvis, 1locularis. *Sem.* nidulantia.

* *floribus octandris.*

tomentoſa. 1. S. foliis ovatis ſerratis, ſubtus tomentoſis. *Swartz nov. pl. gen. et ſp. p.* 68.

** *floribus decandris.*

villoſa. 2. S. foliis oblongis ſubſerratis baſi obliquis ſericeis ſubtus villoſis, pedunculis ſolitariis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 68.

glabrata. 3. S. foliis ovato-lanceolatis integris nitidis, pedunculis axillaribus unifloris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 68.

ſpineſcens. 4. S. floribus terminalibus, foliis lanceolato-ovatis obtuſis crenatis glabris, ramis patulis ſpineſcentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 68.

viridiflora. 5. S. foliis oblongo-ovatis ſerrulatis ſubtus tomentoſis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 402.

*** *flo-*

*** *floribus dodecandris.*

pubeſcens. 6. S. foliis ovatis ſubtus tomentoſis.

ſerrulata. 7. S. foliis ovato-oblongis ſerrulatis. *Jacq. coll.* 2. *t.* 17. *f.* 1.

CASEARIA. *Cal.* 5phyllus deciduus. *Cor.* 0. *Nectar.* 4-5phyllum. *Filament.* 8-10. *Stigm.* capitatum. *Capſ.* coriacea, ſubrotunda, 3valvis, 1locularis, polyſperma.

nitida. 1. C. inermis, floribus octandris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 301. Samyda nitida. *Brown. jam. t.* 23. *f.* 3.

aculeata. 2. C. aculeata, floribus octandris. *Plum. ic.* 147. *f.* 1. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 301. Samyda ſpinoſa.

parviflora. 3. C. floribus decandris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 301. Samyda parviflora. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 127.

SIMABA. *Cal.* 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Filamenta* 8-10. *Germin.* 4-5. *Stil.* 1. 4-5-ſtriatus. *Stigm.* 4-5radiatum. *Capſ.* 4-5 1loculares, 1ſpermae.

gujanenſis. 1. Simaba. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 400. *t.* 153.

542. COPAIFERA. *Cal.* 0. *Petala* 4. *Legumen* ovatum. *Sem.* 1. arillo baccato.

officinalis. 1. Copaifera. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 123.

DETARIUM. *Cal.* 4fidus. *Cor.* 0. *Stamin.* alterna breviora. *Drupa* orbiculata farinacea: oſſiculum 1ſpermum fibris exterius undique reticulatum.

ſenegalenſe. 1. Detarium. *Juſſieu gen. plant. p.* 365.

1127. CARICA. *Flores* dioici.
♂. *Cal.* ſubnullus. *Cor.* 5fida, infundibuliformis. *Filamenta* in tubo corollae, alterna breviora.
♀. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Stigm.* 5. *Bacca* 1locularis, polyſperma.

Papaya. 1. C. foliorum lobis ſinuatis. *Trew. Ehret. t.* 7.

Poſopoſa. 2. C. foliorum lobis integris. *Feuill. per.* 2. *t.* 39. *f.* 1.

ſpinoſa. 3. C. foliis digitatis: foliolis integerrimis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 908. *t.* 346.

SIPARUNA. *Flores* monoici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 4partitus. *Filamenta* 4-10 receptaculo inſerta.
♀. *Cal.* 0. *Germen* ſubrotundum. *Stil.* ſtriatus. *Stigm.* 5 capillaria.

gujanenſis. 1. SIPARUNA. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 865. *t.* 333.

1283. TERMINALIA. *Flores* mere maſculi intermiſti.
Cal. 5partitus. Cor. 0.
♀. *Drupa* infera, cymbiformis.

Catappa. 1. T. foliis obovatis integerrimis ſubtus tomentoſis. *Mant. p.* 128. 519. *Suppl. p.* 434. *Rumpf amb.* 1. *t.* 68.

latifolia. 2. T. foliis obovatis ſubſerratis, drupis carnoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 68.

cherbula. 3. T. foliis ovatis integerrimis. *Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 31.

arbuſcula. 4. T. foliis ovato-lanceolatis integris pubeſcentibus, ramis dichotomis, racemis erectis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 68.

anguſtifolia. 5. T. foliis lanceolatis. *Syſt. veg.* XIII. *p.* 721. Croton Benzoë. *Suppl. p.* 434. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 100.

CHUN-

CHUNCOA. *Cal.* 5fidus, limbo patens. *Capſ.* 1ſperma, 5gona: angulis alatis.

amazonia. 1. CHUNCOA. *Juſſieu gen. plant. p.* 76.

541. BUCIDA. *Cal.* 5dentatus, ſuperus. *Cor.* 0. *Bacca* 1ſperma.

Buceras. 1. BUCIDA. *Brown. jam. t.* 23. *f.* 1.

ANAVINGA. *Cal.* 5phyllus ſquamatus. *Cor.* 0. *Bacca* polyſperma.

exotica. 1. ANAVINGA. *la Marck encycl.* 1. *p.* 147.

REYNOUTRIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 0. *Filam.* breviſſima. *Germen* trigonum.

japonica. 1. REYNOUTRIA. *Houttuyn ſyſt. veget.* 6. *p.* 627.

MYROBALANIFERA. *Cal.* campanulatus, roduntatus. *Cor.* 0. *Drupa.*

fertilis. 1. MYROBALANIFERA. *Houttuyn ſyſt. veget.* 1. *p.* 667.

## DIGYNIA.

555. ROYENA. *Cal.* urceolatus. *Cor.* 1petala: limbo revoluto. *Capſ.* 1locularis, 4valvis.

lucida. 1. R. foliis ovatis ſcabriuſculis. *Comm. hort. amſt.* 1. *t.* 96.

villoſa. 2. R. foliis cordatis oblongis ſubtus tomentoſis.

glabra. 3. R. foliis lanceolatis glabris. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 65.

hirſuta. 4. R. foliis lanceolatis hirſutis.

polyandra. 5. R. foliis ovatis ſubtus tomentoſis, floribus polyandris. *Suppl. p.* 240.

557. HYDRANGEA. *Capſ.* 2locularis, 2roſtris, infera, foramine inter ſtilos dehiſcens.

arboreſcens. 1. H. caule arboreo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 7. *Voy. ſuppl. pl. Ehr. ſel. t.* CVIII.

radiata. 2. H. caule ſuffruticoſo. *Walt. flor. carol. p.* 251.

THURARIA. *Cal.* tubuloſus. *Cor.* 1petala infundibuliformis, calice duplo longior. *Capſ.* 2locularis, 2ſperma.

chilenſis. 1. Thuraria. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 135.

ROKEJEKA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala, patens. *Stili* ad angulum rectum patuli. *Capſ.* 1locularis, 3ſperma.

deſerti. 1. Rokejeka. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 90.

556. CUNONIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Stili* flore longiores. *Capſ.* 2-locularis, acuminata, polyſperma.

capenſis. 1. Cunonia. *Burm. afr. t.* 96.

537. TRIANTHEMA. *Cal.* ſub apice mucronatus. *Cor.* 0. *Stamina* 5-10. *Germen* retuſum. *Capſ.* duplicata, ſuperimpoſita.

monogynum. 1. Tr. floribus pentandris monogynis. *Mant. p.* 69. *Pluckn. alm. t.* 95. *f.* 4.

pentandrum. 2. Tr. floribus pentandris digynis. *Mant. p.* 70. *Pluckn. alm. t.* 104. *f.* 3.

decandrum. 3. Tr. floribus ſubdecandris digynis. *Mant. p.* 70. *Burm. ind. t.* 31. *f.* 3.

**558. CHRYSOSPLENIUM.** *Cal.* coloratus, 4-5fidus. *Cor.* 0. *Capſ.* 2roſtris, 1locularis, polyſperma, ſemiinfera, ſemibivalvis.

alternifolium. 1. Chr. foliis alternis. *Flor. dan. t.* 366. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 7.

oppoſitifolium. 2. Chr. foliis oppoſitis. *Flor. dan. t.* 365.

**559. SAXIFRAGA.** *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* infera 2roſtris, 2locularis, polyſperma, inter ſtilos foramine dehiſcens.

* *foliis indiviſis.*

† *caule ſubnudo.*

Cotyledon. 1. S. foliis radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-ſerratis, caule paniculato. *Flor. dan. t.* 241. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 36. *f.* 4.

Aizoon. 2. S. foliis radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-ſerratis, caule ſubracemoſo, calice glabro. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 438.

mutata. 3. S. foliis radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-ſerratis, caule racemoſo folioſo, calice villoſo viſcido, petalis lanceolatis aurantiis. *Haller hiſt. ſtirp. helv.* 1. *t.* 16.

media. 44. S. foliis radicalibus aggregatis ligulatis cartilagineis margine ſupra punctatis, caule racemoſo. *Gouan ill.*

ſedoides. 4. S. foliis aggregatis alternis oppoſitisque ſublanceolatis, flore pedunculato. *Seg. pl. veron. t.* 9. *f.* 4.

caeſia. 5. S. foliis aggregatis linearibus perforato-punctatis recurvatis, caule multifloro. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 374.

burſeriana. 6. S. foliis aggregatis imbricatis triquetris ſubulatis laevibus, caule unifloro. *Wulfen apud Jacq. miſc. auſtr.* 1. *t.* 17. *f.* 3.

bronchialis. 7. S. foliis imbricatis ſubulatis ciliatis ſpinoſis, caule multifloro. *Gmel. flor. ſib.* 4. *t.* 65. *f.* 2.

tenella. 8. S. foliis lineari-ſubulatis ciliatis ſpinula terminatis, caulibus erectis paucifloris; ſtolonibus e latere cauliferis. *Wulff. ap. Jacq. coll.* 3. *p.* 144. *t.* 17.

9. S.

bryoides. 9. S. foliis imbricatis ciliatis inflexis, caule nudiuſculo multifloro. *Mant. p.* 383. *Scopol. fl. carn. ed.* 2. *t.* 15.

androſacea. 10. S. foliis lanceolatis obtuſis piloſis, caule nudo bifloro. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 389.

penſylvanica. 11. S. foliis lanceolatis denticulatis, caule nudo paniculato, floribus ſubcapitatis. *Dill. h. Elth. t.* 253. *f.* 328.

ſtellaris. 12. S. foliis ſerratis ſubcuneiformibus obovato-oblongis, caule nudo ramoſo, petalis lanceolatis biguttatis. *Flor. dan. t.* 23. *Wulfen apud Jacq. coll.* 1. *p.* 202. *t.* 13.

craſſifolia. 13. S. foliis ovalibus retuſis obſoleto-ſerratis petiolatis, caule nudo, panicula conglomerata. *Linn. dec.* 2. *t.* 14.

nivalis. 14. S. foliis ovatis crenatis ſubſeſſilibus, caule nudo, floribus congeſtis. *Flor. dan. t.* 28.

ſarmentoſa. 15. S. foliis radicalibus ſubrotundis cordatis crenatis, ſarmentis axillaribus radicantibus, racemo compoſito: corolla irregulari. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 15. *Murray comm. Goett.* 1781. *t.* 1.

hirſuta. 16. S. foliis cordato-ovalibus retuſis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Magn. h. monſp. t.* 87.

umbroſa. 17. S. foliis ovatis ſubretuſis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Mill. ic.* 141. *f.* 2.

punctata. 18. S. foliis ſubrotundis dentatis longius petiolatis, caule nudo. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 9. *f.* 17.

Geum. 19. S. foliis reniformibus dentatis, caule nudo paniculato. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 9. *f.* 12.

cuneifolia. 20. S. foliis cuneiformibus obtuſiſſimis repandis, caule nudo paniculato. *Gesn. faſc.* 19. *t.* 12. *f.* 37.

†† *caule folioſo.*

muſcoides. 21. S. foliis radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque, ſcapo gracili ſuberecto paucifloro: floribus ſubſeſſilibus. *Jacq. miſc. auſtr.* 2. *p.* 125.

oppoſitifolia. 22. S. foliis caulinis oppoſitis imbricatis: ſummis ciliatis. *Flor. dan. t.* 34. β) *Gesn. faſc.* 26. *t.* 9. *f.* 3.

biflora. 45. S. foliis imbricatis ovatis, caulibus reptantibus bifloris. *Allion. fl. pedem. t.* 21. *f.* 1.

trichodes. 46. S. foliis lanceolatis villoſis, caulibus proſtratis, pedunculis filiformibus ſubunifloris. *Allion. flor. pedem. t.* 61. *f.* 2.

aſpera. 23. S. foliis caulinis lanceolatis alternis ciliatis, caulibus procumbentibus. *Mant. p.* 383. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 31.

Hirculus. 24. S. foliis caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. *Mant. p.* 383. *Flor. dan. t.* 200.

aizoides. 25. S. foliis caulinis lineari-ſubulatis ſparſis nudis inermibus, caulibus decumbentibus. *Mant. p.* 383. *Flor. dan. t.* 72. *Folia interdum ciliata; an vere ſpecie diſtincta ab autumnali?*

autumnalis. 26. S. foliis caulinis linearibus alternis ciliatis, radicalibus aggregatis. *Scop. fl. carn. ed.* 2. *t.* 14.

retuſa. 47. S. propaginibus proſtratis, foliis oppoſitis quadrifariam imbricatis punctatis triquetris acutis, floribus terminalibus geminatis. *Gouan. illuſtr. t.* 18. *f.* 1.

Cluſii. 48. S. foliis cuneiformibus ſubdentatis caule paniculato. *Gouan. illuſtr.*

rotundifolia. 27. S. foliis caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caule paniculato. *Geſn. faſc.* 19. *t.* 10. *f.* 25. *Bulliard herb. Franc. t.* 327.

** *foliis lobatis.*

† *caulibus erectis.*

granulata. 28. S. foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulata. *Flor. dan. t.* 514.

bulbifera. 29. S. foliis palmato-lobatis: caulinis ſeſſilibus, caule ramoſo bulbifero. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 9. *f.* 24.

cernua. 30. S. foliis caulinis palmatis petiolatis, caule ſimpliciſſimo unifloro bulbifero. *Flor. dan. t.* 22.

rivularis. 31. S. foliis caulinis palmatis: ſummo florali ovato, caule ſimplici ſubbifloro. *Flor. dan. t.* 118.

ſibirica. 32. S. foliis caulinis reniformibus palmatis piloſis, caule pedunculisque filiformibus.

ajugifolia. 33. S. foliis radicalibus palmato-quinquepartitis, caulinis linearibus indiviſis, caulibus adſcendentibus multifloris.

exarata. 49. S. foliis palmato-trifidis ſupra lineatis hirſutis, caule adſcendente multifloro: petalis trinerviis. *Allion. fl. pedem. t.* 88. *f.* 2.

groenlandica. 34. S. foliis caulinis palmato-multifidis ſparſis: laciniis acutis. *Gunn. fl. norw. t.* 7. *f.* 1. *an mera ceſpitoſae varietas?*

tridactylites. 35. S. foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule ramoſo. *Curt. flor. Lond. t.* 129. *β) foliis omnibus lanceolatis integerrimis. Retz. obſ. bot.* 1. *p.* 18.

adſcendens. 36. S. caule firmo foliisque ſubcoriaceis cuneiformibus villoſo-viſcidis: apice tri-vel quinquedentatis. *Mant. p.* 384. *Wulfen apud Jacq. coll.* 1. *p.* 197. *t.* 11. 12. *f.* 1. 2.

geranioides. 37. S. foliis radicalibus reniformibus quinquelobis multifidis: caulinis linearibus, caule ramoſo. *Gouan. ill. t.* 18. *f.* 2.

moſchata. 38. S. foliis radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque una cum caule glutinoſis hirſutis, floribus longe pedunculatis. *Jacq. muſc. auſtr.* 2. *p.* 128.

ceſpitoſa. 39. S. foliis radicatis aggregatis linearibus integris trifidisque, caule ſubbifloro. *Mant. p.* 383. *Flor. dan. t.* 71.

hypnoides. 40. S. foliis caulinis linearibus integris trifidisque, ſtolonibus procumbentibus, caule nudiuſculo. *Flor. dan. t.* 348.

pedemontana. 50. S. foliis trilobis tridentatisque: caulinis palmatis, caule ſubnudo. *Allion. flor. pedem. t.* 21. *f.* 5. 6.

†† *caulibus procumbentibus.*

orientalis. 51. S. foliis radicalibus ramisque ſubſeptemlobis: ſummis integerrimis bifidisque, caule ramoſiſſimo baſi decumbente. *Jacq. obſ. bot.* 2. *t.* 34.

cymbalaria. 41. S. foliis caulinis cordatis trilobis integrisque. *Buxb. cent.* 2. *t.* 45. *f.* 2.

hederacea. 42. S. foliis caulinis ovatis lobatis, caule filiformi flaccido.

petraea. 43. S. foliis petiolatis palmato-tripartitis: laciniis ſubtrifidis, caule flaccido ramoſiſſimo decumbente, pedunculis longiſſimis unifloris: petalis emarginatis. *Pluckn. phyt. t.* 222. *f.* 3. *Gouan. obſ. t.* 18. *f.* 3.

††† *caule nullo.*

Bellardi. 52. S. foliis cuneiformibus ſubquinquelobis. *Allion. flor. pedem. t.* 88. *f.* 1.

**560. TIARELLA.** *Cal.* 5partitus. *Cor.* calici inſerta, 5petala: petalis integris. *Capſ.* 1locularis, 2valvis: valva altera majore.

cordifolia. 1. T. ſcapo aphyllo, foliis cordatis ſublobatis. *Herm. par. bot. t.* 129.

unifolia. 2. T. caule unifolio, foliis cordatis integris. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 30.

trifoliata. 3. T. foliis ternatis.

**561. MITELLA.** *Cal.* 5fidus. *Cor.* calici inſerta, 5petala: petalis pinnatifidis. *Capſ.* ſupera, 1locularis, ſemibivalvis: valvis aequalibus.

diphylla. 1. M. ſcapo diphyllo. *Mentz. pug. t.* 10. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 6.

nuda. 2. M. ſcapo nudo. *Gmel. flor. ſib.* 4. *t.* 63. *f.* 2.

**562. SCLERANTHUS.** *Cal.* 1phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1. calici incluſum.

polycarpos. 1. Scl. calicibus fructus patentiſſimis ſpinoſis, caulibus ſubvilloſis. *Col. ecphr.* 1. *t.* 294.

annuus. 2. Scl. calicibus fructus patulis inermibus. *Flor. dan. t.* 504.

perennis. 3. Scl. calicibus fructus clauſis. *Flor. dan. t.* 563.

**563. GYPSOPHILA.** *Cal.* 1phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5 ovata, ſeſſilia. *Capſ.* globoſa, 1locularis.

perfoliata. 1. G. foliis ovato-lanceolatis ſemiamplexicaulibus. *Dill. h. Elth. t.* 276. *f.* 357. *β) Gypſophila tomentoſa. Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 306. *Barr. pl. rar. ic. t.* 1002.

proſtrata. 2. G. foliis lanceolatis laevibus, caulibus diffuſis, piſtillis corolla campanulata longioribus. *Pluckn. alm. t.* 75. *f.* 2.

3. G.

viſcoſa. 3. G. foliis lanceolatis, internodiis caulis ramorum pedunculorumque medio viſcoſis, petalis emarginatis. *Murray comm. Goett.* 1783. *t.* 3.

repens. 4. G. foliis lanceolatis, ſtaminibus corolla emarginata brevioribus. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 407.

paniculata. 5. G. foliis lanceolatis ſcabris, floribus dioicis: corollis revolutis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 1.

altiſſima. 6. G. foliis lanceolatis ſubtrinerviis, caulibus rectis. *Gmel. flor. ſib.* 4. *t.* 60.

adſcendens. 7. G. foliis lanceolato-linearibus, caulibus proſtratis, ſtaminibus piſtillisque corollam aequantibus. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 138.

faſtigiata. 8. G. foliis lanceolato-linearibus obſolete triquetris laevibus obtuſis ſecundis. *Gmel. flor. ſib.* 4. *t.* 61. *f.* 1.

ſtruthium. 9. G. foliis linearibus carnoſis: axillaribus confertis teretibus. *Barr. pl. rar. ic. t.* 119.

muralis. 10. G. foliis linearibus planis, calicibus aphyllis, caule multiplicato-dichotomo ramoſiſſimo, petalis crenulatis. *Mentz. pug. t.* 7. *f.* 4.

rigida. 11. G. foliis linearibus planis, caule dichotomo, pedunculis bifloris, petalis emarginatis.

alpina. 12. G. foliis linearibus ſeſſilibus: caulinis oppoſitis connatis, caule ramoſo, pedunculis axillaribus unifloris: calice petalis integerrimis minore. *Hablize apud S. G. Gmelin it.* 4. *p.* 178.

ſaxifraga. 13. G. foliis linearibus, calicibus ſquamis quatuor: petalis emarginatis. *Barrel. pl. rar. ic. t.* 998.

## 564. SAPONARIA. *Cal.* 1phyllus, nudus. *Petala* 5 unguiculata. *Capſ.* oblonga, 1locularis.

officinalis. 1. S. caulibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Curt. flor. Lond. t.* 102.

porrigens. 2. S. calicibus cylindricis pubeſcentibus, ramis divaricatiſſimis, capſulis pendulis. *Mant. p.* 239. *Syſt. nat.* XII. 4. *p.* 230. *Silene porrigens. Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 109.

ocymoides. 3. S. calicibus cylindricis villoſis, caulibus dichotomis procumbentibus. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 23.

orientalis. 4. S. calicibus cylindricis villoſis, caule dichotomo erecto patulo. *Dill. h. Elth t.* 167. *f.* 204.

illyrica. 5. S. calicibus ſubcylindricis, caule erecto viſcido-purpuraſcente: ramis alternis, corollis punctatis. *Mant. p.* 70. *Ard. ſpec.* 2. *t.* 9.

lutea. 6. S. calicibus teretibus, corollis coronatis, floribus ſubumbellatis, foliis ſublinearibus canaliculatis. *Allion. fl. pedem. t.* 5. *f.* 2.

Vaccaria. 7. S. calicibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis ſeſſilibus. *Tabern. Kraeuterb. p.* 866.

cretica. 8. S. calicibus quinquangularibus ſtriatis, caule erecto ſubdichotomo, foliis ſubulatis. *Alp. exot. t.* 291.

## 565. DIANTHUS. *Cal.* cylindricus, 1phyllus: baſi ſquamis 2-8. *Petala* 5 unguiculata. *Capſ.* cylindrica, 1locularis.

* *caule herbaceo.*

T *multifloro.*

⊢ *floribus aggregatis.*

barbatus. 1. D. floribus faſciculatis: ſquamis calicinis ovato-ſubulatis tubum aequantibus, foliis lanceolatis.

japonicus. 2. D. floribus faſciculatis: ſquamis calicinis acutis ciliatis tubo brevioribus. *Thunb. flor. japon. p.* 183.

Armeria. 3. D. floribus faſciculatis: ſquamis calicinis lanceolatis villoſis tubum aequantibus. *Flor. dan. t.* 230.

prolifer. 4. D. floribus capitatis: ſquamis calicinis ovatis obtuſis muticis tubum ſuperantibus. *Flor. dan. t.* 221.

ferrugineus. 5. D. petalis bifidis: laciniis tridentatis. *Mant. p.* 563. *Barr. pl. rar. ic. t.* 497.

carolinianus. 26. D. pedunculis elongatis, ſquamis calicinis tubo dimidio longioribus. *Walt. flor. carol. p.* 140.

atrorubens. 28. D. ſquamis calicinis ovatis ariſtatis tubo brevioribus, foliis connatis ſtriatis. *Allion. flor. pedem.*

carthuſianorum. 6. D. floribus ſubaggregatis, ſquamis calicinis ovatis ariſtatis tubum ſubaequantibus, foliis trinerviis. *Loeſ. fl. pruſſ. f.* 7.

⊢⊢ *flo-*

⊢⊢ *floribus ſolitariis.*

glaucus. 7. D. floribus ſubſolitariis: ſquamis calicinis lanceolatis quaternis brevibus, corollis crenatis. *Dill. h. Elth. t.* 298. *f.* 348.

albens. 27. D. ſquamis calicinis lanceolatis quaternis brevibus, corollis emarginatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 90.

Caryophyllus. 8. D. ſquamis calicinis ſubovatis breviſſimis, corollis crenatis. *Regn. bot. t.* 117. *Blackw. herb. t.* 85. *Knorr del. hort.* 1. *t.* N. 10-12.

diminutus. 9. D. ſquamis calicinis octonis florem ſuperantibus. *Tabern. Kraeuterb. p.* 290.

pomeridianus. 10. D. ſquamis calicinis binis cordatis breviſſimis, corollis emarginatis ſubintegerrimis. *Sp. pl. p.* 1673.

deltoides. 11. D. ſquamis calicinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *Flor. dan. t.* 577.

rupeſtris. 12. D. ſquamis calicinis obtuſiſſimis binis, petalis crenatis. *Suppl. p.* 240. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 282. *ic.*

ſinenſis. 13. D. ſquamis calicinis ſubulatis patulis tubum aequantibus, corollis crenatis. *Mill. ic.* 81. *f.* 2.

monſpeliacus. 14. D. ſquamis calicinis ſubulatis tubum aequantibus, corollis multifidis, caule erecto.

plumarius. 15. D. ſquamis calicinis ſubovatis breviſſimis, corollis multifidis fauce pubeſcentibus.

moſchatus. 16. D. ſquamis ovato-obtuſis, corollis profunde multifidis, foliis filiformibus ſubulatis. *Joh. Mayer boehm. Abh.* 1787. *p.* 318.

ſuperbus. 17. D. floribus paniculatis, ſquamis calicinis brevibus acuminatis, corollis multifido-capillaribus, caule erecto. *Fl. dan. t.* 578.

glacialis. 18. D. floribus ſubacaulibus, ſquamis calicinis elongatis acuminatis tubum ſuperantibus, foliis linearibus florem ſuperantibus. *Haenk. ap. Jacq. coll.* 2. *p.* 84.

†† *caule unifloro.*

arenarius. 19. D. caulibus ſubunifloris, ſquamis calicinis ovatis obtuſis, petalis multifidis, foliis linearibus.

ſilveſtris. 20. D. caulibus ſubunifloris, ſquamis calicinis ſubovatis breviſſimis, corollis crenatis, foliis rigidis ſubulatis ſupra ſulcatis. *Wulfen apud Jacq. coll.* 1. *p.* 237.

 21. D.

virgineus. 21. D. caule ſubunifloro, corollis crenatis, ſquamis calicinis breviſſimis, foliis ſubulatis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 15.

alpinus. 22. D. corollis crenatis, ſquamis calicinis exterioribus tubum aequantibus, foliis linearibus obtuſis. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 52.

** *caule fruticoſo.*

pungens. 23. D. caule ſuffruticoſo, foliis lineari-ſubulatis, petalis integris. *Mant. p.* 240.

arboreus. 24. D. foliis ſubulatis, petalis ſerratis. *Alp. exot. t.* 38.

fruticoſus. 25. D. foliis lanceolatis. *Tournef. it.* 1. *t.* 9.

## TRIGYNIA.

566. CUCUBALUS. *Cal.* inflatus. *Petala* 5 (rarius plura) unguiculata, absque corona ad faucem. *Capſ.* 3locularis.

bacciferus. 1. C. calicibus campanulatis, petalis diſtantibus, pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. *Gmel. act. Petrop.* 1759. *t.* 17. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 77. *f.* 7.

Behen. 2. C. calicibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, corollis ſubnudis. *Flor. dan. t.* 857.

glutinoſus. 3. C. calicibus clavatis, petalis bipartitis, genitalibus rectis, panicula dichotoma patentiſſima. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 18.

italicus. 4. C. calicibus clavatis, petalis ſemibifidis, genitalibus declinatis, panicula dichotoma erecta, caule erecto. *Jacq. obſ. bot.* 4. *t.* 97.

molliſſimus. 5. C. petalis ſemibifidis, panicula dichotoma, caule foliisque holotericeis: radicalibus ſpatulatis. *Mant. p.* 385. *Bocc. muſ. t.* 118?

procumbens. 6. C. petalis ſemibifidis, panicula dichotoma: floribus ſingulis pedicellatis. *S. G. Gmel. it.* 3. *p.* 309. *an diſtincta ſpecies?*

ſaxifragus. 7. C. petalis bifidis, calicibus ſtriatis: terminalibus ſubſeſſilibus; lateralibus pedunculatis. *Mant. p.* 71. *Schreb. dec.* 9. *t.* 5.

8. C.

fruticulo-ſus. 8. C. petalis bifidis, calicibus cylindrico-ventricoſis ſcabris decemſtriatis, foliis linearibus acutiſſimis. *Pallas it.* 2. *p.* 739. *t.* T.

tataricus. 9. C. petalis bipartitis, floribus ſecundis decumbentibus, pedunculis oppoſitis ſolitariis erectis, caule ſimpliciſſimo.

catholicus. 10. C. petalis bipartitis, ſtaminibus longis, floribus paniculatis, foliis lanceolato-ovatis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 59.

reflexus. 11. C. petalis ſubbipartitis obſoletis, floribus ſpicatis alternis ſubſeſſilibus. *Magn. fl. monſp. t.* 170.

ſibiricus. 12. C. petalis emarginatis, floribus ſubverticillatis: verticillis umbellatis aphyllis. *Hall. comm. goett.* 1. *p.* 150. *ic.*

aegyptiacus. 13. C. petalis emarginatis retroflexis: utrinque denticulo notatis, floribus erectis. *Mant. p.* 385.

Otites. 14. C. floribus dioicis: petalis linearibus indiviſis. *Flor. dan. t.* 518.

viſcoſus. 15. C. floribus lateralibus undique decumbentibus, caule indiviſo, foliis baſi reflexis. *Tournef. it.* 2. *t.* 361.

polypetalus. 16. C. foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, floribus polypetalis. *Walt. flor. carol. p.* 141.

pumilis. 17. C. caulibus unifloris flore brevioribus. *Mant. p.* 71. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 2.

fabarius. 18. C. foliis obovatis carnoſis. *Bocc. muſ. t.* 92.

ſtellatus. 19. C. foliis quaternis.

## 567. SILENE. *Cal.* ventricoſus. *Petala* 5 unguiculata, ad faucem coronata. *Capſ.* 1-3locularis.

* *floribus lateralibus.*

† *ſolitariis.*

luſitanica. 1. S. hirſuta, petalis dentatis indiviſis, floribus erectis, fructibus divaricato-reflexis alternis. *Dill. h. Elth. t.* 311. *f.* 401.

anglica. 2. S. hirſuta, petalis emarginatis, floribus erectis, fructibus reflexis pedunculatis alternis. *Curt. flor. Lond. t.* 266.

ceraſtoides. 3. S. hirſuta, petalis emarginatis, fructificationibus erectis, calicibus ſubſeſſilibus ſubpiloſis. *Dill. h. Elth. t.* 309. *f.* 307.

villoſa. 4. S. hirſuta, petalis bifidis oblongis baſi connatis, foliis lanceolatis ſeſſilibus. *Forsk. fl. aeg, arab. p.* 88.

cuneifolia. 5. S. villoſa, petalis integris crenulatis, foliis cuneiformibus baſi ciliatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 210.

ſucculenta. 6. S. petalis bifidis, floribus pedunculatis, foliis carnoſis ovalibus villoſis ſeſſilibus ſubviſcidis confertis patentiſſimis. *Forsk fl. aeg. arab. p.* 89.

nocturna. 7. S. petalis bifidis, floribus ſpicatis alternis ſecundis ſeſſilibus. *Dill. h. Elth. t.* 310. *f.* 400.

aegyptiaca. 8. S. petalis emarginatis, utrinque dentatis, foliis ſubtomentoſis. *Suppl. p.* 241.

gallica. 9. S. petalis indiviſis, floribus ſubſpicatis alternis ſecundis, fructibus erectis. *Dill. h. Elth. t.* 310. *f.* 399.

quinquevulnera. 10. S. petalis integerrimis ſubrotundis, fructibus erectis alternis.

pumilio. 11. S. caulibus unifloris, floribus maximis: calice ſubcoriaceo ventricoſo-campanulato hirſuto. *Wulfen. ap. Jacq. coll.* 2. *p.* 126. *t.* 10.

Smithii. 12? S. calicibus glabris clavatis, petalis ſemibifidis, foliis glaucis: inferioribus ovatis; ſummis cordatis amplexicaulibus. *Smith plant. ic. ined.* 1. *t.* 13.

latifolia. 48. S. calicibus clavatis: petalis bifidis, foliis ovatis acuminatis laevibus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 165.

colorata. 49. S. calicibus alternis coloratis, petalis bifidis, foliis ſpatulatis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 163.

ſedoides. 50. S. floribus pedunculatis, caule viſcoſo humili dichotomo. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 164.

†† *floribus confertis.*

involuta. 13. S. petalis apice bifidis, foliis lanceolato-linearibus ſeſſilibus ciliatis ſubtus tomentoſis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 210.

mutabilis. 14. S. petalis bifidis, calicibus angulatis pedunculatis, foliis lanceolato-linearibus.

nutans. 15. S. petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, panicula nutante. *Flor. dan. t.* 242.

amoena. 16. S. petalis bifidis: coronula ſubcoadunata, floribus ſecundis, pedunculis oppoſitis trifloris, ramis alternis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 20. *f.* 2.

17. S.

paradoxa. 17. S. petalis bifidis, calicibus decemſulcatis viſcidis, floribus racemoſis: aliis ſtaminibus exſertis, aliis incluſis. *Sp. pl. p.* 1673. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 84.

fruticoſa. 18. S. petalis bifidis, caule fruticoſo, foliis lato-lanceolatis, panicula trichotoma. *Bocc. ſic. t.* 30.

bupleuroides. 19. S. petalis bifidis, floribus pedunculatis oppoſitis bractea brevioribus, foliis lanceolatis acutis glabris. *Tournef. it.* 2. *t.* 154.

gigantea. 20. S. petalis bifidis, foliis radicalibus cochleariformibus obtuſiſſimis, floribus ſubverticillatis. *Walth. hort. t.* 11.

viridiflora. 21. S. petalis ſemibifidis, foliis ovatis ſcabriuſculis acutis, panicula elongata ſubaphylla. *Herm. parad. lugdb. t.* 99.

craſſifolia. 22. S. petalis emarginatis, foliis ſuborbiculatis carnoſis hirſutis, racemo ſecundo.

** *floribus ex dichotomia caulis.*

Armeria. 23. S. petalis integris, floribus faſciculatis faſtigiatis, foliis ſuperioribus cordatis glabris. *Flor. dan. t.* 559.

conoidea. 24. S. petalis integris, calicibus fructus globoſis acuminatis, ſtriis triginta, foliis glabris. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 36. *f.* 6.

conica. 25. S. petalis bifidis, calicibus fructus conicis: ſtriis triginta, foliis mollibus. *Jacq. fl. auſtr. t.* 253.

veſpertina. 26. S. petalis bifidis: coronula coadunata, calicibus ſubclavatis decemſtriatis, floribus alternis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 31.

bellidifolia. 27. S. petalis bifidis, calicibus fructus ovatis villoſis, foliis piloſis ſubaſperis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 81.

noctiflora. 28. S. petalis bifidis, calicibus decemangularibus: dentibus tubum aequantibus, caule dichotomo. *Cam. hort. t.* 34. *Capſ.* 1locularis.

ornata. 56. S. petalis bifidis, calicibus fructus oblongis carinatis piloſis, foliis lanceolatis pubeſcentibus planis cauleque viſcidis. *Ait. hort. Kew* 1. *p.* 96.

undulata. 57. S. petalis bifidis, calicibus fructus clavato-cylindricis piloſis, foliis lanceolatis pubeſcentibus undulatis, caule adſcendente. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 96.

portenſis. 29. S. petalis bifidis, calicibus ſtriatis, caule dichotomo paniculato, foliis linearibus.

cretica. 30. S. erecta laevis, petalis bifidis, calicibus erectis decemangularibus. *Dill. h. Elth. t.* 314. *f.* 404. 405.

Muſcipula. 31. S. petalis bifidis, caule dichotomo, floribus axillaribus ſeſſilibus, foliis glabris.

valleſia. 32. S. petalis bifidis, caulibus ſubunifloris decumbentibus, foliis lanceolatis tomentoſis, longitudine calicis. *Mant. p.* 385. *Bocc. muſ. t.* 54.

Saxifraga. 33. S. petalis bifidis, floribus hermaphroditis femineisque, caulibus ſubunifloris, pedunculis longitudine caulis. *Seg. pl. var. t.* 6. *f.* 1.

orchidea. 35. S. petalis quadrifidis, floribus faſciculatis, foliis ovatis glabris. *Suppl. p.* 241.

alpeſtris. 58. S. petalis quadrifidis, caule ſubunifloro, foliis lineari-lanceolatis glabris. *Jacq. flor. auſtr. t.* 96.

Atocion. 36. S. petalis ſemibilobis, faſciculo florum terminali dichotomo, calicibus fructus clavatis foliis obovatis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 32.

ſtricta. 37. S. petalis emarginatis, calicibus glabris reticulato-venoſis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo ſtricto.

antirrhina. 38. S. petalis emarginatis, calicibus ovatis, pedunculis trifidis, foliis lanceolatis ſubciliatis. *Dill. h. Elth. t.* 313. *f.* 403.

elongata. 59. S. petalis emarginatis, calicibus ſubpelliformibus, foliis linearibus, caule unifloro. *Bellard. oſſerv. botan.*

exſcapa. 60. S. acaulis, petalis emarginatis, capſulis globoſis. *Allion. flor. pedem. t.* 79. *f.* 2.

acaulis. 39. S. acaulis depreſſa, petalis emarginatis, capſula cylindrica. *Flor. dan. t.* 21.

rupeſtris. 40. S. petalis emarginatis, calicibus teretibus erectis, foliis lanceolatis. *Flor. dan. t.* 4.

inaperta. 41. S. petalis emarginatis breviſſimis, calicibus laevibus, caule dichotomo paniculato, foliis glabris lanceolatis. *Sp. pl.* 19. 21. *Dill. h. Elth. t.* 315. *f.* 407.

rubella. 42. S. erecta laevis, calicibus ſubgloboſis glabris venoſis, corollis inapertis. *Dill. h. Elth. t.* 314. *f.* 406.

pendula. 43. S. calicibus fructus inflatis pendulis: angulis decem ſcabris. *β*) *Dill. h. Elth. t.* 312. *f.* 404.

Behen. 44. S. calicibus glabris ovatis venoſo-reticulatis. *Dill. h. Elth. t.* 317. *f.* 409.

virginica. 45. S. calicibus floris cylindricis, panicula dichotoma. *Pluckn. alm. t.* 203. *f.* 1.

Catesbaei. 54. S. calicibus cylindricis, petalis laciniatis, panicula ſubtrichotoma. *Walt. flor. carol. p.* 141.

caroliniana. 55. S. calicibus cylindricis, petalis obtuſis, panicula ſubtrichotoma. *Walt. flor. carol. p.* 142.

polyphylla. 46. S. foliis faſciculatis ſetaceis: ramorum florentium oppoſitis.

chloraefolia. 51. S. calicibus glabris clavatis, petalis ſemibifidis, foliis glaucis: inferioribus ovalibus; ſummis cordatis amplexicaulibus. *Smith plant ic. ined. t.* 13.

*** *incertae tribus.*

oppoſitifolia. 47. S. procumbens, foliis oppoſitis, calicibus hirſutis venoſo-reticulatis ſupra incraſſatis, petalis bifidis. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 306. *t.* 32. *f.* 2.

hirſuta. 52. S. floribus ſubſpicatis ſecundis: calicibus alternis hirſutis ſeſſilibus; petalis emarginatis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 163.

anguſtifolia. 53. S. caule paniculato, foliis linearibus, petalis anguſtis integerrimis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 164.

procumbens. 48. S. calicibus ovatis inflatis erectis obſolete decemangularibus, petalis ſubauriculatis bifidis, caule procumbente. *Murray comm. Goett. ad ann.* 1784. *et* 1785. *p.* 83. *t.* 2.

ſericea. 61. S. foliis acuminatis ſucculentis hirſutis lucidis, floribus terminalibus pedunculatis. *Allion. flor. pedem. t.* 79. *f.* 3.

cordifolia. 62. S. caule ſimplici, foliis ovatis acutis, floribus terminalibus ſubſeſſilibus, petalis ſemibifidis. *Allion. flor. pedem. t.* 25. *f.* 3.

nicaeenſis. 63. S. villoſa viſcoſa, foliis linearibus obtuſis, petalis ſemibifidis, capſulis ovatis: calicibus decemſtriatis. *Allion. flor. pedem. t.* 44. *f.* 2.

## 568. STELLARIA. *Cal.* 5phyllus, patens. *Petala* 5 utplurimum 2partita. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

nemorum. 1. St. foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramoſis. *Flor. dan. t.* 271.

2. St.

arenaria. 2. St. foliis ſpatulatis, caule erecto bifido, ramis alternis, petalis emarginatis.

dichotoma. 3. St. foliis ovatis ſeſſilibus, caule dichotomo, floribus ſolitariis, pedunculis fructiferis reflexis. *Smith. pl. ic. ined.* 1. *t.* 14.

bulboſa. 4. St. foliis lanceolato-ovatis, caule ſubdichotomo, pedunculis elongatis unifloris, radice repente bulbifera. *Wulfen apud Jacq. Collect.* 3. *p.* 21.

hyperici-folia. 16. St. foliis glaucis glabris ſeſſilibus: imis ovatis; ſuperioribus elliptico-lanceolatis. *Allion. flor. pedem.*

craſſifolia. 5. St. foliis ovato-lanceolatis craſſiuſculis, pedunculis unifloris ex dichotomia caulis, floribus erectis: corolla calicem ſuperante, capſulis reflexis. *Ehrhart Hannöv. Mag.* 1784. *n.* 8. *p.* 117.

radians. 6. St. foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis quinquepartitis. *Amm. ruth. t.* 10.

Holoſtea. 7. St. foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. *Flor. dan. t.* 698.

uliginoſa. 8. St. foliis lanceolatis baſi ciliatis anguſtioribus, caule diffuſo procumbente ramoſiſſimo, pedunculis ternis: intermedio unifloro; lateralibus dichotomis paucifloris. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 191.

lateriflora. 9. St. foliis lanceolatis integerrimis, floribus ſecundis: petalis bifidis. *Kroker flor. ſileſ.* 2. 1. *p.* 52. *t.* 4.

Dilleniana. 10. St. foliis lineari-lanceolatis, caule flaccido, pedunculis terminalibus bifloris. *Moench fl. haſſ. n.* 364.

ceraſtoides. 11. St. foliis oblongis, pedunculis ſubbifloris. *Jacq. coll.* 1. *p.* 254. *t.* 19.

undulata. 12. St. foliis oblongis undulatis, caule angulato, floribus axillaribus. *Thunb. flor. jap. p.* 185.

graminea. 13. St. foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *Mill. illuſtr. ic.*

biflora. 14. St. foliis ſubulatis, ſcapis ſubbifloris, petalis emarginatis, germinibus oblongis, calicibus ſtriatis. *Flor. dan. t.* 12.

uniflora. 15. St. foliis ſubulatis oppoſitis, pedunculis alternis unifloris, calicibus ſubhirſutis, petalis emarginatis. *Walt. flor. carol. p.* 141.

17. St.

rupeſtris. 17. St. foliis planis ſubtus trinerviis, petalis calice brevioribus. *Scop. flor. carn. t.* 18.

ciliata. 18. St. foliis imbricatis ſemicylindricis: margine infra medium ciliato. *Scop. flor. carn. t.* 17.

## 569. ARENARIA. *Cal.* 5phyllus, patens. *Petala* 5 integra. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

ceraſtioides. 1. A. foliis ſpatulatis, caule erecto pubeſcente, floribus ſubſolitariis: petalis calice duplo longioribus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 166.

peploides. 2. A. foliis ovatis acutis carnoſis. *Flor. dan. t.* 624.

trinervia. 3. A. foliis ovatis acutis nervoſis petiolatis. *Flor. dan. t.* 329.

ciliata. 4. A. foliis ovatis acutis nervoſis ciliatis. *Flor. dan. t.* 346.

multicaulis. 5. A. foliis ovatis acutis enerviis ſeſſilibus, corollis calice majoribus. *Hall. ſtirp. Helv. t.* 17. *an mera ciliatae varietas?*

lateriflora. 6. A. foliis ovatis obtuſis, pedunculo laterali bifloro.

tetraquetra. 7. A. foliis ovatis carinatis recurvis quadrifariam imbricatis. *Mant. p.* 386. *β*) Gypſophila aggregata. *Sp. pl. p.* 581. *Magn. fl. monſp. t.* 5.

balearia. 8. A. foliis ovatis lucidis ſubcarnoſis, caule repente, pedunculis unifloris. *Herit ſtirp. nov.* 2. *p.* 29. *t.* 15.

norwegica. 38. A. foliis ovatis nudis nitidis, caule procumbente, bifloro. *Gunn. flor. norw.*

Halleri. 39. A. foliis ovatis obtuſis ad baſin ſubciliatis, caule proſtrato. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv. n.* 877.

ſerpyllifolia. 9. A. foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calice brevioribus. *Curt. flor. Lond. faſc.* 45.

biflora. 10. A. foliis obovatis obtuſis, caulibus procumbentibus, pedunculis bifloris lateralibus. *Mant. p.* 71.

dichotoma. 11. A. foliis inferioribus orbiculatis: ſuperioribus lanceolatis, caule geniculato decumbente geniculisque dichotomis. *Krocker flor. ſileſ.* 2. 1. *p.* 55.

lanceolata. 40. A. foliis calicibusque lanceolatis trinerviis. *Allion. flor. pedem. t.* 26. *f.* 5.

12. A.

calicína. 12. A. foliis lineari-lanceolatis, caule erecto laevi, pedunculis unifloris, calicibus corolla longioribus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 167.

montana. 13. A. foliis lineari-lanceolatis ſcabris, caulibus ſterilibus longiſſimis procumbentibus.

polygonoides. 14. A. foliis linearibus, caulibus procumbentibus, pedunculis bifloris terminalibus erectis calicum ſubviſcidorum foliolis enerviis. *Wulfen apud Jacq. coll.* 1. *p.* 241. *t.* 15.

marina. 15. A. foliis ſemicylindrico-ſubulatis pulpoſis oppoſitis longitudine internodiorum: ſtipulis membranaceis ovato acutis, caulibus proſtratis, calicibus capſula dimidio brevioribus. *Flor. dan. t.* 740.

ſtriata. 16. A. foliis linearibus erectis appreſſis, calicibus oblongis ſtriatis.

dianthoides. 17. A. foliis linearibus margine ſcabris, floribus capitatis, bracteis ventricoſis pedunculos ſuperantibus. *Smith pl. ic. ined.* 1. *t.* 16.

cucubaloides. 18. A. foliis linearibus margine ſcabris, panicula dichotoma pubeſcente, petalis obovatis. *Smith pl. ic. ined.* 1. *t.* 17.

geniculata. 19. A. foliis linearibus, floribus paniculatis pubeſcentibus, petalis calice brevioribus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 166.

obtuſa. 41. A. foliis linearibus obtuſis, ramis bifloris, petalis vix calicem excedentibus. *Allion. flor. pedem. t.* 64. *f.* 4.

gypſophiloides. 20. A. foliis linearibus: radicalibus ſetaceis, panicula ſubpubeſcente, petalis lanceolatis.

media. 21. A. foliis lineari-ſubulatis verticillatis ſenis, caule erecto, calicibus capſula dimidio brevioribus. *Ephem. Ac. nat. cur. cent.* 5. *f.* 6. *t.* 4.

recurva. 22. A. foliis lineari-ſubulatis ſulcatis recurvis ſecundis, caulibus procumbentibus, pedunculis ſubbifloris terminalibus erectis, calicibus ſtriatis. *Wulfen apud Jacq. coll.* 1. *p.* 244. *t.* 76. *f.* 1.

triflora. 23. A. foliis lanceolato-ſubulatis ciliatis, ramis ſubtrifloris, petalis lineatis obtuſis. *Mant. p.* 240.

ſaxatilis. 24. A. foliis ſubulatis, caulibus paniculatis, calicis foliolis ovatis obtuſis. *Gmel. flor. ſibir.* 4. *t.* 63. *f.* 2.

verna. 25. A. foliis ſubulatis, caulibus paniculatis, calicibus acuminatis ſtriatis. *Mant. p.* 72. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 404.

26. A.

tenuifolia. 26. A. foliis ſubulatis, caule paniculato, capſulis erectis; petalis calice brevioribus lanceolatis. *Flor. dan. t.* 389.

hiſpida. 27. A. foliis ſubulatis ſubtus hiſpidis.

juniperina. 28. A. foliis ſubulatis ſpinoſis, caulibus erectis, calicibus ſtriatis, capſulis oblongis. *Mant. p.* 72. *Gerard flor. prov. t.* 15. *f.* 1.

faſciculata. 29. A. foliis ſubulatis, caule erecto ſtricto, floribus faſciculatis: petalis breviſſimis. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 182.

grandiflora. 30. A. foliis ſubulatis planis ſtrictis: radicalibus confertis, caulibus unifloris. *Allion. flor. pedem. t.* 10. *f.* 1.

auſtriaca. 31. A. foliis ſubulatis, caulibus ſuffruticoſis proſtratis, inde herbaceis et erectis, floribus geminis: petalis emarginatis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 270.

liniflora. 32. A. foliis ſubulatis, caulibus erectis inferne ramoſis ſuffruticoſis, floribus geminis. *Suppl. p.* 241. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 445. *coll.* 2. *t.* 3. *f.* 3.

caroliniana. 39. A. foliis ſubulatis imbricatis, caule paniculato, pedunculis trifloris. *Walt. flor. carol. p.* 141.

recurva. 42. A. foliis radicalibus congeſtis recurvis ſubulatis, caule ſimplici ſubtrifloro. *All. fl. ped. t.* 38. *f.* 3.

filifolia. 33. A. foliis filiformibus liberis, caulibus dichotomis, debilibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 211.

rubra. 34. A. foliis filiformibus oppoſitis internodiis duplo brevioribus, caulibus proſtratis: calicibus capſulis aequalibus. *Loeſ. fl. pruſſ. t.* 63.

bavarica. 35. A. foliis ſemicylindricis carnoſis obtuſis, pedunculis terminalibus ſubbinatis, petalis lanceolatis.

laricifolia. 36. A. foliis ſetaceis, caule ſuperne nudiuſculo, calicibus ſubhirſutis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 272.

capillacea. 43. A. foliis ſetaceis rigidis glabris, floribus erectis: petalis calice majoribus. *Allion. flor. pedem. t.* 86. *f.* 2.

## 570. CHERLERIA. *Cal.* 5phyllus. *Nectaria* 5 2fida, petaloidea. *Antherae* alternae ſteriles. *Capſ.* 1locularis, 3valvis, 3ſperma.

ſedoides. 1. Cherleria. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 284.



BRUN-

BRUNNICHIA. *Cal.* 1phyllus, per maturitatem coriaceus, glaberrimus, 5fidus, inferne ventricoſus. *Cor.* 0. *Stigmata* 2fida, obtuſa, divergentia. *Capſ.* ſupera, 1locularis, 1ſperma.

cirrhoſa. 1. BRUNNICHIA. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 45. *f.* 2.

DEUTZIA. *Cal.* 1phyllus. *Filamenta* 3 cuſpidata. *Capſ.* 3locularis.

ſcabra. 1. DEUTZIA. *Thunb. fl. jap. p.* 185. *nov. pl. gen. p.* 19-21. *ic.*

HORTENSIA. *Cal.* 5partitus, corollinus: laciniis ovatis unguiculatis. *Cor.* minima 5partita: laciniis ſquamarum aemulis. *Stamina* caduca. *Stili* mammillares.

japonica. 1. HORTENSIA. *Juſſieu gen. plant. p.* 214.

571. GARIDELLA. *Cal.* 5phyllus, petaloideus. *Nectaria* 5 2labiata, 2fida. *Capſ.* 3 connexae, polyſpermae.

Nigellaſtrum. 1. GARIDELLA. *Magn. b. monſp. t.* 143.

572. MALPIGHIA. *Cal.* 5phyllus, baſi exterius glandulis 2 melliferis. *Petala* 5 reniformia plicata, ciliata, unguiculata. *Bacca* (plurimis) 1locularis, 3ſperma.

glabra. 1. M. foliis ovatis integerrimis glabris, pedunculis umbellatis. *Mant. p.* 387. *Mill. ic. t.* 181. *f.* 2.

martinicenſis. 23. M. foliis ovatis ſubtus ſetis decumbentibus hiſpidis. *Jacq. ſtirp. amer.*

2. M.

punicifolia. 2. M. foliis ovatis integerrimis glabris, pedunculis unifloris. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 406. *t.* 234. *f.* 2.

craſſifolia. 3. M. foliis ovatis integerrimis ſubtus tomentoſis, racemis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 457. *t.* 182.

Murcila. 4. M. foliis ovatis integerrimis rigidis ſubpetiolatis piloſis ſubtus tomentoſis, ſpica terminali elongata. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 459. *t.* 183. *an eadem cum craſſifolia?*

coriacea. 5. M. foliis ovatis acutis integris utrinque glabris, racemis terminalibus ſpicatis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 163. *f.* 1.

odorata. 6. M. foliis ovatis emarginatis utrinque tomentoſis. *Jacq. ſtirp. amer. p.* 136. *t.* 177. *f.* 41.

diphylla. 7. M. foliis ovalibus glabris, racemis terminalibus. *Jacq. ſtirp. amer. p.* 136. *n.* 4.

coccigera. 8. M. foliis ſubovatis dentato-ſpinoſis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 37.

lucida. 9. M. foliis obovatis cuneiformibus integerrimis enerviis nitidis, pedunculis terminalibus multifloris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 74.

altiſſima. 10. M. foliis ovato-oblongis acutis rigidis integerrimis piloſis ſubtus tomentoſis, ſpica terminali. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 455. *t.* 181.

faginea. 11. M. foliis oblongo-ovatis integris ſubtus ſericeo-nitidis, pedunculiis tripartito-umbellatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 74.

urens. 12. M. foliis oblongo-ovatis: ſetis ſubtus decumbentibus rigidis, pedunculis unifloris aggregatis. *Mill. ic.* 181. *f.* 1. *Drupa ſucculenta clauſa polypyrena.*

verbaſcifolia. 13. M. foliis lanceolato-ovatis tomentoſis integerrimis, racemis terminalibus. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *t.* 240.

armeniaca. 14. M. foliis ovato-lanceolatis magnis, ſpicis longis axillaribus, bacca villoſa. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 410. *t.* 238.

glanduloſa. 15. M. foliis lanceolatis baſi biglanduloſis, floribus racemoſis monogynis. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 411. *t.* 239. *f.* 2.

ſpicata. 16. M. foliis lanceolatis, ſupra ferrugineis, ſpicis terminalibus, petalis haſtatis. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 409. *t.* 237.

nitida. 17. M. foliis lanceolatis integerrimis glabris, ſpicis lateralibus. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *t.* 239. *f.* 1.

aquifolia. 18. M. foliis lanceolatis dentato-ſpinatis ſubtus hiſpidis. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *t.* 236. *f.* 2.

grandifolia. 19. M. foliis lanceolato-oblongis, racemis corymboſis axillaribus. *Jacq. ſtirp. amer. p.* 137. *n.* 6.

anguſtifolia. 20. M. foliis lineari-lanceolatis: ſetis utrinque decumbentibus rigidis, pedunculis umbellatis. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *t.* 236. *f.* 1.

dubia. 21. M. foliis ovato-acutis cartilagineis glabris, ramis punctatis, floribus racemoſis minimis. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 413. *t.* 242.

caneſcens. 22. M. foliis oblongis obtuſis pubeſcentibus, racemis axillaribus compoſitis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 105.

573. BANISTERIA. *Cal.* 5partitus: baſi extrinſecus glandulis 2 melliferis. *Petala* orbiculata, unguiculata. *Capſ.* 3membranaceo-alatae, 1ſpermae.

angulosa. 1. B. foliis ſinuato-anguloſis. *Plum. amer. t.* 92.

brachiata. 2. B. foliis ſubovatis, ramis brachiatis, ſeminibus introrſum anguſtioribus.

fulgens. 3. B. foliis ſubovatis ſubtus tomentoſis, racemis brachiatis, pedunculis umbellatis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 162. *f.* 2. *Banks ic. t.* 11.

dichotoma. 4. B. foliis ovatis, ramis dichotomis. *Plum. ic.* 13.

purpurea. 5. B. foliis ovatis, ſpicis lateralibus, ſeminibus erectis. *Plum. ic.* 15.

Quapara. 6. B. foliis ovatis integerrimis petiolatis ſupra villoſis ſubtus tomentoſis, ramis ſcandentibus, corymbis axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 464. *t.* 186.

ſinemarienſis. 7. B. foliis ovatis integerrimis petiolatis ſupra hiſpidis, ramis ſcandentibus; racemis axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 463. *t.* 185.

laurifolia. 8. B. foliis ovato-oblongis rigidis, racemis terminalibus.

benghalenſis. 9. B. foliis ovato-oblongis acuminatis, racemis lateralibus, ſeminibus patentibus. *Plum. ic.* 14.

10. B.

longifolia. 10. B. foliis oblongis acuminatis rigidis nitidis, paniculis terminalibus, ramis patentiſſimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 75.

569. HIRAEA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* ſubrotunda, unguiculata. *Capſ.* 3erectae 1ſpermae, dorſo carinatae.

reclinata. 1. HIRAEA. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 37.

574. TRIOPTERIS. *Cal.* 5partitus. *Petala* mentiuntur germinis alae 6. *Capſ.* 3 3-4alatae, 1ſpermae.

jamaicenſis. 1. Tr. foliis oblongis acuminatis venoſis nitidis, racemis compoſitis terminalibus laxis, capſulis trialatis.

citrifolia. 2. Tr. foliis oblongis integris utrinque glabris, racemis axillaribus, ramis dichotomis, capſulis quadrialaribus. *Plum. ic. t.* 16.

rigida. 3. Tr. foliis ſubrotundis acutis marginatis lineatis coriaceis, racemis compoſitis axillaribus, capſulis trialatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 75.

575. ERYTHROXYLUM. *Cal.* turbinatus. *Petala* baſi ſquamula nectarifera emarginata. *Stam.* baſi connexa. *Drupa* 1locularis.

areolatum. 1. E. foliis obovatis, ramis glabris. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 129.

havanenſe. 2. E. foliis ovatis obtuſis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 130.

ſquamatum. 3. E. foliis ovatis acuminatis, ramulis ſquamoſis, drupis acutis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 75. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 402. *t.* 229.

rufum. 4. E. foliis ovatis coriaceis ſubtus rufis: ſquamulis imbricatis, axillis multifloris. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 404. *t.* 232.

ferrugineum. 5. E. foliis ovatis ſaepius emarginatis: ſquamulis imbricatis, floribus ſolitariis. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 404. *t.* 231. *f.* 2.

hypericifolium. 6. E. foliis ovatis, ramis punctato-ſcabris, pedunculis longis capillaribus, drupa triloculari. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 403. *t.* 230.

buxifolium. 7. E. foliis lanceolato-ovatis: nervo ſupra procumbente in ſetulam terminato, floribus axillaribus ſolitariis. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 403. *t.* 231. *f.* 1.

mucrophyllum. 8. E. foliis lanceolatis longiſſimis: ſquamulis amplexicaulibus ſtriatis, axillis multifloris drupa triloculari. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 401. *t.* 227.

laurifolium. 9. E. foliis lato-lanceolatis: ſquamis acutis concavis, floribus glomeratis terminalibus. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 401. *t.* 226.

longifolium. 10. E. foliis oblongis craſſis nitidis: ſquamis acutis deciduis, floribus axillaribus. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 399. *t.* 225.

Sideroxyloides. 11. E. foliis obovatis, ramis tuberculatis: ſquamis acutis, axillis paucifloris. *Cavanill. diſſ. bot.* 8. *p.* 401. *t.* 428.

AILANTHUS. *Flores* polygami. *Cal.* minimus 5-dentatus. *Petala* 5 baſi convoluta.
☿. *Stam.* 2-3.
♀. *Germin.* 3-5 incurva. *Capſ.* 3-5 compreſſae, membranaceae lingulatae, medio tumidae, 1ſpermae.

Pongelion. 1. Ailanthus. *Rumpf. herb. amb.* 3. *t.* 132. *Desfontaines act. Pariſ. ad* 1786. *p.* 265. *t.* 8.

CAUCANTHUS. *Cal.* 1phyllus, campanulatus, calice brevior. *Petala* 5 nuda, patentia, calice ſextuplo longiora.

Forskăhlij. 1. Caucanthus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 91.

## PENTAGYNIA.

1025. HELICTERES. *Cal.* 1phyllus, obliquus. *Petala* 5. *Nectarium* foliolis 5. *Capſ.* 5intortae ſpiraliter, 1loculares, longiſſime pedunculatae.

anguſtifolia. 1. H. foliis lanceolatis integerrimis, fructu ovato recto. *Osb. it. t.* 3.

pentandra. 2. H. pentandra, foliis ovatis, floralibus coloratis. *Mant. p.* 294.

baruenſis. 3. H. decandra, foliis cordatis ſerratis, fructu contorto: apicibus rectis. *Mant. p.* 122. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 227. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 64. *f.* 3.

Iſora. 4. H. decandra, foliis cordatis acutis ſerratis, fructu ovato acuto contorto. *Rheed. h. malab.* 6. *t.* 30. *β)* Helicteres jamaicenſis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 226.

apetala. 5. H. dodecandra apetala, foliis quinquelobis, capſulis divaricatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 263. *f.* 74.

carthagenenſis. 6. H. polyandra, foliis cordatis ſerratis, fructu oblongo recto. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 228.

1128. KIGGELARIA. *Flores* dioici. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5petala: glandulae 5 3lobae.

♂. *Antherae* apicibus perforatae.

♀. *Capſ.* baccata 1locularis, 5valvis, polyſperma.

africana. 1. K. foliis ſerratis. *Mill. illuſtr. ic. Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 4.

integrifolia. 2. K. foliis integerrimis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 296. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 50.

1129. CORIARIA. *Flores* dioici. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala, calici ſimillima, connexa.
♂. *Antherae* 2partitae.
♀. *Sem.* 5. petalis ſucculento-baccatis tecta.

myrtifolia. 1. C. foliis ovato-oblongis. *Angl. hortul. t.* 20. *f.* 1.

ruſcifolia. 2. C. foliis cordato-ovatis ſeſſilibus. *Feuill. peruv.* 3. *t.* 12.

ſarmentoſa. 3. C. foliis cordato-ovatis ſubpetiolatis; caule procumbente diffuſo. *Forſt. fl. auſtr. p.* 71.

576. AVERRHOA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5, ſuperne patentia. *Pomum* 5gonum, oblongum 5loculare.

Bilimbi. 1. A. caudice nudo fructificante, pomis obtuſangulis. *Rumpf amb.* 1. *t.* 36. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *t.* 219.

Carambola. 2. A. axillis foliorum fructificantibus, pomis acutangulis. *Rumpf amb.* 1. *t.* 35. *Bruce act. angl.* 1785. 2. *p.* 356. *Cavanill. diſſ. bot.* 7. *t.* 220.

JONCQUETIA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5 patula. *Filamenta* glandulae adnata. *Germen* 5gonum glandula cinctum. *Stili* o. *Capſ.* ſubglobosa, 1locularis, 5valvis, 5ſperma.

gujanenſis. 1. 1. Joncquetia. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 470. *t.* 180.

POUPARTIA. *Cal.* minimus, 5fidus. *Petala* 5. *Receptac.* crenatum. *Stil.* approximati. *Pericarpium:* nuce 5loculari.

borbonica. 1. Poupartia. *Juſſieu gen. plant. p.* 373.

577. SPONDIAS. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Drupa* nucleo 5loculari.

Mombin. 1. Sp. foliis petiolo communi compreſſo. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 131.

Myrobalanos. 2. Sp. petiolis teretibus, foliis nitidis acuminatis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 219. *f.* 1. 2.

dulcis. 3. Sp. petiolis teretibus, foliolis ſexjugis ſerratis coſtatis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 34. *Sonner. it.* 2. *t.* 123.

ROBERGIA. *Cal.* 5partitus, perſiſtens, *corollae* 5petalae aequalis. *Germen* villoſum ſuperum. *Stigm.* ſulcata. *Drupa* ovata: *Nux* 1locularis, putamine 2valvi.

frutescens. 1. Robergia. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 467. *t.* 187.

CNESTIS. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Germin.* hirſuta. *Capſ.* 5 leguminoſae coriaceae, 2valves, 1ſpermae utrinque villoſo-prurientes.

ſcandens. 1. Cnestis. *Juſſieu gen. plant. p.* 374.

578. COTYLEDON. *Cal.* 4-5fidus. *Cor.* 1petala. *Squamae* nectariferae 5 ad baſin germinis. *Capſ.* 5.

hemiſphaerica. 1. C. foliis ſemigloboſis. *Dill. h. Elth. t.* 95. *f.* 111.

orbiculata. 2. C. foliis orbiculatis carnoſis planis integerrimis, caule fruticoſo. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 7. *f.* 39.

deficiens. 3. C. foliis cochleariformibus carnoſis ſubcrenatis, floribus octandris: ſtaminibus quatuor brevioribus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 89.

nudicaulis. 4. C. foliis ſpatulato-ovatis, cymae floribus quadrifidis. *Medic. comm. ac. palat. phyſ. vol.* 3. *t.* 9.

paniculata. 5. C. foliis oblongo-ovatis ſeſſilibus, panicula divaricata racemoſa, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 242.

triflora. 6. C. foliis ovatis integris, floribus ſubpedunculatis ternis. *Suppl. p.* 242.

mammillaris. 7. C. floribus ſubſeſſilibus, foliisque tereti-ovatis alternis. *Suppl. p.* 242.

papillaris. 8. C. foliis oppoſitis tereti-ovatis, floribus corymboſis. *Suppl. p.* 242.

reticulata. 9. C. foliis teretibus, floribus reticulato-corymboſis, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 242.

cacalioides. 10. C. foliis teretibus, floribus corymboſis, caule fruticoſo, *Suppl. p.* 242.

hiſpanica. 11. C. foliis oblongis ſubteretibus, floribus faſciculatis. β) *Shaw afr. f.* 128.

ſpinoſa. 12. C. foliis oblongis ſpinoſo-mucronis, caule ſpicato. *Murray comm. Goett.* 1736. *p.* 33. *t.* 5.

ſpuria. 13. C. foliis ſpatulato-lanceolatis carnoſis integerrimis, caule fruticoſo. *Mant. p.* 388. *Burm. afr. t.* 18. 19. *f.* 1. *et t.* 22. *f.* 1.

lanceolata. 14. C. foliis lanceolatis carnoſis ſeſſilibus ſubcarinatis apice ſerratis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 89.

malacophylla. 15. C. foliis lanceolato-lingulatis planis integerrimis carnoſis, floribus ſpicatis. *Pallas it.* 3. *p.* 729. *t.* O. *f.* 1.

ſerrata. 16. C. foliis ovalibus crenatis, caule ſpicato. *Dill. h. Elth. t.* 95. *f.* 112.

faſcicularis. 17. C. foliis cuneiformibus faſciculatis terminalibus, caudice incraſſato: ramis carnoſis ſubconicis. *Burm. afr.* 41. *t.* 18.

Umbilicus. 18. C. foliis cucullato-peltatis ſerrato-dentatis alternis, caule ramoſo, floribus erectis. *Blackw. herb. t.* 263.

laciniata. 19. C. foliis pinnatifidis, paniculae floribus quadrifidis. *Boerh. h. Lugdb.* 1. *p.* 288. *ic.*

## 579. SEDUM. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 1 aut 5petala. *Squamae* nectariferae 5 ad baſin germinis. *Capſ.* 5. diſcretae, leguminoſae.

* *foliis planis.*

verticillatum. 1. S. foliis quaternis. *Amoen. acad.* 2. *t.* 4. *f.* 14.

2. S.

Telephium. 2. S. foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. *Knorr del. hort.* 1. *t.* F. 5. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 65. *f.* 7. *β*) *Flor. dan. t.* 686.

ſtellatum. 3. S. foliis planiuſculis angulatis, floribus lateralibus ſeſſilibus ſolitariis. *Col. phytob. t.* 11.

Anacampſeros. 4. S. foliis cuneiformibus integerrimis, caulibus decumbentibus, floribus corymboſis. *Lob. ic.* 340.

hybridum. 5. S. foliis cuneiformibus concavis ſubdentatis aggregatis, ramis repentibus, cyma terminali. *Murray comm. Goett.* 1776. *t.* 5.

ſtoloniferum. 6. S. foliis ſubcuneiformibus ſubdentatis faſciculatis, caulibus repentibus articulatis nudis, cyma ſeſſili terminali folioſa. *S. G. Gmel. it.* 3. *p.* 311. *t.* 35. *f.* 2.

divaricatum. 26. S. foliis cuneiformi-rhombeis emarginatis petiolatis, caulibus ramoſis, paniculis terminalibus divaricatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 108.

Aizoon. 7. S. foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto, cyma ſeſſili terminali. *Gmelin flor. ſib.* 4. *t.* 67. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 65. *f.* 7.

libanotium. 8. S. foliis radicalibus faſciculatis ſpatulato-lanceolatis, caule ſubnudo ſimpliciſſimo.

populifolium. 9. S. foliis petiolatis cordatis dentatis, floribus paniculatis. *Suppl. p.* 242. *Pallas it.* 3. *p.* 732. *t.* O. *f.* 2.

Cepaea. 10. S. caule ramoſo, floribus paniculatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 7. *f.* 37.

alſinefolium. 26. S. caule erecto ramoſo, pedunculis longis. *Allion. flor. pedem. t.* 22. *f.* 2.

heptapetalum. 11. S. foliis ovato-oblongis planiuſculis, pedunculis ſubhirſutis paniculatis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 169.

** *foliis teretibus.*

villoſum. 12. S. villoſo-viſcidum, foliis planiuſculis pedunculisque ſubpiloſis, caule erecto baſi ſubramoſo. *Flor. dan. t.* 24.

ſaxatile. 27. S. foliis caulem verſus planis, caule ramoſo proſtrato, floribus ſeſſilibus. *Flor. dan. t.* 59.

lineare. 13. S. foliis tereti-linearibus oppoſitis, cyma trifida. *Thunb. fl. jap. p.* 187.

caeruleum. 14. S. foliis teretiuſculis oblongis obtuſis ſeſſilibus patentibus, racemis ſimplicibus. *Mant. p.* 241.

15. S.

hiſpanicum. 15. S. foliis teretiuſculis acutis: radicalibus faſciculatis, cyma pubeſcente. *Jacq. fl. auſtr. 5. app. t. 47.*

album. 16. S. foliis teretiuſculis oblongis obtuſis ſeſſilibus patentibus, cyma ramoſa. *Flor. dan. t. 66.*

nudum. 27. S. foliis cylindricis oblongis ſparſis, caulibus fruticoſis ramoſiſſimis: ramis tortuoſis, cymis terminalibus. *Ait. hort. Kew. 2. p. 112.*

hirſutum. 28. S. foliis teretiuſculis hirſutis, caule erecto ramoſo, petalis ariſtatis ſtamina ſuperantibus, pedunculis unifloris. *Flor. dan. t. 24.*

aeſtivum. 29. S. foliis ovato-teretiuſculis alternis obtuſis, caule bifido, floribus ſeſſilibus. *Lob. ic. 378.*

acre. 17. S. foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cyma trifida. *Knorr del. hort. 2. t. S. 12. f. 1.*

ſexangulare. 18. S. foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis ſexfariam imbricatis. *Curt. flor. Lond. t. 225.*

anglicum. 28. S. foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis alternis, cyma ramoſa bifida. *Hudſ. flor. angl. 196.*

annuum. 19. S. foliis ovatis ſeſſilibus gibbis alternis, caule erecto ſolitario annuo, cyma recurva. *Raj. angl. 3. t. 12. f. 2.*

daſyphyllum. 20. S. foliis ovatis obtuſis carnoſis oppoſitis, caule infirmo, floribus ſparſis. *Jacq. h. Vind. 2. t. 153.*

virens. 29. S. foliis ſubulatis ſparſis baſi ſolutis, floribus cymoſis, petalis calice lanceolato ſeſquilongioribus. *Ait. hort. Kew. 2. p. 110.*

reflexum. 21. S. foliis ſubulatis ſparſis baſi ſolutis: inferioribus recurvatis. *Flor. dan. t. 113?*

rupeſtre. 22. S. foliis ſubulatis quinquefariis confertis baſi ſolutis, floribus cymoſis. *Dill. hort. Elth. t. 255. f. 333.*

nicaeenſe. 30. S. foliis ſubulatis ſparſis baſi ſolutis alternis, cyma bifida. *Allion. flor. pedem. t. 90. f. 1.*

quadrifidum. 23. S. foliis acutis, caulibus erectis ſimpliciſſimis, floribus octandris tetragynis quadrifidis. *Pall. it. 3. p. 730. t. P. f. 1. A.*

atratum. 24. S. caule erecto, floribus corymboſis faſtigiatis. *Sp. pl. 1673. Jacq. fl. auſtr. 1. t. 8.*

procumbens. 25. S. caule ramoſo procumbente, foliis alternis remotis, floribus ſubſeſſilibus. *Schranck baier. Flor. 1. p. 726.*

580. PENTHORUM. *Cal.* 5fidus. *Petala* o aut 5. *Capſ.* 5cuſpidata, 5locularis.

ſedoides. 1. PENTHORUM. *Act. upſ.* 1744. *t.* 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 65. *f.* 6.

1309. BERGIA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Capſula* globoſa, toruloſa, 5locularis, 5valvis: valvis petaloideis. *Sem.* plurima.

capenſis. 1. B. foliis lanceolatis vel ellipticis, floribus verticillatis. *Mant. p.* 241. *Suppl. p.* 243.

glomerata. 2. B. foliis obovatis crenulatis, floribus glomeratis. *Suppl. p.* 243.

581. SURIANA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Stili* inſerti lateri interiori germinum. *Sem.* 5 nuda.

maritima. 1. SURIANA. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 162. *f.* 4.

1235. GRIELUM. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Filamenta* perſiſtentia. *Capſ.* ex indurato calice orbiculata depreſſa, 5-10locularis. *Semina* ſolitaria.

tenuifolium. 1. GRIELUM. *Burm. afr. t.* 53. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 36. *f.* 6.

582. OXALIS. *Cal.* 5phyllus. *Petala* unguibus connexa. *Capſ.* angulis dehiſcens, 5gona.

* *foliis ſimplicibus.*

monophylla. 1. O. foliis ovatis indiviſis. *Mant. p.* 241. *Thunb. de oxal. t.* 1.

** *fo-*

** *foliis ternatis.*

+ *acaules.*

† *ſcapis unifloris.*

minuta. 2. O. foliolis oblongis glabris. *Thunb. de oxal. t.* 2.

punctata. 3. O. foliolis obcordatis punctatis. *Thunb. de oxal. t.* 1.

natans. 4. O. foliolis obcordatis glaucis. *Thunb. de oxal. t.* 1.

Acetoſella. 5. O. foliolis obcordatis piloſis. *Zorn pl. med. ic. t.* 9.

lanata. 6. O. foliolis obcordatis hirſutis. *Thunb. de oxal. n.* 6.

compreſſa. 7. O. foliolis obcordatis ciliatis, petiolis compreſſis. *Thunb. de oxal. n.* 7.

purpurea. 8. O. foliolis ſubrotundis ciliatis. *Mant. p.* 389. *Seb. muſ.* 1. *t.* 22. *f.* 10.

longiflora. 9. O. foliolis ſemibifidis.

†† *ſcapis multifloris.*

virgoſa. 10. O. foliolis ovatis, floribus verticillatis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 110.

caprina. 11. O. ſcapis umbelliferis, foliis glabris, floribus erectis. *Mill. ic.* 195. *f.* 1.

cernua. 12. O. ſcapis umbelliferis, foliis glabris, floribus plurimis clauſis cernuis. *Thunb. de oxal. t.* 2.

violacea. 13. O. ſcapis umbelliferis, foliis glabris, calicibus calloſis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 180.

ſericea. 14. O. ſcapis umbelliferis, foliis tomentoſis. *Thunb. de oxal. n.* 13.

++ *caulescentes.*

repens. 15. O. caule repente, pedunculis unifloris, foliolis obcordatis hirtis. *Thunb. de oxal. n.* 14. *t.* 1.

corniculata. 16. O. caule decumbente herbaceo, pedunculis umbelliferis. *Flor. dan. t.* 873.

incarnata. 17. O. caule bulbifero, pedunculis unifloris, foliolis obcordatis glabris. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 22.

tuberoſa. 18. O. caule ramoſo, radice tuberoſa, pedunculis umbelliferis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 109.

Barrelieri. 19. O. caule erecto, pedunculis racemiferis. *Feuill. per.* 2. *t.* 23.

20. O.

fruteſ-ceus. 20. O. caule erecto fruticoſo, pedunculis umbelliferis. *Plum. ic.* 213. *f.* 1:

ſtricta. 21. O. caule erecto herbaceo, pedunculis umbelliferis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 17. *f.* 3.

verſico-lor. 22. O. caule erecto hirto, pedunculis unifloris, foliolis linearibus calloſis. *Burm. afr. t.* 27. *f.* 1. *β*) *Burm. afr. t.* 27. *f.* 2.

hirta. 23. O. caule erecto hirto, pedunculis unifloris, foliis ſubſeſſilibus: foliolis oblongis emarginatis glabris. *Mant. p.* 389. *Seb. muſ.* 1. *t.* 22. *f.* 11. *β*) Oxalis ſeſſilifolia. *Syſt. veg.* 13. *p.* 360. *mant. p.* 341. *Burm. afr. t.* 28.

glabra. 24. O. caule erecto glabro, pedunculis unifloris, foliolis oblongis emarginatis glabris. *Thunb. de oxal. n.* 17. *t.* 2.

bifida. 25. O. caule erecto glabro, pedunculis unifloris, foliolis ſemibifidis. *Thunb. de oxal. n.* 16. *t.* 1.

*** *foliis digitatis, vel multifidis.*

flava. 26. O. foliis glabris. *Burm. afr. t.* 27. *f.* 4. 5. *et t.* 30. *f.* 1.

tomentoſa. 27. O. foliis hirtis. *Pluckn. amalth. t.* 350. *f.* 3.

**** *foliis pinnatis.*

ſenſitiva. 28. O. *Garc. act. angl.* 1730. *t.* 2.

## 583. AGROSTEMMA. *Cal.* 1phyllus, coriaceus. *Petala* 5 unguiculata: limbo obtuſo, indiviſo. *Capſ.* 1locularis.

Githago. 1. A. hirſutum, calicibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. *Curt. flor. Lond. t.* 209.

Corona-ria. 2. A. tomentoſum, foliis ovato-lanceolatis, petalis emarginatis coronatis ſerratis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* R. 20.

Flos jovis. 3. A. tomentoſum, petalis emarginatis. *Bocc. muſ. t.* 42.

Coeli roſa. 4. A. glabrum, foliis lineari-lanceolatis, petalis emarginatis coronatis. *Herm. par. Lugdb. t.* 393.

## 584. LYCHNIS. *Cal.* 1phyllus, oblongus, laevis. *Petala* 5 unguiculata: *limbo* ſubbifido. *Capſ.* 5locularis.

dioica. 1. L. floribus dioicis. *Flor. dan. t.* 792. *Curt. flor. Lond. t.* 81. *Capſ. huic et chalc.* 1*locularis.*

apetala. 2. L. calice inflato corollam ſuperante, caule ſubunifloro, flore hermaphrodito. *Flor. dan. t.* 806.

chalcedonica. 3. L. floribus faſciculatis faſtigiatis. β) *Flore plano. Knorr del. hort.* 1. *t.* I. 2.

coronata. 4. L. glabra, floribus axillaribus terminalibusque ſolitariis petalis laciniatis. *Thunb. fl. jap. p.* 187.

Flos cuculi. 5. L. petalis quadrifidis: fructu ſubrotundo. *Flor. dan. t.* 590. *Curt. flor. Lond. t.* 12.

alpeſtris. 6. L. petalis quadrifidis coronatis, foliis recurvis. *Suppl. p.* 244. *Seg. pl. ver.* 3. *t.* 5. *f.* 1.

quadridentata. 7. L. petalis quadridentatis, caule dichotomo, foliis glabris recurvis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 311. Silene quadrifida. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 120.

laeta. 8. L. petalis bifidis, floribus ſolitariis, calicibus decemcarinatis, foliis lineari-lanceolatis glabris. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 118.

ſibirica. 9. L. petalis bifidis, caule dichotomo, foliis ſubhirtis.

alpina. 10. L. petalis bifidis, floribus tetragynis. *Flor. dan. t.* 65.

Viſcaria. 11. L. petalis ſubintegris. *Kniph. bot. orig. cent.* 12. *n.* 69.

grandiflora. 12. L. petalis truncato-obtuſis, calice elongato turbinato foliis ſublanceolatis, ſeſſilibus aſperis. *Jacq. coll.* 1. *p.* 149.

## 585. CERASTIUM. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 2fida. *Capſ.* 1locularis, apice dehiſcens.

* *capſulis oblongis.*

viſcoſum. 1. C. erectum villoſo-viſcoſum. *Curt. flor. Lond. t.* 79.

perfoliatum. 2. C. foliis connatis. *Dill. h. Elth. t.* 217. *f.* 284.

vulgatum. 3. C. foliis ovatis, petalis calici aequalibus, caulibus diffuſis. *Curt. flor. Lond. t.* 130.

alpinum. 4. C. foliis ovato-lanceolatis, caule dichotomo ſubtrifloro, capſulis cylindrico-incurvis. *Flor. dan. t.* 6.

dichotomum. 5. C. foliis lanceolatis, caule dichotomo ramoſiſſimo, capſulis erectis.

arvenſe. 6. C. foliis lineari-lanceolatis obtuſis glabris, corollis calice majoribus. *Flor. dan. t.* 626.

lineare. 19. C. foliis linearibus ariſtatis flaccidis, pedunculis ſubunifloris tomentoſis. *Allion. flor. pedem. t.* 88. *f.* 4.

ſemidecandrum. 7. C. floribus pentandris, petalis emarginatis. *Curt. flor. Lond. t.* 122.

pentandrum. 8. C. floribus pentandris, petalis integris.

procumbens. 9. C. caule procumbente villoſo viſcido dichotomo, capſulis erectis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 211. *an diſtincta hujus tribus ſpecies?*

** *capſulis ſubrotundis.*

repens. 10. C. foliis lanceolatis, pedunculis ramoſis. *Vaill. fl. par. t.* 30. *f.* 5.

maximum. 11. C. foliis lanceolatis ſcabris, petalis crenatis, capſulis globoſis. *Gmel. flor. ſib.* 4. *t.* 62. *f.* 2.

manticum. 12. C. glabrum, foliis lanceolatis, pedunculis longiſſimis, capſulis globoſis, caule ſtriato. *Seg. pl. ver.* 3. *t.* 4. *f.* 2.

dioicum. 13. C. hirtum viſcidum, foliis lanceolatis, floribus dioicis: petalis calice triplo majoribus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 120.

ſuffruticoſum. 14. C. foliis lineari-lanceolatis ſubhirſutis, caule perenni procumbente.

ſtrictum. 15. C. foliis linearibus acuminatis glabris, pedunculis unifloris ſubtomentoſis, capſulis globoſis. *Haller hiſt. ſtirp. helv.* 1. *t.* 14.

tomentoſum. 16. C. foliis oblongis tomentoſis, pedunculis ramoſis, capſulis globoſis.

latifolium. 17. C. foliis ovatis ſubtomentoſis, ramis unifloris, capſulis globoſis. *Wulfen apud Jacq. collect.* 1. *t.* 20.

aquaticum. 18. C. foliis cordatis ſeſſilibus, floribus ſolitariis, capſulis pendulis. *Curt. flor. Lond. t.* 130.

 *** *du-*

*** *dubiae tribus.*

illyricum. 20. C. foliis lanceolatis calicibusque barbatis, caule dichotomo ramoſiſſimo, capſulis ovatis. *Arduch. ſpec.* 2. *t.* 2.

refractum. 21. C. foliis lanceolatis glabris, pedunculis infractis. *Haller hiſt. ſtirp. Helv. n.* 890.

rigidum. 22. C. foliis lanceolatis aſperis cauleque erecto villoſo rigidis. *Scop. flor. carn. t.* 19. *β*) Ceraſtium anguſtifolium. *Scop. flor. carn.*

## 586. SPERGULA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. integra. *Capſ.* ovata, 1locularis, 5-valvis.

arvenſis. 1. Sp. foliis verticillatis, floribus decandris. *Du Hamel cult.* 6. *p.* 149. *t.* 1.

pentandra. 2. Sp. foliis verticillatis, floribus pentandris; *an ſatis et conſtanter diſtincta ab arvenſi?*

ſaginoides. 3. Sp. foliis oppoſitis linearibus laevibus, pedunculis ſolitariis longiſſimis, caule repente. *Flor. dan. t.* 12. *an ſatis diſtincta a laricina?*

nodoſa. 4. Sp. foliis oppoſitis ſubulatis laevibus, caulibus ſimplicibus. *Flor. dan. t.* 96.

laricina. 5. Sp. foliis oppoſitis ſubulatis ciliatis faſciculatis. *Flor. dan. t.* 858. *Smith plant. ic. ined.* 1. *t.* 18.

## 1262. FORSKOHLEA. *Cal.* 4-5phyllus, corolla longior. *Petala* 8-10-ſpatulata. *Capſ.* 4-5lanatae. *Sem.* ſolitaria.

tenaciſſima. 1. F. foliis ovatis ſerratis. *Mant. p.* 72. *Suppl. p.* 245. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 48.

candida. 2. F. foliis ovalibus dentatis. *Suppl. p.* 245.

anguſtifolia. 3. F. foliis lanceolatis dentatis ſinuatis. *Murr. comm. goett.* 1784. *t.* 3.

## DECAGYNIA.

587. NEURADA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Capſ.* infera, orbiculata, 10locularis, 10ſperma, ſuperne muricata, evalvis.

procumbens. 1. Neurada. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 32. *f.* 4.

588. PHYTOLACCA. *Cal.* 5phyllus, perſiſtens. *Cor.* o. *Bacca* ſupera, 10locularis, 10ſperma. *Sem.* lenticularia, nitida.

octandra. 1. Ph. floribus octandris octagynis. *Dill. h. Elth. t.* 239. *f.* 308.

decandra. 2. Ph. floribus decandris decagynis. *Blackw. herb. t.* 515.

icoſandra. 3. Ph. floribus icoſandris decagynis. *Mill. dict. t.* 207. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 77. *f.* 8.

dioica. 4. Ph. floribus dioicis.

# CLASSIS XI.

# DODECANDRIA.

## MONOGYNIA.

591. BOCCONIA. *Cor.* o. *Cal.* 2phyllus, inferus. *Capſ.* ſubovata, 1locularis, 2valvis, 1ſperma.

1263. HUDSONIA. *Cor.* o. *Cal.* 2phyllus, inferus. *Capſ.* 1locularis, 3valvis, 3ſperma.

1065. CERATOPHYLLUM. *Flores* monoici. *Cor.* o. *Cal.* multipartitus. ♀. *Stil.* o. *Sem.* 1. nudum.

MABEA. *Flores* monoici. *Cor.* o. *Cal.* 5dentatus. ♂. *Filamenta* 9-12, calici inſerta. ♀. *Stigm.* 3. ſpiralia. *Capſ.* 3gona, 3locularis: loculis 1ſpermis 2valvibus; valvis elaſticis.

1232. CYTINUS. *Cor.* o. *Cal.* 4fidus, ſuperus. *Antherae* 16 ſeſſiles. *Bacca* 8locularis, polyſperma.

589. ASARUM. *Cor.* o. *Cal.* 3fidus, ſuperus. *Capſ.* 6locularis.

1098. THELIGONUM. *Flores* monoici. *Cor.* o. *Cal.* 2fidus. ♀. *Capſ.* coriacea, 1locularis, 1ſperma.

FIWA. *Cor.* o. *Cal.* duplex: involucrum 5phyllum. *Perianth.* 5phyllum.

CULHAMIA. *Cal.* o. *Cor.* campanulata 5fida. *Antherae* 15 ſeſſiles. *Capſ.* 5oblongae, 1loculares.

APACTIS. *Cal.* o. *Cor.* 4petala.

596. HALESIA. *Cor.* ſubquadrifida. *Cal.* 4dentatus, ſuperus. *Pericarpium* 4ſpermum, 4angulatum.

1343. BASSIA. *Cor.* 8fida. *Stam.* 16. *Drupa* 5ſperma.

592. RHIZOPHORA. *Cor.* 4partita. *Cal.* 4partitus, inferus. *Sem.* 1 clavatum: receptaculo carnoſo.

CRENAEA. *Cor.* 4petala. *Cal.* ſemiquadrifidus, perſiſtens. *Capſ.* globoſa, 5locularis, polyſperma.

594. GARCINIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus, inferus. *Bacca* 8ſperma, coronata.

599.

599\. CRATAEVA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4fidus, inferus. *Bacca* 2locularis, pedicellata.

ENUREA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus. *Germ.* 3gonum. *Stil.* o. *Stigm.* 3. *Capſ.* orbiculata, 3valvis, 1locularis, 1ſperma.

600\. TRIUMFETTA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus, inferus. *Capſ.* 5locularis, 2ſperma, muricata.

EURYA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus, caliculatus. *Stamina* 13. *Capſ.* 5locularis.

601\. PEGANUM. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus, inferus. *Stam.* 15. *Capſ.* 3locularis.

598\. CANELLA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 3lobus, inferus. *Nectarium* antheriferum. *Bacca* 3locularis, 2ſperma.

ARISTOTELA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5partitus, inferus. *Stamina* 15. *Stigmata* 3. *Bacca* 3locularis.

602\. NITRARIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5fidus inferus. *Stamina* 15. *Drupa* 1ſperma.

1392\. DODECAS. *Cor.* 5petala. *Cal.* ſemiquadrifidus, corollifer, ſuperus. *Capſ.* 1locularis, calici connata.

603\. PORTULACA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 2fidus, inferus. *Capſ.* 1locularis, circumſciſſa.

1311\. VATICA. *Cor.* 5petala. *Antherae* 15 4loculares: loculis interioribus brevioribus.

BANARA. *Cor.* 6petala. *Cal.* 6partitus. *Germen* glandulae inſidens. *Stil.* perſiſtens. *Stigma* capitatum. *Bacca* globoſa, 1locularis, polyſperma.

TOPOBEA. *Cor.* 6petala. *Cal.* 2plex: exterior 4partitus; interior campanulatus, 6cuſpidatus. *Stigma* capitatum, 6ſulcatum. *Bacca* 6locularis, polyſperma.

604\. LYTHRUM. *Cor.* 6petala. *Cal.* 12dentatus inferus. *Capſ.* 1-2locularis.

CONCEVEIBA. *Flores* monoici. *Cal.* carnoſus, 5dentatus, inferne 3gonus.
♀. *Germ.* 3gonum. *Stigm.* 3ſulcata. *Capſ.* 3locularis: loculis 2valvibus. *Sem.* ſolitaria, arillata.

1239. TREWIA. *Cal.* 3phyllus. *Pericarpium* 3coccum.

674. PROCKIA. *Cal.* 3phyllus. *Pericarpium* 5loculare.

LIGHTFOOTIA. *Cal.* 4phyllus. *Stigma* ſeſſile. *Bacca* umbilicata, 1locularis, 3-6ſperma.

661. LAETIA. *Cal.* 5phyllus. *Pericarpium* 1loculare, 3valve, polyſpermum.

676. SEGUIERIA. *Cal.* 5phyllus. *Pericarpium* 1ſpermum, alatum.

672. DELIMA. *Cal.* 5phyllus. *Pericarpium* 2valve, 2ſpermum.

ACIDOTON. *Flores* diclini.
♂. *Cal.* 5phyllus. *Receptaculum* globoſum.
♀. *Cal.* 6phyllus. *Stil.* 3fidus. *Capſ.* 3cocca.

SLOANEA. *Cal.* 5partitus. *Capſ.* echinata: aculeis deciduis, 5valvis, 1locularis: *Semina* ſolitaria vel bina.

TUNATEA. *Cal.* turbinatus, perſiſtens, 4partitus. *Cor.* -- *Filamenta* declinata. *Stil.* brevis, incurvus. *Capſ.* ovata, utrinque ſulcata, 2valvis, 1locularis, 1ſperma.

| | |
|---|---|
| CARAIPA. | *Cal.* 5partitus. *Cor.* - - - *Capſ.* ſubtrigona, 3valvis, 3locularis: *loculis* 1ſpermis. |

† *corolla monopetala.*

| | |
|---|---|
| POSSIRA. | *Cal.* 4phyllus. *Petal.* 1. laterale. *Legumen* 1loculare 2valve. |
| CIPONIMA. | *Cal.* 5partitus. *Cor.* tubuloſa, 5partita. *Drupa* 1locularis: Nux 4locularis: loculis 1ſpermis. |
| 1397. TERNSTROEMIA. | *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5partita, arceolata. *Bacca* ſicca, 2locularis: *Semina* ſuboctona. |
| 1398. ALSTONIA. | *Cal.* imbricatus. *Cor.* 8-10partita: laciniis alternatis. |
| THOTTEA. | *Cal.* o. *Cor.* ſupera, margine 3loba. *Nectar.* in diſco floris, cui ſtamina adnata. *Stil.* o. *Stigm.* perforatum. |
| NECTANDRA. | *Cal.* o. *Cor.* 6partita. *Nectarium* ſquamis 9. *Filamenta* 36 per 9 quaterniones ad ſquamas nectarii diſtributa. |
| 640. MARCGRAVIA. | *Cal.* 6phyllus, imbricatus. *Cor.* clauſa. *Bacca* multilocularis, multivalvis. |
| CUBLANDIA. | *Cal.* *tubuloſus* 4dentatus. *Cor.* 4fida: tubo oblongo. *Filamenta* 25 baſi coadunata. *Legumen* nodoſum. |
| 1158. MIMOSA. | *Flores* mere maſculi reliquis interſiti. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5fida. *Stamina* 5-100. *Legumen.* |
| PARALEA. | *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 4partita carnoſa: tubo 4gono. *Peric.* - - - |
| MADHUCA. | *Cal.* ſemiquadrifid. ſuperne imbricatus. *Cor.* tubo inflato, ſquamis 9 imbricatis intus aucta. *Antherae* ſeſſiles. *Drupa* 2-3locularis: loculis 1ſpermis. |
| 1228. CARYOTA. | *Flores* monoici. *Cal.* communis. *Cor.* 3partita. ♀. *Bacca* 2ſperma. |

*corolla bivalvi.*

| | |
|---|---|
| PARIANA. | *Flores* monoici. *Cal.* Gluma 1flora, 2valvis. ♂. *Filamenta* circiter 40. ♀. *Germen* ovato-trigonum. *Stigm.* 2-villoſa. *Sem.* 1. 3gonum. |

†††† *corolla tripetala.*

1313. TRILIX. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

DOLIOCARPUS. *Cal.* 5phyllus, perſiſtens. *Bacca* globoſa, 1locularis, 2ſperma, ſtilo coronata.

††††† *corolla tetrapetala.*

STERBECKIA. *Cal.* 3-5phyllus. *Cor.* 3-5petala. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

641. RHEEDIA. *Cal.* o. *Bacca* 3ſperma.

659. GRIAS. *Cal.* 4fidus. *Drupa* 1ſperma: *Nucleus* 8ſulcatus.

TOVOMITA. *Cal.* 2phyllus. *Germen* 4ſulcatum. *Stigm.* 4ſubrotunda.

656. MAMMEA. *Cal.* 2phyllus. *Bacca* 1locularis: *Semina* celloſa.

648. PAPAVER. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 1locularis, coronata.

647. CHELIDONIUM. *Cal.* 2phyllus. *Siliqua.*

643. CAPPARIS. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* pedicellata, corticoſa.

644. ACTAEA. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* 1locularis: *Semina* gemino ordine.

650. CAMBOGIA. *Cal.* 4phyllus. *Pomum* 8angulare, 1loculare: *Semina* ſolitaria vel 2.

GREGGIA. *Cal.* 4partitus. *Cor.* 4petala. *Bacca* 1locularis, 1ſperma.

658. CALOPHYLLUM. *Cal.* 4phyllus. *Drupa* globoſa: *Nucleus* ſubgloboſus.

1400. SPARRMANNIA. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* angulata, 5locularis, echinata.

1401. VALLEA. *Cal.* 4-5phyllus. *Cor.* 4-5petala. *Capſ.* 2locularis, polyſperma.

STALAGMITIS. *Flores* mere maſculi interſiti. *Cal.* 4-6-phyllus. *Cor.* 4-6petala.
☿. *Stil.* perſiſtens. *Stigm.* lobatum. *Bacca* globoſa.

TIGAREA. *Flores* dioici. *Cal.* 4-5partitus.
♀. *Filam.* plurima, ſterilia. *Capſ.* ſubrotunda, 2valvis, 1locularis, 1ſperma.

** *Crataecea Marmelos.*

†††††† *corolla pentapetala.*

1286. LOOSA. *Capſ.* ſemiinfera, 1locularis, ſemitrivalvis, polyſperma.

670. MENZELIA. *Capſ.* infera, 1locularis, 3valvis, ſubhexaſperma.

666. VATERIA. *Capſ.* 1locularis, 3valvis, 1ſperma.

673. CISTUS. *Capſ.* ſubrotunda. *Cal.* 5phyllus, foliolis 2 minoribus.

675. CORCHORUS. *Capſ.* ſubquinquelocularis. *Cal.* 5phyllus, deciduus, longitudine corollae.

652. SARRACENIA. *Capſ.* 5locularis. *Stigma* clypeatum. *Cal.* inferior 3phyllus, ſuperior 5phyllus.

660. TILIA. *Capſ.* 5locularis coriacea, 1ſperma. *Cal.* deciduus.

BONNETIA. *Capſ.* 3locularis, polyſperma. *Cal.* 5partitus. *Stigma* 3lobum.

CLEYERA. *Capſ.* 2locularis.

ORYGIA. *Capſ.* 1locularis, 3valvis, polyſperma, ſupera.

MARILA. *Capſ.* 4locularis, polyſperma. *Stigma* ſimplex. *Cal.* 5phyllus.

LEGNOTIS. *Capſ.* 3locularis. *Petala* lacera, receptaculo inſerta. *Cal.* 5fidus.

MYRODENDRUM. *Peric.* 5loculare: *Sem.* ſolitaria. *Cor.* patens, *calice* 5dentato major.

LEMNISCIA. *Pericarp.* 5loculare: *Sem.* ſolitaria. *Petala* linearia, recurva. *Nectar.* cyathiforme. *Cal.* 5dentatus.

ASCIUM. *Bacca?* 1locularis, polyſperma. *Petala* receptaculo inſerta. *Cal.* 5phyllus.

DUGORTIA. *Drupa* nuce 2loculari: loculis 1ſpermis. *Cal.* 5partitus.

663. ELAEOCARPUS. *Drupa* nucleo criſpo. *Petala* lacera.

MALLOCOCCA. *Drupa?* 4locularis, 4cocca: nucleis ovatis. *Cal.* 4phyllus, corolla triplo longior.

FRANKLINA. *Nux* 5locularis: loculis polyſpermis. *Cal.* 5dentatus.

651. MUNTINGIA. *Bacca* 5locularis, umbilicata. *Cal.* 5partitus.

1026. GREWIA. *Bacca* 4locularis. *Petala* baſi ſquama nectarifera. *Cal.* 5phyllus.

EROTEUM. *Bacca* 3locularis, exſucca polyſperma. *Stil.* 3fidus. *Cal.* 5phyllus.

SORAMIA. *Bacca* 1locularis. *Cal.* 5partitus, coloratus. *Germen* orbiculatum. *Stigma* capitatum.

CHADARA. *Drupa.* *Cal.* 5phyllus.

* *Delphinium Conſolida, Ajacis, Aconiti.*

††††††† *corolla hexapetala.*

667. LAGERSTROEMIA. *Cal.* 6fidus. *Stamina* 6 exteriora majora. *Cor.* criſpa.

649. ARGEMONE. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 1locularis, ſemivalvis.

664. LECYTHIS. *Cal.* 6phyllus. *Stamina* nectario lingulato connata. *Capſ.* circumſciſſa.

1154. CLUSIA. *Flores* mere maſculi hermaphroditis interſiti. *Cal.* 4-6phyllus: foliolis oppoſitis imbricatis. *Nectarium* ex antheris coalitis germen includens. *Capſ.* 5locularis, 5valvis, pulpa farcta.

668. THEA. *Cal.* 5-6partitus. *Petala* 6 *vel* 9. *Capſ.* 3locularis. *Sem.* ſolitaria.

ADAMBEA. *Cal.* hemiſphaericus 5-7partitus. *Cor.* 5-7petala. *Capſ.* carnoſa, calice tecta, 5-7locularis.

†††††††† *corolla octopetala.*

645. SANGUINARIA. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 2valvis, polyſperma.

MAYNA. *Flores* dioici. *Cal.* 3partitus.

WEBERA. *Cal.* turbinatus, ſuperus 4-5partitus deciduus. *Petala* 8-9 fimbriata. *Stigma* capitatum, 13ſtriatum. *Bacca* turbinata, 8-9locularis polyſperma.

††††††††† *corolla enneapetala.*

646. PODOPHYLLUM. *Cal.* 3phyllus. *Bacca* 1locularis, coronata.

FORSYTHIA. *Cal.* 9phyllus. *Capſ.* 1locularis, polyſperma, turbinata, ſtigmate coronata.

* *Thea.*

†††††††††† *corolla decapetala.*

654. BIXA. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* duplex. *Capſ.* 2valvis, polyſperma.

AUBLETIA. *Cal.* 5partitus. *Capſ.* echinata, 10locularis: loculis polyſpermis.

††††††††††† *corolla polypetala.*

653. NYMPHAEA. *Bacca* multilocularis, corticoſa. *Cal.* magnus.

ONCOBA. *Bacca* 1locularis, polyſperma. *Cal.* 1-phyllus, perſiſtens.

1335. CHRYSITRIX. *Flores* in altera planta mere maſculi. *Gluma* 2valvis. *Cor.* ex paleis numeroſis, ſetaceis. *Stamina* intra ſingulas paleas ſingula.

1075. PLANTANUS. *Flores* monoici. *Amentum* globoſum.
♂. *Cor.* vix manifeſta. *Antherae* filamentum circumnatae.
♀. *Stigma* recurvum. *Sem.* ſubrotunda. ſtilo mucronata, baſi papposa.

## DIGYNIA.

* *ſtaminibus calici inſertis*, caliciflorae.

LUCUMA. *Cal.* 4fidus, duplicatus. *Cor.* o. *Drupa* 1 2ſperma.

CRATAEGUS. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* 2ſperma.

** *ſtaminibus receptaculo inſertis*, fructiflorae.

1133. CLIFFORTIA. *Flores* dioici. *Cal.* 3phyllus, ſuperus. *Cor.* o.
♀. *Capſ.* 2locularis. *Sem.* 1.

1069. POTERIUM. *Flores* monoici. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4-partita.
♀. *Bacca* e tubo corollae indurato.

1076. LIQUIDAMBAR. *Flores* monoici. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o.
♀. *Capſ.* multae in globum, 2valves, polyſpermae.

1346. FOTHERGILLA. *Cal.* integerrimus. *Cor.* o. *Capſ.* 2locularis. *Sem.* bina.

680. CALLIGONUM. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Pericarpium* echinato-uncinatum.

679. CURATELLA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 4petala. *Capſ.* 2partita, 2ſperma.

678. PAEONIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* polyſperma. *Semina* colorata.

TEMUS. *Cal.* 3fidus. *Cor.* 18petala. *Bacca* 2cocca.

TRICHOCARPUS. *Cal.* perſiſtens, 4-5partitus. *Cor.* o. *Stili* 2fidi. *Capſ.* ſetoſa, 1locularis, 4-valvis, polyſperma.

LACIS. *Cal.* o. *Cor.* o. *Recept.* ſpinis 12 cinctum. *Capſ.* ovata, 8ſtriata, 1locularis, 2valvis, polyſperma.

## TRIGYNIA.

* *ſtaminibus calici inſertis:* Caliciflorae.

623. SORBUS. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* 3ſperma.

424. SESUVIUM. *Cal.* inferus, 5fidus. *Cor.* o. *Capſ.* 3locularis, circumſciſſa.

* *Crataegus coccinea, rotundifolia.*

** *ſtaminibus receptaculo inſertis,* Fructiflorae.

CURYANDRA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 3petala. *Antherae* 2dymae. *Folliculi* 3ovati, divaricati.

1156. BEGONIA. *Flores* monoici. *Cor.* 4petala: petalis cordatis: oppoſitis obcordatis. *Cal.* o. ♀. *Stili* 2fidi. *Capſ.* infera, 3angularis, inaequalis, 3locularis, polyſperma.

HOMALIUM. *Cal.* 6-7partitus. *Cor.* 6-7petala. *Stamina* 21terna. *Capſ.* 1locularis polyſperma.

TATTIA. *Cal.* 6fidus. *Cor.* 6petala villoſa. *Stigm.* obtuſa. *Pericarp.* - - -

MARSCHALLIA. *Cal.* 6-7dentatus. *Glandul.* 7. inter petala. *Stil.* o. *Stigm.* 3-4acuta. *Capſ.* lignoſa, 1locularis, polyſperma.

681. DELPHINIUM. *Cal.* o. *Cor.* 5petala: ſupremo coronato. *Nectarium* 2fidum, ſeſſile.

682. ACONITUM. *Cal.* o. *Cor.* 5petala: ſupremo galeato. *Nectaria* 2 pedicellata.

CONAMI. *Flores* dioici. *Cor.* o. *Cal.* 6partitus. *Capſ.* 6locularis.

* *Reſeda Luteola. Conhorus. Thea viridis.*

## TETRAGYNIA.

PERA. *Flores* dioici. *Cor.* 1petala, dependens, ſemigloboſo-concava. ♀. *Capſula* ſubtrigona, 3locularis, 3valvis: valvis 2fidis. *Sem.* ſolitaria.

1282. CIMICIFUGA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* nectariis 4 urceolatis. *Capſ.* 4. *Semina* ſquamoſa.

ASSA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 4 2valves.

UBIUM.

UBIUM. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capſ.* compreſſae, polyſpermae.

683. TETRACERA. *Cal.* 6phyllus. *Capſ.* 4 1ſpermae.

LUDIA. *Cal.* 5-7lobus, inferus. *Stilus* apice 3-4fidus. *Stigm.* 3-4 2dyma. *Bacca* ſicca, globoſa, 1locularis, polyſperma.

1314. CARYOCAR. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5petala. *Drupa* nucleis 4.

RHIZOBOLUS. *Cal.* ſemiquinquefidus. *Cor.* 5petala. *Drupae* 4 reniformes, 1loculares, 1ſpermae: Nux reniformis; *nuclei* ſolitarii.

* *Wintera aromatica. Membryanthemum geniculiflorum, noctiflorum. Elaeocarpus Dicera. Crataegus lucida, Crus Galli.*

# PENTAGYNIA.

* *ſtaminibus calici inſertis*, Caliciflorae.

627. TETRAGONIA. *Cal.* ſuperus, 4-5phyllus. *Cor.* 0. *Drupa* 4alata: *Sem.* 1. 4loculare: *Nuclei* oblongi.

625. MESPILUS. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* 5ſperma.

626. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Pomum* 5loculare, polyſpermum.

628. MESEMBRYANTHEMUM. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* multifida. *Capſ.* ramoſa, locularis, polyſperma.

629. AIZOON. *Cal.* inferus, 5fidus. *Cor.* 0. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

630. SPIRAEA. *Cal.* inferus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* plures congeſtae.

* *Crataegus, Crus Galli.*

** *ſtaminibus receptaculo inſertis*, Fructiflorae.

684. AQUILEGIA. *Cal.* 0. *Cor.* 5petala. *Nectaria* 5 inferne cornuta.

685. NIGELLA. *Cal.* 0. *Cor.* 5petala. *Nectaria* 8 ſuperne 2labiata.

686. REAUMURIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala: *nectariis* 10 adnatis, ciliatis. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

WOR-

WORMIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Nectar.* annulare germen cingens.

1402. BRATHYS. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Nectarium* o. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

* *Aconitum Anthora, variegatum. Helicteres carthagenenſis. Orygia decumbens.*

## HEXAGYNIA.

687. STRATIOTES. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala. *Bacca* 6locularis intra ſpatham.

## HEPTAGYNIA.

FLACOURTIA. *Flores* dioici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 5partitus. *Stamina* innumera calici immerſa.
♀. *Cal.* polyphyllus. *Germ.* ſuperum. *Stili* 7-9. *Bacca* multilocularis.

## OCTOGYNIA.

1403. WINTERA. *Cal.* 3lobus. *Petala* 6 vel 12. *Germina* clavata. *Stilus* o. *Bacca* clavata.

* *Flacourtia. Meſembryanthemum calamiforme.*

## ENNEAGYNIA.

* *Flacourtia.*

## DECAGYNIA.

BRASENIA. *Cal.* perſiſtens, 6partitus inaequalis. *Cor.* o. *Germina* et *capſulae* 5-10 evalves, 1loculares, 2-3ſpermae.

## POLYGYNIA.

* *ſtaminibus calici inſertis*, Caliciflorae.

631. ROSA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Cal.* baccatus, polyſpermus.

632.

632. RUBUS. — *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* compoſita.

635. TORMENTILLA. — *Cal.* 8fidus. *Cor.* 4petala. *Semina* 8 mutica.

637. DRYAS. — *Cal.* 5 - 10fidus. *Cor.* 5 - 8petala. *Sem.* plurima: ariſta lanata.

633. FRAGARIA. — *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Sem.* plurima, ſupra receptaculum baccatum decidua.

634. POTENTILLA. — *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Sem.* plurima, mutica.

636. GEUM. — *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Sem.* plurima: ariſta geniculata.

638. COMARUM. — *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Semina* plurima ſupra receptaculum carnoſum perſiſtens.

639. CALYCANTHUS. — *Cal.* ſquamoſus, corollinus. *Cor.* 0. *Sem.* caudata calice ſucculento.

1432. HEDYCARIA. — *Flores* dioici. *Cal.* 8 - 10fidus. *Cor.* 0.
♂. *Filamenta* 0. *Antherae* in fundo calicis, 4ſulcae, apice barbatae.
♀. *Germina* pedicellata. *Nuces* pedicellatae 1ſpermae.

1222. CYCAS. — *Flores* dioici.
♂. *Amentum* ſtrobiliforme, ſquamis ſubtus undique tectis polline.
♀. *Spadix* enſiformis. *Germina* angulo immerſa ſolitaria. *Stil.* 1. *Drupa* nucleo ligneo.

1227. ZAMIA. — *Flores* dioici. *Amentum* ſtrobiliforme.
♂. *Squamae* ſubtus tectae polline.
♀. *Drupa* ſolitaria in utroque amenti margine.

* *Spiraea Filipendula*, *Ulmaria*, *Phytolacca icoſandra*, *Meſembryanthema varia*.

** *ſtaminibus receptaculo inſertis*, Fructiflorae.

1032. ZOSTERA. — *Spadix* linearis: altero latere fructifero. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Stam.* alterna. *Sem.* ſolitaria, alterna.

1030. CALLA. — *Spadix* tectus floſculis. *Spatha* plana. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Baccae* polyſpermae.

1028. ARUM. — *Spatha* 1phylla, cucullata. *Spadix* ſupra nudus, inferne femineus, medio ſtamineus.

1027. XYLOPIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Antherae* ſubſeſſiles. *Stil.* o. *Capſ.* 4gonae, 2valves, 1-2loculares, 1-2ſpermae.

1238. AMBROSINIA. *Spatha* 1phylla diſſepimento diviſa. *Stamina* interioris; *piſtilla* exterioris lateris.

704. HYDRASTIS. *Cal.* o. *Cor.* 3petala. *Bacca* compoſita acinis 1ſpermis.

695. ATRAGENE. *Cal.* o. *Cor.* 4petala major: interius polypetala. *Sem.* plurima, ariſtata.

696. CLEMATIS. *Cal.* o. *Cor.* 4petala. *Sem.* plurima, ariſtata.

697. THALICTRUM. *Cal.* o. *Cor.* 4-5petala. *Sem.* plurima, ſubmutica, nuda.

701. ISOPYRUM. *Cal.* o. *Cor.* 5petala, decidua. *Nectaria* 5. *Capſ.* polyſpermae.

702. HELLEBORUS. *Cal.* o. *Cor.* 5petala, perſiſtens. *Nectaria* plura. *Capſ.* polyſpermae.

703. CALTHA. *Cal.* o. *Cor.* 5petala. *Nectaria* o. *Capſ.* plurimae.

694. ANEMONE. *Cal.* o. *Cor.* 6petala. *Sem.* plurima.

700. TROLLIUS. *Cal.* o. *Cor.* 14petala. *Nectaria* linearia. *Capſ.* polyſpermae.

691. MICHELIA. *Cal.* truncatus. *Cor.* 8petala. *Baccae* 4-ſpermae, glomeratae.

1067. SAGITTARIA. *Flores* monoici. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 3petala.
♂. *Filamenta* fere 24.
♀. *Sem.* multa nuda.

CANANGA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Capſ.* plures, pedunculatae, 1loculares, 1ſpermae.

1404. UNONA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Baccae* plures, pedicellatae, 2ſpermae.

692. UVARIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Baccae* polyſpermae, *recept.* longo affixae.

693. ANNONA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Bacca* polyſperma: cortice imbricato.

689. LIRIODENDRUM. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Sem.* plurima, lanceolata, imbricata.

690. MAGNOLIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 9petala. *Capſ.* glomeratae, 2valves. *Sem.* pendula.

HOUTTUYNIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o. *Stamina* piſtillis mixta.

| | |
|---|---|
| 688. DILLENIA. | *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* plures connatae: *recept.* carnoſo. |
| 699. RANUNCULUS. | *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5: ungue nectarifero. *Sem.* plurima. |
| 698. ADONIS. | *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5-10petala. *Sem.* plurima angulata, corticata. |
| HAMADRYAS. | *Cal.* 5-6phyllus. *Petala* 10-12 linearia. *Stil.* o. *Capſ.* 1ſpermae. |
| 611. ILLICIUM. | *Cal.* 6phyllus. *Petala* 27. *Capſ.* 1ſpermae in orbem. |

* *Phytolacca icoſandra. Nigellae nonnullae.*

MONO-

## MONOGYNIA.

613. **CACTUS.** *Cal.* 1phyllus, ſuperus, imbricatus. *Cor.* multiplex. *Antrum* duplicatum 1loculare, pericarpiis oſſeis intus nidulantibus.

* *ſubrotundi*, Echinomelocacti.

mammillaris. 1. C. tectus tuberculis ovatis barbatis. *Pluckn. alm. t.* 29. *f.* 1. 2.

Melocactus. 2. C. quatuordecimangularis. *Cluſ. exot. t.* 32. *β*) ſpinis longis recurvis albidis.

nobilis. 3. C. quindecimangularis. *Mant. p.* 243. *β*) angulis in ſpiram contortis.

** *elongati*, Cerei.

† *erecti*, *ſtantes per ſe.*

Pitajaya. 4. C. triangularis.

tetragonus. 5. C. quadrangularis longus: angulis compreſſis.

pentagonus. 6. C. ſubquinquangularis longus articulatus.

hexagonus. 7. C. ſexangularis longus: angulis diſtantibus. *Knorr del. hort.* 1. *t.* F. 7.

heptagonus. 8. C. oblongus ſeptemangularis.

peruvianus. 9. C. longus ſuboctangularis: angulis obtuſis. *Lob. ic.* 2. *p.* 25.

repandus. 10. C. longus octangularis: angulis compreſſis undatis, ſpinis lana longioribus. *Trew. Ehret t.* 14. *β*) Cactus americanus. *Bradl. ſucc. t.* 12.

lanuginoſus. 11. C. longus ſubnovemangularis: angulis obſoletis, ſpinis lana brevioribus. *Herm. parad. Lugdb. t.* 115.

Royeni. 12. C. novemangularis articulatus: articulis ſubovatis, ſpinis lanam aequantibus.

coquimbanus. 13. C. longus decemangularis: angulis obtuſis, ſpinis longiſſimis rectis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 146.

TT re-

†† *repentes: radiculis lateralibus.*

paraſiticus. 14. C. teres ſtriatus muticus. *Plum. ic.* 197. *f.* 2.

pendulus. 15. C. pendulus: ramis verticillatis teretibus glabris muticis. *Mill. illuſtr. ic. Caſſytha polyſperma.*

triangularis. 16. C. triangularis. *Jacq. act. helv.* 5. *t.* 2.

grandiflorus. 17. C. ſubquinquangularis. *Trew. Ehret. t.* 31. 32.

flagelliformis. 18. C. decemangularis. *Trew. Ehret. t.* 30.

*** *compreſſi: articulis proliferis:* Opuntiae.

moniliformis. 19. C. articulis globoſis ſpinoſis glomeratis. *Plum. ic.* 198.

Opuntia. 20. C. laxus: articulis ovatis, ſpinis ſetaceis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* F. a.

Ficus indica. 21. C. articulis ovato-oblongis, ſpinis ſetaceis.

Tuna. 22. C. articulis ovato-oblongis, ſpinis ſubulatis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* O.

cochenillifer. 23. C. articulis ovato-oblongis ſubinermibus. *Knorr del. hort.* 2. *t.* O. 1.

curaſſavicus. 24. C. articulis cylindrico-ventricoſis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* O. 2.

Phyllanthus. 25. C. enſiformi-compreſſus ſerrato-repandus. *Dill. h. Elth. t.* 64. *f.* 74.

ſpinoſiſſimus. 26. C. caule erecto compreſſo: ramis oppoſitis bifariis compreſſis; ſpinis ſetaceis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 155.

alatus. 27. C. enſiformi-compreſſus crenatus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 77.

**** *caule arboreo tereti.*

Pereskia. 28. C. aculeis geminis recurvis, foliis lanceolato-ovatis. *Dill. h. Elth. t.* 227. *f.* 294.

portulacifolius. 29. C. caule ſpinoſo, foliis cuneiformibus retuſis. *Plum. ic.* 197. *f.* 2.

614. PHILADELPHUS. *Cal.* ſuperus, 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Capſ.*, polyſperma, 4-5locularis, ſemiinfera. *Semina* arillata.

coronarius. 1. Ph. foliis ſubdentatis. *Du Hamel arbr.* 2. *t.* 83. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 2.

inodorus. 2. Ph. foliis integerrimis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 84.

aromaticus. 3. Ph. foliis lineari-lanceolatis enerviis integerrimis, floribus omnibus quinquefidis: calice colorato deciduo. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 156.

laniger. 4. Ph. foliis oblongis acutis integerrimis pubeſcentibus, calicibus lanatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 156.

floribundus. 5. Ph. *Mag. für die Botan.* 7. *t.* 2.

615. PSIDIUM. *Cal.* 5fidus, ſuperus. *Petala* 5. *Bacca* 1 uni-vel multilocularis, polyſperma, infera.

* *pedunculis unifloris.*

pyriferum. 1. Pſ. foliis lineatis obtuſiuſculis. *Trew. Ehret. t.* 43.

decaſpermum. 2. Pſ. foliis ovatis acuminatis planis, pedunculis bracteatis bacca uniloculari. *Suppl. p.* 252. *Forſt. char. gen. t.* 37. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 27. *f.* 5.

grandiflorum. 3. Pſ. foliis ovatis acuminatis, bacca quadriloculari. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 483. *t.* 190.

aromaticum. 4. Pſ. foliis ovato-oblongis acuminatis, bacca quadriloculari. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 485. *t.* 191.

Cujavillus. 8. Pſ. foliis lineatis ovato-lanceolatis, pedunculis ſubbifloris. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 49.

** *pedunculis trifloris.*

pomiferum. 5. Pſ. foliis lineatis acuminatis. *Jacq. obſ. bot.* 2. *t.* 31.

guineenſe. 6. Pſ. foliis ovatis integris ſubtus tomentoſis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 77.

*** pe-

*** *pedunculis multifloris.*

montanum. 7. Pſ. foliis oblongis acuminatis crenulatis nitidis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 77.

PIRIGARA. *Cal.* turbinatus, 4partitus, ſuperus. *Petala* 4-6. *Stigm.* 4gonum, ſeſſile. *Bacca* obtuſa 4gona, 4locularis: loculis 6-7ſpermis.

tetrapetala. 1. P. foliis ovato-oblongis acuminatis dentatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 487. *t.* 192.

hexapetala. 2. P. foliis obovatis acutis ſerrulatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 490. *t.* 193.

616. EUGENIA. *Cal.* 4partitus, ſuperus. *Petala* 4. *Drupa* 1ſperma, 4angularis.

** *foliis integerrimis.*

malaccenſis. 1. E. pedunculis ramoſis lateralibus. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 37. 38.

Jambos. 2. E. pedunculis ramoſis terminalibus. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 39.

carthagenenſis. 18. E. pedunculis ramoſis axillaribus. *Jacq. ſtirp. amer. t.* 173. *f.* 53.

aquea. 19. E. pedunculis quadrifloris, drupa quinqueloculari. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 38. *f.* 2.

Pſeudopſidium. 3. E. pedunculis unifloris pluribus lateralibus terminalibusque. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 140.

periplocaefolia. 4. E. pedunculis paniculatis axillaribus terminalibusque, foliis acuminato-lanceolatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 108. *t.* 4.

paniculata. 5. E. pedunculis paniculatis axillaribus terminalibusque, foliis ovatis obtuſis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 108. *t.* 5. *f.* 1.

montana. 6. E. racemis terminalibus: floribus ſeſſilibus, foliis ovatis acutis glabris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 495. *t.* 195. *β*) Eugenia Cumete. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 497. *t.* 196.

Mini. 7. E. racemis terminalibus axillaribusque: floribus pedunculatis, foliis lanceolatis glabris pellucido-punctatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 498. *t.* 197.

latifolia. 8. E. pedunculis unifloris axillaribus, foliis ovatis acutis rigidis pellucido-punctatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 502. *t.* 199.

gujanenſis. 9. E. pedunculis ſubtrifloris axillaribus, foliis ovatis acutis pellucido-punctatis ſubſeſſilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 506. *t.* 201.

tomentoſa. 10. E. floribus racemoſis, foliis ovatis tomentoſis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 504. *t.* 200.

ſinemarienſis. 11. E. floribus congeſtis ſeſſilibus, foliis ovatis acuminatis glabris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 501. *t.* 198.

cotinifolia. 12. E. foliis ovatis obtuſis, pedunculis unifloris. *Mant. p.* 243. *Jacq. obſ. bot.* 3. *t.* 53.

uniflora. 13. E. foliis cordato-lanceolatis, pedunculis unifloris lateralibus. *Till. h. piſ. t.* 44.

undulata. 14. E. floribus axillaribus ſubſeſſilibus, foliis ovato-oblongis acuminatis glabris, pellucido-punctatis undulatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 508. *t.* 202. *β*) Eugenia Ariboa. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 510.

baruenſis. 15. E. pedunculis lateralibus unifloris racemoſisque. *Jacq. coll.* 3. *p.* 183. *utrum hujus, an ſequentis tribus?*

** *foliis crenatis.*

acutangula. 16. E. pedunculis terminalibus, pomis oblongis acutangulis. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 115.

racemoſa. 17. E. racemis longiſſimis, pomis ovatis quadrangulis. *Rumpf. amb.* 3. *t.* 116.

CATINGA. *Cal.* minimus, 4dentatus, ſuperus. *Cor.* - - *Drupa* rotunda 1locularis: cortice carnoſo intus fibroſo.

moſchata. 1. C. drupa globoſa. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 511. *t.* 203. *f.* 1.

aromatica. 2. C. drupa pyriformi. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 512. *t.* 203. *f.* 2.

METROSIDEROS. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* calicis ventre corticata. *Sem.* immatura numeroſiſſima, lineari-paleacea, matura pauciſſima rotundata, aut angulata.

* *capſula* 3-4*loculari.*

gummifera. 1. M. calice fructifero globoſo ſuberoſo edentulo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 1.

2. M.

coſtata. 2. M. calice fructifero ovato-globoſo coſtato breviſſime quinquedentato. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 2.

ſolicifolia. 3. M. calice fructifero ſubgloboſo truncato edentulo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 3.

viminalis. 4. M. calice fructifero ſubhemiſphaerico craſſo edentulo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 4.

armillaris. 5. M. calice fructifero ſubgloboſo craſſo edentulo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 5.

nodoſa. 6. M. calicibus aggregatis ſphaericis edentulis glaberrimis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 6.

fulgens. 7. M. calice fructifero ovato-oblongo obſolete coſtato ſubedentulo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent* 3. *t.* 34. *f.* 7.

excelſa. 8. M. calice fructifero tomentoſo quinquedentato. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 8.

ſpectabilis. 9. M. calice fructifero tomentoſo obſolete pentagono obtuſe quinquedentato. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 9.

ſcandens. 10. M. calice fructifero hemiſphaerico quinquedentato. *Gaertn. de fruct. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 10.

albiflora. 11. M. calice fructifero cum tota capſula connato ſubtus ventricoſo ſurſum anguſtato: dentibus quinque patulis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 11.

myrtifolia. 12. M. calice fructifero arcte capſulae adhaerente infundibuliformi, quinquedentato. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 12.

** *capſula quinqueloculari*, Leptoſperma.

arachnoidea. 13. M. capſulis globoſis: calice tenuiſſimo lanato, quinquedentato. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 3.

umbellata. 14. M. capſulis umbellatis ſubgloboſis ad verticem pyramidis auctis. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 3.

ſquarroſa. 15. M. capſulis ſubgloboſis: calice edentulo; margine inaequali repando. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 3.

FABRICIA. *Cal.* adnatus, hemiſphaericus, 5partitus. *Petala* 5 rotundata, concava, ſeſſilia. *Stigm.* globoſum. *Capſ.* multilocularis. *Sem.* pauca, alata.

myrtifolia. 1. Fabricia. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 4.

EUCALYPTUS. *Cal.* operculum ſuperum, integerrimum, truncatum. *Cor.* calyptra obverſe hemiſphaerica ante antheſin diſcedens. *Capſ.* ſubquadrilocularis, apice dehiſcens, polyſperma.

obliqua. 1. EUCALYPTUS. *Herit. ſert. angl. p.* 18. *t.* 20.

617. MYRTUS. *Cal.* 4-5fidus, ſuperus. *Petala* 0, 3-5. *Bacca* 1-3ſperma, 1-3locularis.

* *corolla pentapetala.*

communis. 1. M. floribus ſolitariis, involucro diphyllo. *Blackw. herb. t.* 114. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 38. *f.* 2.

braſiliana. 2. M. floribus ſolitariis, pedunculis nudis, petalis ſubciliatis. *Comm. h. amſt.* 1. *t.* 89.

Luma. 3. M. floribus ſolitariis, foliis ſuborbiculatis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 148.

Ugni. 4. M. floribus ſolitariis, ramis oppoſitis, foliis ovalibus ſubſeſſilibus. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 136.

alpina. 5. M. pedunculis ſolitariis terminalibus unifloris breviſſimis, foliis ovatis, ramulis quaternis faſtigiatis, caule arboreo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 77.

tomentoſa. 39. M. pedunculis unifloris, foliis triplinerviis ſubtus tomentoſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 159. *Plukn. amalth. t.* 372. *f.* 1.

procera. 6. M. pedunculis unifloris axillaribus confertis, foliis ovatis acuminatis planis glabris, ramis virgatis, caule arboreo. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 77.

liguſtrina. 7. M. pedunculis ſolitariis ramoſisque terminalibus unifloris, foliis lanceolatis obtuſis convexis lucidis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

biflora. 8. M. pedunculis bifloris, foliis lanceolatis. *Brown. jam. t.* 25. *f.* 3.

crenulata. 9. M. pedunculis ſolitariis axillaribus ſubtrifloris, foliis ſubrotundis crenulatis glabris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

lucida. 10. M. pedunculis ſubtrifloris, foliis ſubſeſſilibus lanceolatis attenuatis.

11. M.

anguſtifolia. 11. M. pedunculis umbellatis, foliis lineari-lanceolatis ſubſeſſilibus. *Mant. p.* 74. *Burm. afr. t.* 83. *f.* 2.

laevis. 12. M. pedunculis umbellatis, foliis ovatis acuminatis. *Thunb. flor. jap. p.* 198.

cumini. 13. M. pedunculis multifloris, foliis lanceolato-ovatis. *Rumpf. amb.* 1. *t.* 41.

maxima. 14. M. pedunculis multifloris, foliis alternis ſubovalibus. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 149.

lineata. 15. M. floribus axillaribus ſubſeſſilibus, foliis ovatis acuminatis rigidis lineatis ſubtus incanis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

cordata. 16. M. floribus axillaribus lateralibusque ſubſeſſilibus, foliis ſeſſilibus cordatis ovatis nitidis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

laurina. 17. M. pedunculis racemoſis bracteolatis, foliis ovato-lanceolatis ſerrulatis glabris. *Burm. zeyl. p.* 139. *t.* 62.

buxifolia. 18. M. racemulis breviſſimis confertis axillaribus, foliis cuneatis oblongis obtuſis convexiuſculis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

glabrata. 19. M. racemulis breviſſimis axillaribus multifloris, foliis ellipticis acuminatis convexis coriaceis glaberrimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

diſticha. 20. M. pedunculis axillaribus multifloris folio brevioribus, foliis diſtichis deflexis ovato-lanceolatis; ramis patentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

monticola. 21. M. pedunculis multifloris breviſſimis axillaribus ſolitariis, foliis ovatis obtuſatis planis glaberrimis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

axillaris. 22. M. pedunculis multifloris breviſſimis axillaribus confertis, foliis ovatis acuminatis nitidis planis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

Gregii. 23. M. pedunculis multifloris axillaribus, foliis ovato-ellipticis acutis integerrimis ſubtus pubeſcentibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 78.

dioica. 24. M. pedunculis trichotomo-paniculatis, foliis oblongis, floribus dioicis.

virgultoſa. 25. M. pedunculis axillaribus terminalibusque paniculatis: pedicellis remotis decuſſatis unifloris, foliis lato-lanceolatis attenuatis, ramis virgatis, caule arboreo. *Plum. ic.* 208. *f.* 1.

ſplendens. 26. M. pedunculis axillaribus ſolitariis trichotomis, foliis ellipticis acuminatis planis venoſis ſcarioſis nitidis, ramis virgatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 79.

zeylanica. 27. M. pedunculis multifloris, foliis ovatis ſubpetiolatis. *Herm. h. Lugdb. t.* 435. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 1.

androſaemoides. 28. M. pedunculis trifido-multifloris, foliis ſubovalibus ſeſſilibus.

caryophyllata. 29. M. pedunculis trifido-multifloris, foliis obovatis. *Jacq. obſ. bot.* 2 *t.* 25.

acris. 30. M. pedunculis axillaribus terminalibusque corymboſis trichotomis folio longioribus, foliis ellipticis convexis, coriaceis venoſis punctatis, caule arboreo. *Plukn. alm. t.* 155. *f.* 3. *β) Plum. ic.* 208. *f.* 2.

fragrans. 31. M. pedunculis axillaribus trichotomis ſimplicibusque, foliis ovatis convexiuſculis ſubcoriaceis punctatis glabris, caule arboreo. *Aubl. pl. guj. p.* 495. *t.* 195. *Eugenia montana.*

Pimenta. 32. M. foliis alternis oblongo-ovatis. *Blackw. herb. t.* 355. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 38. *f.* 2.

triflora. 39. M. foliis alternis, pedunculis trifloris. *Jacq. ſtirp. amer. t.* 183. *f.* 59.

** *corolla nulla, calice operculato,* Calyptranthae.

rigida. 33. M. arboreſcens, pedunculis ſolitariis axillaribus ſubtrifloris, foliis ovatis acutis convexis aveniis rigidis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 80.

Chytraculia. 34. M. pedunculis dichotomis paniculatis tomentoſis, foliis terminalibus ſubovatis geminis. *Brown. jam. t.* 137. *f.* 2.

Zuzygium. 35. M. pedunculis multifloris, ramis dichotomis, foliis geminis ſubovatis terminalibus. *Brown. jam. t.* 7. *f.* 2.

Makal. 36. M. bacca ovato-globoſa coriacea glabra: ſemine bilobo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 1.

paniculata. 37. M. bacca ovata coriacea tenui: ſemine bilobo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 1.

nitida. 38. M. bacca ſphaerica longiſſime pedunculata glabra: ſemine bilobo. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 1.

*** *dubiae tribus.*

cotinifolia. 40. M. foliis alternis ovatis. *Plum. amer. t.* 208. *f.* 1.

ſaligna. 41. M. foliis lineari-lanceolatis integerrimis, ſpicis terminalibus, baccis ſeſſilibus. *Rumpf. amb.* 2. *t.* 17. *f.* 2.

linearis. 42. M. foliis linearibus, floribus axillaribus geminis pedunculatis. *Plum. amer. t.* 207. *f.* 2.

SCOLOPIA. *Cal.* 3-4partitus, perſiſtens. *Cor.* 3-4-petala, calice duplo longior. *Stigma* 3lobum: foveolis 3 impreſſis. *Bacca* ſubrotunda, ſtilo coronata, 1locularis, 6ſperma.

Schreberi. 1. Scolopia. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 335.

FOETIDIA. *Cal.* 4fidus, turbinatus, ſuperus. *Stigm.* 4fidum. *Capſ.* lignoſa, 4angularis, 4locularis; loculis 1-2ſpermis.

borbonica. 1. Foetidia. *Juſſieu gen. plant. p.* 325.

GUAPURUM. *Cal.* 4fidus ſuperus. *Petala* 4. *Bacca* ſphaerica, 2-4ſperma.

peruvianum. 1. Guapurum. *Juſſieu gen. plant. p.* 324.

618. PUNICA. *Cal.* 5-10fidus, ſuperus. *Petala* 5. *Bacca* infera multilocularis, polyſperma.

Granatum. 1. P. foliis lanceolatis, caule arboreo. *Blackw. herb. t.* 97. 145. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 3. *t.* 38. *f.* 1.

nana. 2. P. foliis linearibus, caule fruticoſo.

619. AMYGDALUS. *Cal.* 5fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupa* nuce poris perforata.

Perſica. 1. A. foliorum ſerraturis omnibus acutis, floribus ſeſſilibus ſolitariis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* P. 1.

communis. 2. A. foliis petiolatis ſerratis: ſerraturis infimis glanduloſis, floribus geminis: petalis emarginatis. *β) Knorr del. hort.* 1. *t.* M. 1. *γ) Blackw. herb. t.* 105.

dulcis. 3. A. foliis petiolatis crenatis, floribus geminis: corollis calice vix majoribus.

pumila. 4. A. foliis venoſo-rugoſis. *Mant. p.* 74. 514. *Herm. par. Lugdb. t.* 489.

nana. 5. A. foliis baſi attenuatis. *Mant. p.* 396. *Jungh. plant. ic. cent.* 1. *n.* 14. *Pallas fl. roſſ. t.* 6.

incana. 6. A. foliis lanceolatis ſerratis ſubſeſſilibus rugoſis: ſubtus albo-tomentoſis. *Pallas flor. roſſ. t.* 7.

orientalis. 7. A. foliis lanceolatis integerrimis argenteis perennantibus: petiolo brevi. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 162.

## 620. PRUNUS. *Cal.* 5fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupae* 1locularis ſuperne clauſae nux ſuturis prominulis.

Padus. 1. Pr. floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis *Flor. dan. t.* 205. *β*) caucaſica. *Pallas flor. roſſ. p.* 17.

rubra. 29. Pr. floribus racemoſis: racemis erectis, foliis deciduis laevibus baſi biglanduloſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 162.

virginiana. 2. Pr. floribus racemoſis, foliis deciduis crenatis baſi anterius glanduloſis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 94.

nana. 3. Pr. floribus racemoſis, foliis deciduis argute ſerratis baſi anterius glanduloſis. *Du Roi barbk. Baumz.* 2. *p.* 194. *t.* 4.

canadenſis. 4. Pr. floribus racemoſis, foliis deciduis eglanduloſis lato-lanceolatis rugoſis utrinque pubeſcentibus. *Pluckn. alm. t.* 58. *f.* 4.

occidentalis. 5. Pr. floribus racemoſis: racemis lateralibus, foliis perennantibus eglanduloſis oblongis acuminatis integris utrinque glabris. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 80.

ſphaerocarpa. 6. Pr. floribus racemoſis: racemis axillaribus, foliis ſempervirentibus eglanduloſis integris nitidis, drupis ſubrotundis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 79. *t.* 193. *f.* 1.

luſitanica. 7. Pr. floribus racemoſis, foliis ſempervirentibus eglanduloſis ovatis, drupis oblongis. *Mill. ic.* 196. *f.* 1.

Laurocerafus. 8. Pr. floribus racemoſis, foliis ſempervirentibus dorſo biglanduloſis. *Blackw. herb. t.* 512.

carolina. 9. Pr. floribus racemoſis, foliis lanceolatis acute denticulatis ſempervirentibus. *Du Roi barbk. Baumz.* 2. *p.* 193.

10. Pr.

elliptica. 10. Pr. floribus racemoſis, foliis ellipticis ſerratis glabris. *Thunb. flor. jap. p.* 199.

paniculata. 11. Pr. floribus paniculatis patulis, foliis ovatis. *Thunb. flor. jap. p.* 200.

Mahaleb. 12. Pr. floribus corymboſis terminalibus, foliis ovatis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 227.

latifolia. 13. Pr. umbellis ſeſſilibus, foliis obovato-oblongis ſerratis: petiolis nudis. *Moench Weiſſenſt. p.* 85.

avium. 14. Pr. umbellis ſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis ſubtus pubeſcentibus conduplicatis. *Mant. p.* 397. *Blackw. herb. t.* 425.

penſilvanica. 15. Pr. umbellis ſubſeſſilibus aggregatis multifloris, foliis ovato-lanceolatis, ramulis pallide punctatis. *Suppl. p.* 252.

nigra. 30. Pr. umbellis ſeſſilibus ſolitariis paucifloris, foliis ovatis acuminatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 165.

Ceraſus. 16. Pr. umbellis ſubpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. *Blackw. herb. t.* 449. *β) du Hamel arbr. fr.* 1. *t.* 7. *γ) du Hamel arbr. fr.* 1. *t.* 5.

pumila. 17. Pr. floribus ſubumbellatis, foliis anguſto-lanceolatis ſubtus glaucis. *Mant. p.* 75. *Mill. ic.* 89. *f.* 2.

Chamaeceraſus. 18. Pr. floribus ſubumbellatis, foliis lanceolatis ſerrulatis utrinque glaberrimis petiolatis. *Pallas flor. roſſ. t.* 8. *b.*

Armeniaca. 19. Pr. floribus ſeſſilibus, foliis ſubcordatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 2.

ſibirica. 20. Pr. floribus ſeſſilibus, foliis ovato-oblongis, fructibus exſuccis. *Pallas flor. roſſ. t.* 8.

inſititia. 21. Pr. pedunculis geminis, foliis ovatis ſubvilloſis convolutis, ramis ſpineſcentibus. *Blackw. herb. t.* 305.

domeſtica. 22. Pr. pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. *Blackw. herb. t.* 309. *β) Knorr del. hort.* 1. *t.* P. 2. *γ) du Hamel. arbr. fr.* 2. *t.* 20. *f.* 14. *δ) du Hamel. arbr. fr.* 2. *t.* 20. *f.* 15.

ſpinoſa. 23. Pr. pedunculis ſolitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis ſpinoſis. *Blackw. herb. t.* 494.

japonica. 24. Pr. pedunculis ſolitariis, foliis ovatis acuminatis glabris, ramis inermibus. *Thunb. flor. jap. p.* 201.

glanduloſa. 25. Pr. pedunculis ſolitariis, foliis oblongis glanduloſo-ſerratis, ramis inermibus. *Thunb. flor. jap. p.* 202.

26. Pr.

incisa. 26. Pr. pedunculis ſolitariis, foliis ovatis inciſo-ſerratis villoſis, ramis inermibus. *Thunb. flor. jap. p.* 202.

tomentoſa. 27. Pr. pedunculis ſolitariis, foliis ovatis ſubtus tomentoſis. *Thunb. flor. jap. p.* 203.

aſpera. 28. Pr. floribus ſolitariis terminalibus, foliis ovatis ſerratis aſperis. *Thunb. flor. jap. p.* 201.

671. PLINIA. *Cal.* 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Drupa* ſupera, ſulcata.

crocea. 1. Pl. floribus pentapetalis. *Plum. ic.* 225.

pedunculata. 2. Pl. floribus tetrapetalis pedunculatis: ſtaminibus receptaculo inſertis. *Mant. p.* 243. *Suppl. p.* 253.

ROBINSONIA. *Cal.* turbinatus, 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Stigma* ſeſſile, ſtriatum. *Bacca* depreſſo-globoſa longitudinaliter ſulcata, infera, 7locularis: loculis 1ſpermis.

gujanenſis. 1. Robinsonia. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 492. *t.* 194.

CASSIPUREA. *Cal.* turbinatus, 4-5dentatus. *Cor.* 5petala. *Anther.* incumbentes, 2loculares. *Stilus* longus, villoſus. *Stigma* obtuſum. *Peric.* - - -

gujanenſis. 1. Cassipurea. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 528. *t.* 211.

621. CHRYSOBALANUS. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Drupae* Nux 5ſulcata, 5valvis.

Icaco. 1. Chrysobalanus. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 141.

GRANGERIA. *Cal.* 5fidus, inferus. *Petala* 5. *Stamina* 15. *Drupa* ſubtriquetra: *Nux* oſſea, 3quetra, 1ſperma.

borbonica. 1. Grangeria. *Juſſieu gen. plant. p.* 340.

XY-

XYLOSMA. *Flores* dioici. *Cal.* 4-5partitus. *Cor.* 0.
♂. *Stamina* calice duplo longiora, nectario annulato cincta.
♀. *Stilus* minimus. *Stigma* obſolete 3fidum. *Bacca*? ſicca, ſubbilocularis: loculis 2ſpermis.

ſuaveolens. 1. X. foliis ovatis ſerratis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 72. *charact. gen. t.* 63. *f.* k.

orbiculatum. 2. X. foliis ſubrotundis integerrimis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 72. *char. gen. t.* 63. *f.* a-i.

POSSIRA. *Cal.* 4partitus. *Petalum* 1 laterale. *Legumen* 1loculare, 2valve.

ſimplex. 1. P. foliis ſimplicibus oblongis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 82.

triphylla. 2. P. foliis ternatis: petiolis marginatis. *Aubl. pl. guj. p.* 931. *t.* 355.

CUBLANDIA. *Cal.* tubuloſus, 4dentatus. *Cor.* 1petala, 4fida: tubo oblongo. *Filamenta* baſi coadunata. *Legumen* nodoſum: nodulis 1ſpermis.

frutesſcens. 1. Cublandia. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 937. *t.* 356.

640. MARCGRAVIA. *Cor.* 1petala, calyptriformis. *Cal.* 6phyllus, imbricatus. *Bacca* multilocularis, polyſperma.

umbellata. 1. Marcgravia. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 143.

1397. TERNSTROEMIA. *Cor.* 1petala, 5-6partita urceolata. *Cal.* 5partitus. *Bacca* exſucca, 2locularis, evalvis, polyſperma.

elliptica. 1. T. foliis ellipticis acutis integris, pedunculis lateralibus. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 81.

2. T.

meridionalis. 2. T. foliis obovatis integris, pedunculis terminalibus. *Suppl.* p. 264. *Mutis amer.* 1. *t.* 9.

punctata. 3. T. foliis oblongis integris ſubemarginatis margine punctatis, pedunculis axillaribus. *Aubl. pl. guj. p.* 571. *t.* 228. Taonobo punctata.

dentata. 4. T. foliis oblongis acuminatis dentato-ſerratis, pedunculis axillaribus lateralibus. *Aubl. pl. guj. p.* 569. *t.* 227. Taonobo dentata.

1398. ALSTONIA. *Cor.* 1petala, 8-10fida: laciniis alternatis.

theaeformis. 1. ALSTONIA. *Suppl. p.* 264.

THOTTEA. *Cal.* 0. *Cor.* 1petala, ſupera, margine triloba. *Receptac.* truncatum, radiatum. *Stigma* in centro radiorum. *Stil.* 0. *Siliq.* 4angularis.

grandiflora. 1. THOTTEA. *Fr. Rottböll. n. act. dan.* 2. *p.* 530. *t.* 2.

CIPONIMA. *Cal.* turbinatus, 5dentatus. *Cor.* 1petala, tubuloſa, 5partita. *Filamenta* baſi conjuncta in 2 ordines digeſta. *Stigma* capitatum. *Bacca* ovata 1locularis: *oſſiculo* 4loculari; *loculis* 1ſpermis.

gujanenſis. 1. CIPONIMA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 566. *t.* 226.

PARALEA. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 1petala, carnoſa, 4partita: tubo 4gono. *Peric.* - - -

gujanenſis. 1. PARALEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 576. *t.* 231.

MAD-

MADHUCA. *Cal.* ſemiquadrif. ſuperne imbricatus. *Cor.* tubo inflato, ſquamis 9 imbricatis intus aucta. *Antherae* ſeſſiles. *Drupa* 2-3locularis: loculis 1ſpermis.

indica. 1. MADHUCA. *Hamilton act. ſoc. benghal.* 1. *p.* 300. *c. ic.*

NECTANDRA. *Cor.* infundibuliformis, 6partita, intus tomentoſa. *Cal.* o. *Nectarium* ſquamae 9 obovatae. *Filamenta* 36 in 9 quadrigas per ſquamas nectarii diſtributa. *Drupa* turbinata, truncata, calici affixa.

ſanguinea. 1. N. caule diffuſo, foliis alternis lanceolatis, antheris quaternis collateralibus. *Fr. Rottb. act. litter. univ. Havn.* 1778. *p.* 279.

bijuga. 2. N. foliis ovato-lanceolatis acuminatis, racemis filiformibus, floribus polygamis: antheris bijugis. *Fr. Rottb. act. litt. un. Havn.* 1778. *p.* 281.

MITRARIA. *Cal.* inferus, 1phyllus, 2partitus. *Petala* 2-3 concava, ſuperne rotundata. *Nux* 1locularis, 2ſperma, calice tecta, ſubtetragona.

Commerſonia. 1. MITRARIA. *Sonner. it. nov. Guin. p.* 14. *t.* 8. 9.

MENICHEA. *Cal.* 3partitus, in fructum abiens. *Petala* 4concava, ſuperius rotundata. *Drupa* ſulcata, ſubovata, 1locularis, 1ſperma.

roſata. 1. MENICHEA. *Sonner. it. nov. guin. p.* 133. *t.* 92. 93.

1158. MIMOSA. *Flores* mere maſculi reliquis interſiti. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5fida aut. o. *Stamina* 4-100. *Legumen.*

* *foliis ſimplicibus.*

ſimplicifolia. 1. M. inermis arborea, foliis ovatis integerrimis nervoſis obtuſis, ſpicis globoſis pedunculatis. *Suppl. p.* 436. *Rumpf amb.* 3. *t.* 81.

verticillata. 2. M. inermis, foliis verticillatis linearibus pungentibus. *Herit. ſert. angl. p.* 30. *t.* 41.

** *foliis bigeminis.*

bigemina. 3. M. inermis, foliis acuminatis. *Flores monadelphi.*

Unguis Cati. 4. M. ſpinoſa, foliis obtuſis. *Plum. ic. t.* 4. *Flores monadelphi.*

*** *foliis tergeminis.*

tergemina. 5. M. inermis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 262. *f.* 69. *Flores monadelphi.*

**** *foliis conjugatis pinnatisque.*

† *inermes.*

latifolia. 6. M. pinnis terminalibus oppoſitis: lateralibus alternis. *Plum. ic.* 9.

purpurea. 7. M. pinnis intimis minoribus. *Plum. ic.* 10. *f.* 1.

viva. 8. M. foliis partialibus quadrijugis ſubrotundis, caule herbaceo. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 182. *f.* 7.

†† *ſpinoſae.*

reticulata. 9. M. ſpinis ſtipularibus, foliolis ſexjugis: petiolis glandula aculeoque terminatis. *Pluckn. alm. t.* 123. *f.* 2.

††† *aculeatae.*

circinalis. 10. M. pinnis aequalibus, ſtipulis ſpinoſis. *Catesb. car.* 2. *t.* 97.

cineraria. 11. M. pinnis aequalibus, aculeis incurvis. *Pluckn. alm. t.* 2. *f.* 1.

caſta. 12. M. foliis partialibus trijugis ſubaequalibus. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 28. *Flores decandri.*

13. M.

Senſitiva. 13. M. foliis partialibus bijugis: intimis minimis. *Trew. Ehret. t. 95. Flores pentandri apetali.*

pudica. 14. M. foliis ſubdigitatis, caule hiſpido. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 29. *Flores tetrandri apetali.*

***** *foliis ſimpliciter pinnatis.*

† *ſpinoſa.*

ſtellata. 15. M. ſpinis ſtellatis ternis: duabus apice recurvis, foliis geminis novemjugis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 177.

†† *inermes.*

Inaa. 16. M. foliis quinquejugis: petiolo marginato articulato. *Merian. ſurin. t.* 51.

alba. 17. M. foliis trijugis: pinnis aequalibus ovatis acuminatis; petiolis ſubmarginatis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 85.

laurina. 18. M. foliis bijugis: pinnis ovatis nitidis ſubaequalibus; petiolis linearibus anguloſis, ſpicis axillaribus ſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. et ſp. p.* 85.

fagifolia. 19. M. foliis bijugis: petiolo marginato. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 247.

nodoſa. 20. M. foliis bijugis: pinnis interioribus minoribus; petiolo lineari. *Pluckn. alm. t.* 211. *f.* 5.

natans. 21. M. procumbens, foliis bijugis, capitulis ſubrotundis, floribus decandris, radicalibus ſterilibus minoribus. *Suppl. p.* 439.

Burgoni. 22. M. foliis bijugis: petiolis biglanduloſis non marginatis, legumine exſucco. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 941. *t.* 358.

****** *foliis bipinnatis.*

† *inermes.*

ſcandens. 23. M. foliis conjugatis cirrho terminatis: foliolis bijugis. *Pluckn. phyt.* 211. *f.* 6. *Flores decandri pentapetali.*

Entada. 24. M. foliis cirrho terminatis: partialibus quinquejugis. *Jacq. ſtirp. amer. t.* 183.

plena. 25. M. ſpicis pentandris: inferioribus planis. *Mill. ic.* 190. *f.* 2.

## TEMUS. *Cal.* 3fidus. *Cor.* 18petala. *Bacca* 2cocca.

moſchata. 1. Temus. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 153.

## 1133. CLIFFORTIA. *Flores* dioici. *Cal.* 3phyllus, ſuperus. *Cor.* 0. ♀. *Capſ.* 2locularis. *Sem.* 1.

* *foliis ſimplicibus.*

odorata. 1. Cl. foliis ovoatis ſerratis coſtatis ſubtus villoſis. *Suppl. p.* 431.

ilicifolia. 2. Cl. foliis ſubcordatis dentatis. *Mant. p.* 499. *Mill. illuſtr. ic.*

ruſcifolia. 3. Cl. foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. Cliff. t.* 31.

ferruginea. 4. Cl. foliis lanceolatis ſetaceo-ſerratis. *Suppl. p.* 429.

graminea. 5. Cl. foliis enſiformibus ſerrulatis: petiolis dilatatis terminatis ariſtis binis ſtipuliformibus. *Suppl. p.* 429.

cuneata. 6. Cl. foliis cuneiformibus apice ſerratis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 413.

polygonifolia. 7. Cl. foliis linearibus piloſis. *Hort. Cliff. t.* 32.

filifolia. 8. Cl. foliis filiformibus triquetris glabris integerrimis. *Suppl. p.* 430.

teretifolia. 9. Cl. foliis faſciculatis teretibus ſubulatis incurvis glabris integris. *Suppl. p.* 430.

ericaefolia. 10. Cl. foliis faſciculatis teretibus ſulcatis glabris. *Suppl. p.* 430.

** *foliis binatis.*

crenata. 11. Cl. foliis orbiculatis crenulatis. *Suppl. p.* 430.

pulchella. 12. Cl. foliis orbiculatis integerrimis. *Suppl. p.* 430.

*** *foliis ternatis.*

trifoliata. 13. Cl. folio intermedio tridentato. *Pluckn. alm. t.* 319. *f.* 4.

ſarmentoſa. 14. Cl. foliis linearibus villoſis. *Mant. p.* 299.

ſtrobilifera. 15. Cl. foliis linearibus acutis laevibus. *Pluckn. alm. t.* 275. *f.* 2.

16. Cl.

falcata. 16. Cl. foliis linearibus falcatis glabris. *Suppl. p.* 431.

juniperina. 17. Cl. foliis triquetris ſubulatis confertis. *Suppl. p.* 430.

ternata. 18. Cl. foliolis integris piloſis. *Suppl. p.* 430.

obcordata. 19. Cl. foliolis ſubrotundis: intermedio obcordato. *Suppl. p.* 429.

1076. LIQUIDAMBAR. *Flores* monoici. *Cal.* communis 4phyllus. *Cor.* 0. ♀. *Capſ.* multae, 2valves, polyſpermae in globum.

Styraciflua. 1. L. foliis palmato-lobatis: ſinubus baſeos venarum villoſis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 65.

imberbe. 2. L. foliis palmato-lobatis: ſinubus baſeos venarum laevibus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 365.

peregrinum. 3. L. foliis oblongis alternatim ſinuatis. *Plukn. alm. t.* 100. *f.* 6. 7.

1069. POTERIUM. *Flores* monoici. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4partita.
♂. *Stamina* 30-40.
♀. *Drupa* exſucca infera, 1-2-locularis e tubo corollae indurato.

Sanguiſorba. 1. P. inerme, caulibus ſubanguloſis. *Blackw. herb. t.* 413. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 32. *f.* 3.

hybridum. 2. P. inerme, caulibus teretibus ſtrictis. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 72. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 32. *f.* 3.

caudatum. 3. P. inerme fruteſcens, ramis teretibus villoſis, ſpicis elongatis laxis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 354.

ſpinoſum. 4. P. ſpinis ramoſis. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 73. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 32. *f.* 3.

678. PAEONIA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5 aut plura. *Stil.* o. *Capſ.* polyſpermae leguminoſae, ſubquinae. *Sem.* ſubgloboſa.

officinalis. 1. P. foliis decompoſitis nudis: foliolis lobatis; lobis lato-lanceolatis, capſulis rectiuſculis tomentoſis. *Blackw. herb. t.* 245.

humilis. 2. P. foliis biternatis ſubtus ſubvilloſis: foliolis tripartito-laciniatis, capſulis erectiuſculis piloſis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* R. 2. R. 3.

integra. 3. P. foliis biternatis: foliolis integris ovatis, corolla regulari integerrima. *Murray comm. Goett.* 1784. *et* 1785. *p.* 92. *Mill. illuſtr. ic.*

anomala. 4. P. foliis ternatis, calice folioſo, capſulis glabris depreſſis. *Murray comm. Goett.* 1784. *et* 1785. *p.* 90. *t.* 5.

tenuifolia. 5. P. foliolis linearibus multipartitis. *Linn. dec.* 9. *t.* 5. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 65. *f.* 1.

679. CURATELLA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 4. *Capſ.* 2partita: loculis 2ſpermis.

americana. 1. CURATELLA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 579. *t.* 232.

1346. FOTHERGILLA. *Cal.* truncatus, integerrimus. *Cor.* o. *Germen* 2fidum. *Capſ.* 2locularis. *Sem.* ſolitaria, oſſea.

alnifolia. 1. FOTHERGILLA. *Suppl. p.* 267. *Jacq. Coll.* 1. *p.* 97. *pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 87.

680. CALLIGONUM. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Stil.* o. *Fructus* hiſpidus, 1ſpermus.

polygonoides. 1. CALLIGONUM. *Mant. p.* 404. *Pallas it.* 2. *p.* 738. *t.* S. R. Pterococcus aphyllus.

TRICHOCARPUS. *Cal.* 4-5partitus. *Cor.* o. *Stili* apice 2fidi. *Capſ.* ovato-tetragona, ſetis deciduis hiſpida, 4valvis, 1locularis, polyſperma.

gujanenſis. 1. TRICHOCARPUS. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 585. *t.* 234.

LACIS. *Cal.* o. *Cor.* o. *Filamenta* inferne utrinque alata. *Receptac.* ſpinis 12 cinctum. *Capſ.* ovata, 8ſtriata, 1locularis, 2valvis, polyſperma.

fluviatilis. 1. LACIS. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 582. *t.* 233.

## TRIGYNIA.

623. SORBUS. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Pomum* 5loculare, ſuperne apertum, 3ſpermum.

aucuparia. 1. S. foliis pinnatis utrinque glabris. *Mill. illuſtr. ic.*
domeſtica. 2. S. foliis pinnatis ſubtus villoſis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 447.
hybrida. 3. S. foliis ſemipinnatis ſubtus tomentoſis. *Flor. dan. t.* 311.

624. SESUVIUM. *Cal.* 5partitus, coloratus. *Cor.* o. *Capſ.* ovata, 3locularis, circumſciſſa, polyſperma.

Portulacaſtrum. 1. SESUVIUM. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 142.

CONAMI. *Flores* dioici. *Cal.* 6partitus. *Cor.* o. ♀. *Germ.* ovatum, 6ſtriatum. *Stili* ſemifiſſi. *Stigm.* villoſa. *Capſ.* 6locularis.

braſilienſe. 1. CONAMI. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 926. *t.* 354.

EURY-

EURYANDRA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 3petala. *Antherae* 2dymae. *Folliculi* 3ovati, divaricati.

ſcandens. 1. EURYANDRA. *Forſt. char. gen. p.* 41. *t.* 41.

1156. BEGONIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 0. *Cor.* 4petala. *Stamina* (circiter) 25.
♀. *Cal.* 2phyllus inferus. *Cor.* 5petala. *Stigm.* 2partita, ſpiraliter torta. *Capſ.* inaequalis, 3angularis, 3alata, 3locularis, polyſperma, infera.

ferruginea. 1. B. caule fruticoſo declinato, foliis integerrimis, floribus paniculatis. *Suppl. p.* 419. *Mutis amer.* 1. *t.* 18.

obliqua. 2. B. caule fruticoſo ſubereᴄto, foliis oblique cordatis carnoſis glaberrimis, ſtipulis tripteris. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *p.* 95. *t.* 46.

grandifolia. 3. B. caule fruticoſo ereᴄto, foliis ſerratis glabris: floribus paniculatis. *Plum. ic.* 45. *f.* 1.

minor. 4. B. caule fruticoſo ereᴄto, foliis dentatis glabris, floribus paniculatis. *Jacq. colleᴄt.* 1. *p.* 128.

dichotoma. 5. B. caule fruticoſo ereᴄtiuſculo, foliis dentatis glabris, pedunculis terminalibus ſuperne dichotomis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 250.

acutifolia. 6. B. caule fruticoſo reptante, foliis acuminatis inaequaliter ſerratis glabris, floribus paniculatis. *Plum. ic.* 45. *f.* 3.

glabra. 7. B. caule fruticoſo radicante, foliis ſerratis glabris, floribus paniculatis dichotomis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 916. *t.* 349.

malabarica. 8. B. caule ereᴄto, foliis obſolete dentatis ſubtus hirſutis, pedunculis ſubtrifloris. *Rheed. h. malab.* 9. *p.* 167. *t.* 68.

humilis. 9. B. caule ereᴄto, foliis hiſpidis ſemicordatis acuminatis duplicato-ſerratis, capſulae alis rotundatis parum inaequalibus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 353.

urticae. 10. B. herbacea diffuſa, foliis biſerratis hiſpidis, pedunculis axillaribus elongatis unifloris, fruᴄtu hiſpido. *Suppl. p.* 420.

hirſuta. 11. B. herbacea, foliis cauleque hirſutis, paniculis dichotomis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 913. *t.* 348.

Erminea. 12. B. herbacea, foliis ſubaequalibus cordatis acuminatis ciliato-dentatis ſupra caudato appendiculatis. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *p.* 97. *t.* 47.

nana. 13. B. acaulis, foliis aequalibus lanceolatis; ſcapo ſubtrifloro. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *p.* 99. *t.* 48.

octopetala. 14. B. acaulis, foliis cordatis quinquelobis inaequaliter denticulatis, floribus maſculis octopetalis. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *p.* 101.

capenſis. 15. B. acaulis, foliis inaequaliter denticulatis, corollis tetrapetalis. *Mant. p.* 502. *Suppl. p.* 420. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 169. *f.* 2. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 2. *t.* 31. *f.* 5.

## HOMALIUM. Cal. 6-7fidus. Cor. 6-7petala. *Stamina* 18-28 terna vel quaterna. *Capſula* 1locularis, ovata, lignoſa, polyſperma.

racemoſum. 1. H. foliis ſerratis, racemis axillaribus terminalibusque: floribus pedunculatis. *Jacq. ſtirp. amer. p.* 170. *t.* 183. *f.* 72.

Rocoubea. 2. H. foliis dentatis coriaceis, racemis terminalibus, floribus ſubſeſſilibus. *Aubl. pl. guj. p.* 590. *t.* 236.

## TATTIA. Cal. 6fidus. Cor. 6petala villoſa. *Stigm.* obtuſa. *Pericarp.* - - -

ignota. 1. TATTIA. *Scopol. introd. g.* 262.

## MARSHALLIA. Cal. 7dentatus. *Gland.* 7 intra coroll. *Capſ.* lignoſa, 1locularis, polyſperma.

Lagunae. 1. MARSHALLIA. *Scop. introd. gen.* 949.

**681. DELPHINIUM.** *Cal.* o. *Petala* 5-6. *Nectarium* 2fidum, poſterius cornutum. *Capſ.* leguminoſae, ſubternae, polyſpermae.

* *Siliqua una.*

Conſolida. 1. D. nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo. *Flor. dan. t.* 683.

Ajacis. 2. D. nectariis monophyllis, caule ſimplici. *Regn. bot. t.* 147. *f.* 2.

aconiti. 3. D. nectariis monophyllis anterius quadridentatis, ramulis unifloris. *Mant. p.* 77.

** *Siliquis tribus.*

ambiguum. 4. D. nectariis monophyllis, corollis hexapetalis, foliis multipartitis.

peregrinum. 5. D. nectariis diphyllis, corollis enneapetalis, foliis multipartitis obtuſis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 4. *f.* 3.

grandiflorum. 6. D. nectariis diphyllis: labellis integris, floribus ſubſolitariis, foliis compoſitis lineari-multipartitis. *Mill. ic. t.* 250. *f.* 1.

elatum. 7. D. nectariis diphyllis: labellis emarginatis apice barbatis, foliis ſubpeltatis tripartitis caule erecto.

intermedium. 8. D. nectariis diphyllis: labellis ovatis bifidis, foliis tripartitis: laciniis trifidis inciſis. *Mill. ic. t.* 119.

exaltatum. 9. D. nectariis diphyllis: labellis oblongis bifidis: laciniis aequalibus, foliis tripartitis glabris. *Mill. ic. t.* 250. *f.* 2.

puniceum. 10. D. nectariis diphyllis: labellis bipartitis piloſis, cornu recto, foliis multipartitis, bracteis calicinis nullis. *Suppl. p.* 267. *Pall. it.* 3. *p.* 96. 736.

carolinianum. 11. D. nectario diphyllo: labellis integris, petalis duobus bifidis barbatis. *Walt. flor. carol. p.* 155.

Staphis agria. 12. D. nectariis tetraphyllis petalo brevioribus, foliis palmatis: lobis obtuſis. *Blackw. herb. t.* 265.

hybridum. 13. D. nectario tetraphyllo: labellis ſuperioribus integris; inferioribus bifidis apice barbatis, foliis palmatis: lobis acutis. *Gouan. illuſtr.*

urceolatum. 14. D. nectariis diphyllis: labellis bifidis apice barbatis, foliis palmatis profunde quinquepartitis, caule erecto. *Jacq. coll.* 1. *p.* 153.

 682.

682. ACONITUM. *Cal.* o. *Petala* 5: ſupremo fornicato. *Nectaria* 2 pedunculata, recurva. *Capſ.* leguminoſae 3 *vel* 5. *Sem.* arido-baccata.

volubile. 1. A. caule volubili. *Pallas hort. Demidoſ.*

ſeptentrionale. 2. A. foliis villoſis palmatis multifidis: laciniis longis acutis, nectariis obliquis. *Koelle de aconito. n.* 9. *Flore caeruleo.*

lycoctonum. 3. A. foliis villoſis palmatis multifidis: laciniis brevibus obtuſiuſculis, nectariis rectiuſculis. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 380. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 4. *t.* 65. *f.* 4. *β?*) Aconitum carpathicum. *Hacq. carp. ſept.* 1. *p.* 169. *t.* 7.

japonicum. 4. A. foliis trifido-palmatis: laciniis inciſis obtuſis. *Thunb. flor. jap. p.* 231.

pyrenaicum. 5. A. foliis multipartitis: laciniis linearibus incumbentibus ſquarroſis.

Anthora. 6. A. foliis hirſutis multipartitis: laciniis linearibus diſtinctis aequalibus. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 382.

Napellus. 7. A. foliis petiolatis digitato-quinquepartitis: ſegmentis lineari-lanceolatis laciniatis; laciniis remote inciſo-dentatis, dentibus lanceolatis. *Koelle de aconit. ic.*

tauricum. 8. A. foliis petiolatis digitato-quinquepartitis: ſegmentis oblongis lateſcentibus; trifido-laciniatis: laciniis remote inciſo-dentatis, dentibus lanceolatis. *Koelle de acon. n.* 2. *Wulf. apud Jacq. coll.* 2. *p.* 112. *an vere diſtincta a napello ſpecies?*

neomontanum. 9. A. foliis ſubpalmato-quinquepartitis petiolatis: ſegmentis lateſcentibus profunde inciſo-laciniatis; laciniis lato-lanceolatis dentatis, dentibus brevibus latiuſculis acutis. *Koelle de aconito. n.* 3. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 381. *an vere diſtinctum a napello?*

cernuum. 10. A. foliis petiolatis ſubtus pallidis digitato-quinquepartitis: ſegmentis divaricatis ſemipartitis; laciniis inciſo-dentatis, dentibus lineari-lanceolatis. *Koelle de acon. n.* 4.

variegatum. 11. A. foliis multipartitis: laciniis ſemipartitis ſuperne latioribus.

Cammarum. 12. A. foliis multipartitis: laciniis cuneiformibus inciſis acutis. *Jacq. flor. auſtr.* 5. *t.* 424.

13. A.

uncinatum. 13. A. foliis multilobis, corollarum galea longius extenſa.

album. 14. A. foliis glabris tripartitis acute inciſis, floribus pentagynis: petali ſupremi ungue lateralibus longiore. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 246.

## TETRAGYNIA.

683. TETRACERA. *Cal.* 4fidus: laciniis rotundatis ſubinaequalibus. *Cor.* 0. *Capſ.* 4 1loculares, 1ſpermae. *Sem.* arillata.

volubilis. 1. TETRACERA. *Pluckn. phyt.* 146. *f.* 1. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 69. *f.* 3.

LUDIA. *Cal.* 5-7lobus inferus. *Stilus* apice 3-4fidus. *Stigm.* 3-4 2dyma. *Bacca* ſicca, globoſa, 1locularis, polyſperma.

mauritiana. 1. LUDIA. *Juſſieu gen. plant. p.* 343.

1314. CARYOCAR. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Drupa* nucleis 4 ſulcis reticulatis.

nuciferum. 1. CARYOCAR. *Mant. p.* 247.

1282. CIMICIFUGA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* nectariis 4 urceolatis. *Capſ.* 4. *Semin.* ſquamoſa.

foetida. 1. CIMICIFUGA. *Amoen. acad.* 7. *t.* 6. *f.* 2.

ASSA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 4 2valves.

exotica. 1. ASSA. *Houttuyn ſyſt. veget.* 4. *p.* 39.

UBIUM. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capſ.* compreſſae, polyſpermae.

quadrifarium. 1. UBIUM. *la Mark encycl.* 1. *p.* 610.

RHIZOBOLUS. *Cal.* ſemiquinquefidus. *Petala* 5. *Germen* 4gonum. *Drupae* 4 reniformes, 1loculares: *Nuces* ſolitariae reniformes; *nuclei* ſolitarii reniformes.

butyroſus. 1. Rh. foliis digitatis utrinque glabris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 594. *t.* 238.

tuberculoſus. 2. Rh. foliis digitatis ſubtus tomentoſis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 597. *t.* 239.

PERA. *Flores* dioici. *Cal.* 2phyllus, deciduus. *Petal.* 1. ſemigloboſo-concavum, dependens. *Nectar.* ex membranulis multifidis, ſubplicatis, erectis.

♂. *Filamenta* 24-30 duplici ſerie transverſim digeſta.

♀. *Stigm.* ſingulis piſtillis 3. *Capſ.* ſubtrigona, 3locularis, 3valvis: valvis 2fidis. *Sem.* ſolitaria.

arborea. 1. Pera. *Mutis nov. act. Stockh.* 1784. *p.* 299. *t.* 8.

## PENTAGYNIA.

625. MESPILUS. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Antrum* 1-2-5loculare.

* *ſpinoſa.*

Pyracantha. 1. M. foliis lanceolato-ovatis crenatis, calicibus fructus obtuſis. *Pallas flor. roſſ. t.* 13. *Drupa* 1*locularis polypyrena, ſuperne aperta.*

laciniata. 2. M. foliis obovatis ſerratis ſubtus tomentoſis, floribus ſolitariis: calicibus laciniatis. *Walt. flor. carol. p.* 148.

hyemalis. 3. M. foliis ſubovatis angulatis ſerratis laevibus petiolatis, floribus corymboſis. *Walt. flor. carol. p.* 148.

aeſtivalis. 4. M. foliis angulatis ſerratis, floribus corymboſis. *Walt. flor. carol. p.* 148.

5. M.

Xantho-carpus. 5. M. foliis ſubcuneiformibus crenatis, floribus ſolitariis: laciniis calicinis ſubfoliaceis inciſo-ſerratis longis reflexis, fructibus ſubturbinatis punctato verrucoſis. *Suppl. p.* 254. *an vere diſtincta a Crataego tomentoſa?*

Phoeno-pyrum. 6. M. foliis cordatis tri-ad ſeptemfidis ſerratis glabris, floribus corymboſis: ſegmentis calicinis deciduis, fructibus depreſſo-globoſis. *Suppl. p.* 254.

** *inermes.*

germanica. 7. M. foliis lanceolatis dentatis ſubtus tomentoſis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Blackw. herb. t.* 154. *β) du Hamel arbr. fr.* 1. *t.* 3. *Drupa polypyrena ſuperne aperta.*

arbutifolia. 8. M. foliis lanceolatis crenatis ſubtus tomentoſis, floribus faſciculatis. *Mill. dict. t.* 109. *an potius cum ſequente pyro aſſocianda? Antrum ſupra apertum duplicatum* 5*loculare, pericarpiis oſſeis intus nidulantibus.*

Amalanchior. 9. M. foliis ovalibus ſerratis ſubtus hirſutis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 300. *Antrum* 10*loculare carnoſum.*

Chamaemeſpilus. 10. M. foliis ovalibus acute ſerratis glabris, floribus corymboſo-capitatis. *Mant. p.* 398. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 231. *Pomum* 2*loculare clauſum.*

Cotoneaſter. 11. M. foliis ovatis integerrimis ſubtus tomentoſis. *Flor. dan. t.* 112. *Drupa polypyrena ſuperne aperta.*

canadenſis. 12. M. foliis ovato-oblongis glabris ſerratis acutiuſculis; *an forſan pyri ſpecies?*

japonica. 13. M. foliis oblongis obtuſis apice ſerratis ſubtus tomentoſis. *Thunb. flor. jap. p.* 206.

## 626. PYRUS. Cal. 5fidus. *Petala* 5. *Pomum* inferum, 5loculare, polyſpermum.

* *foliis ſimplicibus.*

communis. 1. P. foliis ſerratis laevibus, floribus corymboſis. *Blackw. herb. t.* 453. *β) du Hamel arbr.* 2. *t.* 45.

Pollveria. 2. P. foliis ſerratis ſubtus tomentoſis, floribus corymboſis. *Mant. p.* 244. *Knoop pomol.* 2. *t.* 4. *Antrum* 5*loculare carnoſum.*

praecox. 3. P. foliis ſerratis villoſis, umbellis ſeſſilibus. *Pallas flor. roſſ. p.* 22.

ſpectabilis. 4. P. foliis ſerratis laevibus ovali-oblongis, umbellis ſeſſilibus: unguibus calice longioribus, ſtilis baſi lanatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 175.

Malus. 5. P. foliis ſerratis, umbellis ſeſſilibus, unguibus calice brevioribus, ſtilis glabris. *Mill. illuſtr. ic.* β) *Blackw. herb. t.* 178.

Coronaria. 6. P. foliis ſerrato-anguloſis, umbellis pedunculatis.

anguſtifolia. 7. P. foliis lanceolato-oblongis dentato-ſerratis, pedunculis corymboſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 176.

baccata. 8. P. foliis ſerratis, pedunculis confertis, pomis baccatis. *Mant. p.* 75. *Giſeck. pl. ic. faſc.* 1. *n.* 12. *Pomum 5loculare, ſuperne clauſum.*

dioica. 9. P. foliis ſerratis ovalibus, floribus ſolitariis dioicis. *Moench Weiſſenſt. p.* 87. *t.* 5.

japonica. 10. P. foliis cuneatis glabris, floribus ſolitariis. *Thunb. flor. jap. p.* 207.

ſalicifolia. 11. P. foliis lineari-lanceolatis canis ſubtus albo-tomentoſis, floribus axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus. *Suppl. p.* 255. *Pallas flor. roſſ. t.* 9.

ſpinoſa. 12. P. foliis oblongis glabris, ramulis mucronatis, ſpinis lateralibus minoribus. *Forsk. flor. aeg. arab. p.* 211.

Cydonia. 13. P. foliis integerrimis, floribus ſeſſilibus. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 342. β) *Blackw. herb. t.* 137. γ) *du Hamel arbr.* 1. *t.* 83.

nivalis. 14. P. foliis integerrimis, floribus corymboſis. *Suppl. p.* 255. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 107.

** *foliis ternatis.*

hadienſis. 15. P. foliis lanceolatis rugoſis integris: venis ſubtus griſeis. *Forsk. flor. aeg. arab. p.* 212.

*** *foliis pinnatis.*

hybrida. 16. P. foliis ſubtus lanatis: pinna extrema maxima, floribus corymboſis. *Moench Weiſſenſt. p.* 90. *t.* 6.

## 627. TETRAGONIA. *Cal.* 4-5partitus. *Cor.* 0. *Drupa* corticoſa infera 4-5gona, multilocularis.

fruticoſa. 1. T. foliis linearibus. *Mant. p.* 398. *Mill. ic. t.* 263. *f.* 2.

2. T.

japonica. 2. T. foliis ſubcordatis ovatis punctatis, floribus axillaribus ſolitariis. *Thunb. flor. jap. p.* 208.

herbacea. 3. T. herbacea, foliis obovato lanceolatis, pedunculis axillaribus ternis unifloris. *Mant. p.* 398. *Mill. ic. t.* 263. *f.* 1.

hirſuta. 4. T. herbacea hirſuta procumbens, foliis ovatis villoſis, floribus axillaribus ternis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 258.

ſpicata. 5. T. herbacea glabra erecta, foliis glabris: inferioribus ovatis; ſupremis lanceolatis, floribus racemoſis. *Suppl. p.* 258.

expanſa. 6. T. herbacea, ramis expanſis elongatis, foliis parabolicis, floribus ſubſolitariis, fructu cornuto. *Murray comm. Goett.* 1783. *t.* 5.

echinata. 7. T. herbacea, foliis rhombeo-ovatis, fructibus echinatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 177.

cryſtallina. 8. T. foliis ovatis cryſtallino-papilloſis, floribus axillaribus. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *p* 81. *t.* 39.

## 628. MESEMBRYANTHEMUM. *Cal.* 5fidus. *Petala* numeroſa, linearia. *Capſ.* carnoſa, infera, polyſperma.

* *corollis albis.*

ciliatum. 52. M. foliis oppoſitis connatis ſemiteretibus: ſtipulis membranaceis reflexis laceris ciliiformibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 179.

pallens. 53. M. foliis oppoſitis amplexicaulibus diſtinctis oblongo-lanceolatis acutis obtuſe carinatis: papulis minutis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 182.

digitatum. 54. M. ſubacaule, foliis alternis teretibus obtuſis, floribus axillaribus, ſeſſilibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 181.

nodiflorum. 1. M. foliis alternis teretiuſculis obtuſis baſi ciliatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 2. *t.* 33. *f.* 7.

cryſtallinum. 2. M. foliis alternis ovatis papuloſis, floribus ſeſſilibus: calicibus late ovatis acutis retuſis. *Suppl. p.* 259. *Dill. h. Elth. t.* 180. *f.* 221.

Tripolium. 3. M. foliis alternis lanceolatis planis impunctatis, caulibus laxis ſimplicibus, calicibus pentagonis. *Dill. h. Elth. t.* 179. *f.* 220.

4. M.

expanſum. 4. M. foliis alternis oppoſitisque remotis planiuſculis lanceolatis, impunctatis patentibus diſtinctis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* M. 3.

apetalum. 5. M. foliis lineari-ſublanceolatis, ſubtus muricatis, caulibus proſtratis. *Suppl. p.* 258.

crinifloruм. 6. M. foliis ovatis, ſcapis unifloris. *Suppl. p.* 259.

cordifolium. 7. M. foliis cordatis obtuſis, caulibus proſtratis. *Suppl. p.* 260. *Junghans plant. ic. cent.* 1. *n.* 37.

humifuſum. 55. M. foliis amplexicaulibus ſpatulatis carinatis: papulis conicis ſcabris, petalis minutiſſimis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 179.

teſticulare. 56. M. foliis quatuor decuſſatis ſupra planis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 181.

umbellatum. 8. M. foliis ſubulatis ſcabrido-punctatis connatis: apice patulo, caule erecto, corymbo trichotomo. *Dill. h. Elth. t.* 208. *f.* 266.

calamiforme. 9. M. acaule, foliis ſubteretibus adſcendentibus impunctatis connatis, floribus octogynis. *Mill. ic. t.* 176. *f.* 1.

ſplendens. 10. M. foliis ſubteretibus impunctatis recurvis diſtinctis congeſtis, calicibus digitiformibus terminalibus. *Dill. h. Elth. t.* 204. *f.* 260.

caducum. 57. M. foliis filiformi-ſemiteretibus diſtinctis: papulis ovatis, floribus lateralibus ſeſſilibus: terminalibus pari foliorum cinctis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 179.

geniculiflorum. 11. M. foliis ſemiteretibus papuloſis diſtinctis, floribus ſeſſilibus axillaribus, calicibus quadrifidis. *Dill. h. Elth. t.* 205. *f.* 261.

copticum. 12. M. foliis ſemiteretibus papuloſis diſtinctis, floribus ſeſſilibus axillaribus, calicibus quinquefidis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 6.

noctiflorum. 13. M. foliis ſemicylindricis impunctatis diſtinctis, floribus pedunculatis: calicibus quadrifidis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 8. *β*) *Dill. h. Elth. t.* 206. *f.* 263.

** *corollis rubicundis.*

bellidiflorum. 14. M. acaule, foliis triquetris linearibus impunctatis: apice trifariam dentatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 5. a. *n.* 1.

deltoides. 15. M. foliis triquetris deltoidibus dentatis impunctatis diſtinctis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 5. b. *n.* 1.

58. M.

reptans. 58. M. foliis triquetris acutis ſcabris, caule reptante. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 185.

deflexum. 59. M. foliis triquetris acutis glaucis: punctis obſoletis ſcabriuſculis, calicis laciniis interioribus membranaceis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 187.

filamentoſum. 16. M. foliis aequilateri-triquetris acutis ſubpunctatis connatis: angulis ſcabris, ramis hexagonis. *Dill. h. Elth. t.* 211. *f.* 273.

ſtipulaceum. 17. M. foliis ſubtriquetris compreſſis incurvis punctatis diſtinctis congeſtis baſi marginatis. *Dill. h. Elth. t.* 209. *f.* 267. 268.

auſtrale. 60. M. foliis ſubtriquetris punctulatis connatis obtuſiuſculis, caule terete repente, pedunculis ſolitariis obtuſe ancipitibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 187.

ſpinoſum. 18. M. foliis tereti-triquetris punctatis diſtinctis, ſpinis ramoſis. *Dill. h. Elth. t.* 208. *f.* 265.

craſſifolium. 19. M. foliis ſemicylindricis impunctatis connatis apice triquetris, caule repente ſemicylindrico. *Knorr del. hort.* 2. *t.* M. 4.

loreum. 20. M. foliis ſemicylindricis recurvis congeſtis baſi interiori gibbis connatis, caule pendulo. *Dill. h. Elth. t.* 200. *f.* 255.

hiſpidum. 21. M. foliis cylindricis papuloſis diſtinctis, caule hiſpido. *Mill. ic. t.* 176. *f.* 3. *β) Knorr del. hort.* 2. *t.* M. 5. *γ) Dill. h. Elth. t.* 215. *f.* 281.

brevifolium. 61. M. foliis cylindricis obtuſiſſimis papuloſis patentibus, ramis diffuſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 188.

laeve. 62. M. foliis cylindricis obtuſis amplexicaulibus laevibus, calicibus quinquefidis: laciniis oblongis obtuſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 187.

glomeratum. 22. M. foliis teretiuſculis compreſſis punctatis diſtinctis, caule paniculato multifloro. *Dill. h. Elth. t.* 213. *f.* 274.

tuberoſum. 23. M. foliis ſubulatis papuloſis diſtinctis apice patulis, radice capitata. *Dill. h. Elth. t.* 207. *f.* 264.

ſcabrum. 24. M. foliis ſubulatis diſtinctis ſubtus undique punctato-muricatis, calicibus muticis. *Dill. h. Elth. t.* 197. *f.* 251.

emarginatum. 25. M. foliis ſubulatis congeſtis ſubſcabris, calicibus ſpinoſis, petalis emarginatis. *Dill. h. Elth. t.* 197. *f.* 250.

26. M.

tenuifolium. 26. M. foliis ſubfiliformibus glabris diſtinctis internodio longioribus, caulibus procumbentibus. *Dill. h. Elth. t.* 201. *f.* 256.

falcatum. 27. M. foliis acinaciformibus impunctatis connatis: angulo carinali ſcabro, petalis lanceolatis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* M. 4.

forficatum. 28. M. foliis acinaciformibus obtuſis impunctatis connatis apice ſpinoſis, caule ancipiti. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 26.

bracteatum. 63. M. foliis ſubacinaciformibus punctatis apice recurvis, bracteis amplexicaulibus lato-ovatis carinatis. *Dill. h. Elth. t.* 197. *f.* 249.

barbatum. 29. M. foliis ſubovatis papuloſis diſtinctis apice barbatis. *Mill. ic. t.* 176. *f.* 3. *β) Dill. h. Elth. t.* 190. *f.* 235. *γ) Dill. h. Elth. t.* 190. *f.* 236.

villoſum. 30. M. foliis pubeſcentibus connatis impunctatis, caule piloſo.

uncinatum. 31. M. articulis caulinis terminatis, foliis connatis acuminatis punctatis ſubtus dentatis. *Dill. h. Elth. t.* 193. *f.* 239. 240.

cuneifolium. 32. M. foliis lanceolato-cuneiformibus oppoſitis integerrimis planis ſeſſilibus cum caule ramoſo purpureo papuloſis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 319. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 41.

*** *corollis luteis.*

† *cauleſcentia.*

edule. 33. M. foliis aequilateri-triquetris-acutis ſtrictis impunctatis connatis: carina ſubſerrata, caule ancipiti. *Dill. h. Elth. t.* 212. *f.* 272.

glaucum. 34. M. foliis triquetris acutis punctatis diſtinctis, calicis foliolis ovato-cordatis. *Dill. h. Elth. t.* 196. *f.* 248.

ſerratum. 35. M. foliis triquetris ſubulatis punctatis diſtinctis: angulo carinali retrorſum ſerrato. *Dill. h. Elth. t.* 192. *f.* 238.

pugioniforme. 36. M. foliis triquetris ſubulatis longiſſimis impunctatis alternis confertis. *Mant. p.* 398. *Dill. h. Elth. t.* 210. *f.* 269.

molle. 64. M. foliis triquetris connatis erectis glaucis impunctatis ramis ſemiteretibus, pedunculis axillaribus compreſſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 192.

echinatum. 65. M. foliis ſubtriquetris oblongo-ovatis gibbis ramentaceo-hiſpidis, calicis laciniis foliiformibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 194.

corniculatum. 37. M. foliis triquetro-ſemicylindricis ſcabrido-punctatis: ſupra baſin linea elevata connatis. *Dill. h. Elth. t.* 199. *f.* 253. 254. *β) Dill. h. Elth. t.* 198. *f.* 252.

38. M.

verrucula-tum. 38. M. foliis triquetro-cylindricis acutis connatis arcuatis impunctatis diſtinctis. *Dill. h. Elth. t.* 203. *f.* 259.

micans. 39. M. foliis ſubcylindricis papuloſis diſtinctis, caule ſcabro. *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 5.

groſſum. 66. M. foliis ſubcylindricis conſertis papuloſis, caudice baſi incraſſato: ramis diffuſis glabris. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 191.

brachia-tum. 67. M. caulibus foliisque cylindricis papuloſis, ramis trichotomis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 191.

bicolo-rum. 40. M. foliis ſubulatis punctatis laevibus diſtinctis, caule fruteſcente, corollis bicoloribus. *Mill. ic. t.* 177. *f.* 1.

tortuo-ſum. 41. M. foliis planiuſculis oblongo-ovatis ſubpapuloſis confertis connatis, calicibus triphyllis bicornibus. *Dill. h. Elth. t.* 181. *f.* 222.

pomeri-dianum. 42. M. foliis planiuſculis lato-lanceolatis laevibus ſubciliatis diſtinctis, caule pedunculis germinibusque hirtis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 42.

papulo-ſum. 43. M. foliis ſpatulato-oblongis papuloſis, floribus pedunculatis: calicibus linearibus. *Suppl. p.* 259. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 7.

ſeſſiliflo-rum. 68. M. foliis planis ſpatulatis caulibusque papuloſis, ramis divaricatis, floribus ſeſſilibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 193.

helian-thoides. 69. M. foliis ſpatulatis planis laevibus, pedunculis longiſſimis, calicibus baſi planis angulatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 193.

glabrum. 70. M. foliis ſpatulatis glaberrimis amplexicaulibus diſtinctis, pedunculis folia aequantibus, calicibus hemiſphaericis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 193.

pinnati-fidum. 44. M. foliis pinnatifidis. *Suppl. p.* 260.

TT *acaulia.*

ringens. 45. M. foliis ciliato-dentatis punctatis. *Mill. ic. t.* 177. *f.* 2. *β*) *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 6. *n.* 1.

difforme. 46. M. foliis difformibus punctatis connatis. *Mill. ic. t.* 176. *f.* 2.

dolabri-forme. 47. M. foliis dolabriformibus punctatis. *Dill. h. Elth. t.* 191. *f.* 237.

roſtra-tum. 48. M. foliis ſemicylindricis externe tuberculatis connatis. *Dill. h. Elth. t.* 186. *f.* 229.

49. M.

linguiforme. 49. M. foliis linguiformibus altero margine craſſioribus impunctatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 6. *n* 2. β) *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 7. *n.* 2. γ) *Dill. h. Elth. t.* 185. *f.* 226. δ) *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 7. *n.* 1.

albidum. 50. M. foliis triquetris integerrimis. *Dill. h. Elth. t.* 189. *f.* 232.

compactum. 71. M. foliis connatis punctatis ſemiteretibus apice triquetris ſubreflexis acutis, floribus ſeſſilibus: calice ſubcylindrico ſexfido. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 191.

**** *corollis viridibus.*

viridiflorum. 72. M. foliis ſemicylindricis papuloſo-piloſis, calicibus quinquefidis hirſutis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 196.

***** *incertae tribus.*

capillare. 51. M. foliis connatis teretibus papuloſis, caule erecto, ramulis unifloris filiformibus glabris. *Suppl. p.* 260.

## 629. AIZOON. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 0. *Capſ.* ſupera, 5locularis, 5valvis. *Sem.* reniformia.

canarienſe. 1. A. foliis cuneiformi-ovatis, floribus ſeſſilibus. *Pluckn. alm. t.* 303. *f.* 4.

glinoides. 2. A. hirſutum herbaceum procumbens, foliis ovatis, floribus ſeſſilibus diſtinctis. *Suppl. p.* 261.

ſecundum. 3. A. hirſuto-canum herbaceum procumbens, foliis ovatis, floribus ſeſſilibus imbricatis ſecundis. *Suppl. p.* 261.

rigidum. 4. A. fruticoſum procumbens tomentoſum, foliis ovatis, floribus ſeſſilibus remotis. *Suppl. p.* 261.

perfoliatum. 5. A. tomentoſum, foliis obovatis connatis criſtallino-punctatis, floribus pedunculatis. *Suppl. p.* 261.

hiſpanicum. 6. A. herbaceum, foliis lanceolatis, floribus ſeſſilibus. *Dill. h. Elth. t.* 117. *f.* 143. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 76. *f.* 9.

fruticoſum. 7. A. fruticoſum erectum glabrum, foliis lanceolatis, floribus ſeſſilibus. *Suppl. p.* 261.

paniculatum. 8 A. hirſutum, foliis lanceolatis, floribus ſeſſilibus, ramis erectis. *Suppl. p.* 261.

lanceolatum. 9. A. foliis lanceolatis, floribus paniculatis.

10. A.

ſarmento-ſum. 10. A. foliis linearibus filiformibus, panicula dichotoma, floribus ſolitariis pedunculatis. *Suppl. p.* 260.

## 630. SPIRAEA. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Capſ.* 4 vel plures polyſpermae, 1loculares, 2valves.

* *Fruticoſae.*

laevigata. 1. Sp. foliis lanceolatis integerrimis ſeſſilibus, racemis compoſitis. *Mant. p.* 244. *Pallas flor. roſſ. t.* 23. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 69. *f.* 5.

ſalicifolia. 2. Sp. foliis lanceolatis obtuſis ſerratis nudis, floribus duplicato-racemoſis. *Pallas flor. roſſ. t.* 21. *β*) Spiraea alpeſtris. *Pallas fl. roſſ. t.* 22.

alba. 3. Sp. foliis lanceolatis acutis apice ſerratis, floribus duplicato-racemoſis. *Mill. ic. t.* 257. *f.* 2.

tomentoſa. 4. Sp. foliis lanceolatis inaequaliter ſerratis ſubtus tomentoſis, floribus duplicato-racemoſis. *Pluckn. alm. t.* 321. *f.* 5.

altaica. 5. Sp. foliis oblongis integerrimis ſeſſilibus, racemis terminalibus compoſitis. *Pallas flor. roſſ. t.* 23.

camtſchatica. 6. Sp. foliis ſimpliciter palmatis: petiolis appendiculatis, caule hirſuto, floribus cymoſis. *Pallas flor. roſſ. t.* 28.

calloſa. 7. Sp. foliis lanceolatis acutis ſerratis ſubvilloſis, panicula decompoſita ſubfaſtigiata. *Thunb. flor. jap. p.* 209.

japonica. 8. Sp. foliis lanceolatis acutis ſerratis nudis, caule pubeſcente, corymbo terminali compoſito. *Suppl. p.* 262. *an forte eadem cum japonica?*

hypericifolia. 9. Sp. foliis obovatis integerrimis, umbellis ſeſſilibus. *Pluckn. alm. t.* 218. *f.* 5.

alpina. 10. Sp. foliis oblongis glabris integerrimis, racemis terminalibus ſubfaſtigiatis. *Pallas flor. roſſ. t.* 20.

crenata. 11. Sp. foliis oblongiuſculis apice ſerratis, corymbis lateralibus. *Pallas flor. roſſ. t.* 19.

argentea. 12. Sp. foliis cuneiformibus ſericeis lineatis apice ſerratis ſubplicatis, racemis compoſitis. *Suppl. p.* 261.

batulifolia. 13. Sp. foliis ovatis crenatis, corymbis terminalibus compoſitis faſtigiatis. *Pallas flor. roſſ. t.* 16.

chamaedryfolia. 14. Sp. foliis ovatis inciſo-ſerratis glabris, umbellis pedunculatis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 149.

incisa. 15. Sp. foliis ovatis inciſo-quinquepartitis ſerratis, umbellis terminalibus. *Thunb. flor. jap. p.* 213.

thalictroides. 16. Sp. foliis ovato-cuneiformibus: inferioribus ſubintegris; ſummis trilobato-inciſis, floribus umbellatis ſeſſilibus ramorum terminalibus. *Pallas flor. roſſ. t.* 18.

triloba. 17. Sp. foliis lobatis crenatis, umbellis terminalibus. *Mant. p.* 244. *Pallas flor. roſſ. t.* 17.

opulifolia. 18. Sp. foliis lobatis ſerratis, corymbis terminalibus. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 87. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 69. *f.* 5.

ſorbifolia. 19. Sp. foliis pinnatis: foliolis uniformibus ſerratis, floribus paniculatis. *Pallas flor. roſſ. t.* 24. 25.

** *Herbaceae.*

Aruncus. 20. Sp. foliis ſupradecompoſitis, ſpicis paniculatis, floribus dioicis. *Pallas flor. roſſ. t.* 26.

Filipendula. 21. Sp. foliis interrupte pinnatis: foliolis lineari-lanceolatis interrupte ſerratis glaberrimis, floribus cymoſis. *Suppl. p.* 262. *Flor. dan. t.* 635. *Regn. bot. t.* 384.

Ulmaria. 22. Sp. foliis interrupte pinnatis: foliolis ovatis biſerratis ſubtus canis, floribus cymoſis. *Suppl. p.* 262. *Flor. dan. t.* 547. *Regn. bot. t.* 311.

lobata. 23. Sp. foliis pinnatis: impari lateralibusque lobatis biſerratis, floribus cymoſis. *Suppl. p.* 262. *Syſt. veg.* XIII. 1. *p.* 393. Spiraea palmata. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 88.

palmata. 24. Sp. foliis palmatis ſerratis, panicula ſupradecompoſita. *Thunb. flor. jap. p.* 212.

trifoliata. 25. Sp. foliis ternatis ſerratis ſubaequalibus, floribus ſubpaniculatis. *Mill. ic. t.* 256.

## 684. AQUILEGIA. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5 corniculata, inter petala. *Capſ.* 5 diſtinctae.

viſcoſa. 1. A. nectariis incurvis, caule ſubnudo ſubunifloro viſcoſo-piloſo, foliis ſubtrilobis. *Mant. p.* 77. *Gouan. illuſtr. t.* 19.

vulgaris. 2. A. nectariis incurvis petalo ſubaequalibus, foliolis omnibus petiolatis. *Flor. dan. t.* 695.

3. A.

alpina. 3. A. nectariis incurvis petalo lanceolato brevioribus, caule pauciflоro, foliolis lateralibus ſeſſilibus. *Allion. flor. ped.* 2. *t.* 66.

canadenſis. 4. A. nectariis rectis, ſtaminibus corolla longioribus. *Mill. ic. t.* 47.

viridiflora. 5. A. nectariis rectis conniventibus petalo lanceolato aequalibus. *Jacq. plant. rar. ic. cent.* 1. *t.* 55.

## 685. NIGELLA. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5 3fida intra corollam. *Capſ.* 5 connexae.

* *Pentagynae.*

damaſcena. 1. N. floribus involucro folioſo cinctis. *Mant. p.* 405. *Blackw. herb. t.* 558. *β) Knorr del. hort.* 1. *t.* S. 21.

ſativa. 2. N. capſulis muricatis ſubrotundis, foliis ſubpiloſis. *Mill. ic. t.* 187. *f.* 1.

arvenſis. 3. N. petalis integris, capſulis turbinatis. *Bulliard. herb. Franc. t.* 126.

** *Decagynae.*

hiſpanica. 4. N. piſtillis corollam aequantibus. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 18. *f.* 8.

orientalis. 5. N. piſtillis corolla longioribus. *Moriſ hiſt. pl.* 3. *t.* 18. *f.* 10.

## 686. REAUMURIA. *Cal.* 6phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 1locularis, 5valvis, polyſperma.

vermiculata. 1. Reaumuria. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 9. *f.* 6.

## WORMIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Nectar.* annulare germen cingens. *Germ.* 3gona.

triquetra. 1. Wormia. *Fr. Rottb. n. act. dan.* 2. *p.* 532. *t.* 3.

1402. BRATHYS. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* 0. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

juniperina. 1. BRATHYS. *Suppl. p.* 268.

## HEXAGYNIA.

687. STRATIOTES. *Spatha* 2phylla. *Perianth.* 3fidum aut 3phyllum. *Petala* 3. *Sexus* interdum diſtinctus. *Bacca* 6locularis, infera, 6gona.

Aloides. 1. Str. foliis enſiformi-triangulis ciliato-aculeatis. *Flor. dan. t.* 337. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 1. *t.* 14. *f.* 8.

acoroides. 2. Str. foliis enſiformibus planis glaberrimis, ſpatha apice barbata. *Suppl. p.* 268.

alismoides. 3. Str. foliis cordatis. *Mant. p.* 405. *Rheed. h. malab.* 11. *t.* 46.

## HEPTAGYNIA.

FLACOURTIA. *Flores* dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 5partitus. *Stam.* innumera, calici immerſa.
♀. *Cal.* polyphyllus. *Germ.* ſuperum. *Stili* 7-9. *Bacca* multilocularis.

Ramoutchi. 1. FLACOURTIA. *Herit. ſtirp. nov.* 3. *p.* 59. *t.* 30.

## OCTOGYNIA.

1403. WINTERA. *Cal.* 3lobus. *Petala* 6-12. *Germina* clavata. *Stil.* 0. *Bacca* clavata.

axillaris. 1. W. pedunculis axillaribus congeſtis unifloris, piſtillis quatuor. *Suppl. p.* 270. *Forſt. char. gen. t.* 42. *n.* 2.

2. W.

aromati- ca. 2. W. pedunculis aggregatis terminalibus, piſtillis quatuor. *Suppl. p. 269. Soland. med. obſ. and inq. 5. t. 1.*

granaden- ſis. 3. W. pedunculis axillaribus elongatis trifidis, piſtillis octo. *Suppl. p. 269.*

## DECAGYNIA.

BRASENIA. *Cal.* 6partitus, perſiſtens, coloratus. *Cor.* o. *Germ.* 5-10 apice attenuata. *Stili* apice inflexi. *Capſ.* 5-10 evalves, 1loculares, 2-3ſpermae.

Schreberi. 1. Brasenia. *Schreb. gen. pl. Linn. 1. p. 372.*

## POLYGYNIA.

631. ROSA. *Petala* 5. *Cal.* urceolatus, 5fidus, carnoſus, collo coarctatus demum baccatus, coloratus. *Antrum* duplicatum, 1loculare ſuperne apertum, pericarpiis oſſeis intus nidulantibus.

* *germinibus magis minusve globoſis.*

Eglanteria. 1. R. germinibus pedunculisque glabris, caule aculeis ſparſis rectis, petiolis ſcabris, foliolis acutis. *Kniph. bot. orig. cent. 7. n. 77.* β) Roſa bicolor. *Jacq. h. Vind. 1. t. 1.* γ) *Knorr del. hort. 1. t.* R. 1.

cinnamomea. 2. R. germinibus pedunculisque glabris, caule aculeis ſtipularibus, petiolis ſubinermibus. β) Roſa foecundiſſima. *Münchhauſ. Hausvat. 5. p. 279.*

arvenſis. 3. R. germinibus pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis, floribus cymoſis. *Mant. p. 245. Flor. dan. t. 398.*

pimpinellifolia. 4. R. germinibus pedunculisque glabris, caule aculeis ſparſis rectis, petiolis ſcabris, foliolis obtuſis. *an ſpecie vere diſtincta a ſpinoſiſſima?*

ſpinoſiſſima. 5. R. germinibus glabris, pedunculis hiſpidis, caule petiolisque aculeatiſſimis. *Mant. p. 399.* β?) Roſa ſuavifolia. *Flor. dan. t. 870.*

rugoſa. 6. R. germinibus glabris, pedunculis caule petiolisque aculeatis, foliis ſubtus tomentoſis. *Thunb. flor. jap. p.* 213.

ſulphurea. 26. R. petiolis cauleque aculeatis: aculeis caulinis duplicibus majoribus minoribusque numeroſis, foliolis ovalibus. *Hort. angl.* 66. *t.* 18.

blanda. 27. R. germinibus glabris, caulibus adultis pedunculisque laevibus inermibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 202.

virginiana. 7. R. germinibus hiſpidis, pedunculis glabris, petiolis carinatis villoſis, foliolis ovatis glabris, floribus umbellatis. *Du Roi harbk. Baumz.* 2. *p.* 353.

carolina. 8. R. germinibus hiſpidis, pedunculis ſubhiſpidis, caule aculeis ſtipularibus, petiolis aculeatis.

villoſa. 9. R. germinibus pedunculisque hiſpidis, caule aculeis ſparſis, petiolis aculeatis, foliis tomentoſis. *Mant. p.* 399. *β)* Roſa lanceolata. *Moench Weiſſenſt. p.* 117.

ſempervirens. 10. R. germinibus pedunculisque hiſpidis, caule petiolisque aculeatis, floribus ſubumbellatis. *Regn. bot. t.* 336. *β)* Roſa ſcandens. *Moench Weiſſenſt. p.* 118.

** *germinibus ovatis.*

rubiginoſa. 11. R. germinum baſi pedunculisque aculeatis, caule aculeis recurvis, foliis ſubtus rubiginoſis. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 50.

turbinata. 28. R. germinibus turbinatis pedunculisque piloſis, petiolis villoſis, aculeis ſparſis recurvis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 206.

centifolia. 12. R. germinibus pedunculisque hiſpidis, caule hiſpido aculeato, petiolis inermibus. *Knorr del. hort.* 1. *t.* R. *β)* Roſa muſcoſa. *Hort. angl. t.* 18. *γ)* Roſa regina. *Moench Weiſſenſt. p.* 121. *δ)* Roſa belgica. *ε)* Roſa provincialis.

gallica. 13. R. germinibus pedunculisque hiſpidis, caule petiolisque hiſpido aculeatis. *Mant. p.* 399. *Blackw. herb. t.* 82. *β) Mill. dict. t.* 221. *f.* 2. *γ)* Roſa papaverina. *δ)* Roſa holoſericea. *Du Roi harbk. Baumz.* 2. *p.* 351. *ε)* Roſa damaſcena. *Du Roi harbk. Baumz.* 2. *p.* 369. *ζ)* Roſa baſilica. *η)* Roſa arvina. *Knorr flor. ſil.* 2. 1. *p.* 150.

pumila. 14. R. germinibus, pedunculis petiolisque hiſpidis, caule ſuperne aculeatiſſimo. *Suppl. p.* 262. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 198.

moſchata. 15. R. germinibus pedunculisque hiſpidis, caule petiolisque aculeatis, foliolis ovatis acuminatis glabris, floribus corymboſis. *Du Roi harbk. Baumz.* 2. *p.* 365.

16. R.

collina. 16. R. germinibus ſubglabris, pedunculis petioliſque glanduloſe hirſutis, caule aculeato. *Jacq. flor. auſtr.* 2. *t.* 197.

ſinica. 17. R. germinibus glabris, pedunculis aculeatis hiſpidis, caule petioliſque aculeatis, calicinis foliolis lanceolatis ſubpetiolatis. *Jacq. obſ. bot.* 3. *t.* 55.

alpina. 18. R. germinibus glabris, pedunculis petioliſque hiſpidis, caule inermi. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 279. *an ſpecie vere diſtincta a pendulina?* β) Roſa biflora. *Krock. flor. ſileſ.* 2. 1. *p.* 151. γ) Roſa hiſpida. *Krock. flor. ſileſ.* 2. 1. *p.* 153.

penduli-na. 19. R. germinibus glabris, pedunculis cauleque hiſpidis, petiolis inermibus, fructibus pendulis. *Dill. h. Elth. t.* 245. *f.* 317.

alba. 20. R. germinibus glabris, pedunculis hiſpidis, caule petioliſque aculeatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* R. 6. β) *Blackw. herb. t.* 73. γ) *Roſa Haller. hiſt. ſtirp. Helv. n.* 1102.

canina. 21. R. germinibus pedunculiſque glabris, caule petioliſque aculeatis. *Mant. p.* 399. *Flor. dan. t.* 555. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 33. *f.* 4.

indica. 22. R. germinibus pedunculiſque glabris, caule ſubinermi, petiolis aculeatis. *Petiv. gaz. t.* 35. *f.* 11.

corymbo-ſa. 23. R. germinibus pedunculiſque glabris: bracteis linearibus, caule aculeis recurvis, floribus corymboſis. *Moench Weiſſenſt. p.* 119. β?) Roſa umbellata. *Leyſ. fl. hal.* 435.

multiflo-ra. 24. R. germinibus pedunculiſque inermibus villoſis, caule petioliſque aculeatis. *Thunb. flor. jap. p.* 214.

perſica. 25. R. foliis ſimplicibus, ſtipulis ſpinaeformibus, calicis laciniis nudis. *Michaut apud Juſſieu gen. plant. p.* 452.

## 632. RUBUS. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Stili* ex apice germinum. *Drupae* congregatae 1loculares. *Receptaculo* conico baccanti ſuperimpoſitae.

* *fruteſcentes.*

canaden-ſis. 1. R. foliis digitatis denis quinis ternatiſque, caule inermi. *Mill. ic. t.* 223.

fruticoſus. 2. R. foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. *Mill. illuſtr. ic. Regn. bot. t.* 394. *Gaertn. de fr. et ſem. cent.* 5. *t.* 73. *f.* 9.

auſtralis. 3. R. foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis, racemis axillaribus ſimplicibus, floribus dioicis. *Forſt. flor. auſtr. p.* 40.

idaeus. 4. R. foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *Flor. dan. t.* 788.

ſerratus. 23. R. foliis quinatis ellipticis acuminatis argute ſerratis utrinque villoſis, caulibus petiolisque aculeatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 210.

occidentalis. 5. R. foliis ternatis ſubtus tomentoſis, caule aculeato, petiolis teretibus. *Dill. h. Elth. t.* 287. *f.* 319.

triphyllus. 6. R. foliis ternatis ſubtus tomentoſis: foliolis ovatis inciſis dentatis, ramis, petiolis pedunculisque villoſis aculeatisque. *Thunb. flor. jap. p.* 215.

jamaicenſis. 7. R. foliis ternatis ſubtus tomentoſis, caule petiolis foliisque pubeſcentibus recurvato-aculeatis. *Mant. p.* 75. *Sloan. hiſt. jam. t.* 213. *f.* 1.

parvifolius. 8. R. foliis ternatis ſubtus tomentoſis, caule hirto petiolisque aculeis recurvis. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 47. *f.* 1.

caeſius. 9. R. foliis ternatis ſubnudis: lateralibus bilobis caule aculeato tereti. *Balliard herb. Franc. t.* 381.

hiſpidus. 10. R. foliis ternatis nudis, caulibus petiolisque hiſpidiſſimis, ſtrigis rigidulis.

trifidus. 11. R. foliis ſimplicibus inciſo-trifidis glabris, caule inermi. *Thunb. flor. jap. p.* 217.

palmatus. 12. R. foliis cordatis palmato-trilobis glabris, caule petiolisque aculeatis. *Thunb. flor. jap. p.* 217.

odoratus. 13. R. foliis ſimplicibus palmatis, caule inermi multifolio multifloro. *Mill. ic. t.* 223.

moluccanus. 14. R. foliis ſimplicibus cordatis ſublobatis, caule aculeato decumbente. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 47. *f.* 2.

japonicus. 15. R. foliis ſimplicibus cordatis oblongis acuminatis duplicato-ſerratis, pedunculis ſolitariis unifloris, caule inermi glaberrimo. *Mant. p.* 245. *Suppl. p.* 263.

